




ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΑΡΑΛΛΗΛΑ,

Η

ΒΙΟΙ ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΙ.

PLUTARCHI PARALLELA,

SEU

VITÆ PARALLELÆ.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:

Ex Officinâ JACOBI TONSON, & JOHANNIS WATTS.

M DCC XXIII.




Hoc Volumine Continentur





Apud Ful: Ursin: G. V.dr Gucht Sculp.

ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ.



ΤΟ Ἀλκιβιάδου γένος ἄνωθεν Εὐρυσάκην τὸν Αἴαντος ἀρχηγὸν ἔχειν δοκεῖ· πρὸς δὲ μητρὸς Ἀλκμαιωνίδης ἦν, ἐκ Δεινομάχης γεγονὼς τῆς Μεγακλέους. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Κλεινίας ἰδιοστόλῳ τριήρει περὶ Ἀρτεμίσιον ἐνδόξως ἐναυμάχησεν· ὕστερον δὲ Βοιωτοῖς μαχόμενος περὶ Κορώνειαν ἀπέθανε. τοῦ δὲ Ἀλκιβιάδου Περικλῆς καὶ Ἀρίφρων οἱ Ξανθίππου, προσήκοντες κατὰ γένος, ἐπετρόπευον. λέγεται δ' οὐ κακῶς, ὅτι τῆς Σωκράτους πρὸς αὐτὸν εὐνοίας καὶ φιλίας οὐ μικρὰ πρὸς δόξαν ἀπέλαυσεν, εἴγε Νικίου μὲν καὶ Δημοσθένους καὶ Λαμάχου καὶ Φορμίωνος, Θρασυβούλου τε καὶ Θηραμένους, ἐπιφανῶν ἀνδρῶν γενομένων κατ' αὐτόν, οὐδενὸς οὐδ' ἡ μήτηρ ὀνόματος τέτυχεν· Ἀλκιβιάδου δὲ καὶ τίτθην, γένος Λάκαιναν, Ἀμύκλαν ὄνομα, καὶ Ζώπυρον

ALCIBIADIS origo ex alto ducta autorem habere Eurysacem Ajacis filium putatur. Materna stirpe Alcmæonides fuit ex Dinomache Megaclis filia genitus. Pater ejus Clinias, triremi suo instructa impendio, ad Artemisium magna laude depugnavit, post ad Coroneam cecidit in prœlio adversus Bœotios. Tutores Alcibiadis fuerunt Pericles & Ariphron, Xanthippi filii, propinqui ejus. Ferunt non immerito Socratis benevolentiam & amicitiam haud parum ei momenti attulisse ad gloriam, siquidem Niciæ, vel Demosthenis, vel Lamachi, vel Phormionis, vel Thrasybuli, vel Theramenis, illustrium illius ætatis virorum, horum inquam nullius ne mater quidem ullibi est scriptis nominata. Alcibiadis vero etiam nutricem Lacænam natione, nomine Amyclam, & Zopyrum

πυρον παιδαγωγὸν ἴσμεν, ὧν τὸ μὲν Ἀντισθένης, τὸ δὲ Πλάτων ἱστόρηκε. περὶ μὲν οὖν τοῦ κάλλους Ἀλκιβιάδου οὐδὲν ἴσως δεῖ λέγειν, πλὴν ὅτι καὶ παῖδα καὶ μειράκιον καὶ ἄνδρα πάσῃ συνανθῆσαν τῇ ἡλικίᾳ καὶ ὥρᾳ τοῦ σώματος ἐράσμιον καὶ ἡδὺν παρέσχεν. οὐ γάρ, ὡς Εὐριπίδης ἔλεγε, πάντων τῶν καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν ἐστιν, ἀλλὰ τοῦτο Ἀλκιβιάδῃ μετ' ὀλίγων ἄλλων δι' εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν σώματος ὑπῆρξε. τῇ δὲ φωνῇ καὶ τὴν τραυλότητα ἐμπρέψαι λέγουσι, καὶ τῷ λάλῳ πιθανότητα παρασχεῖν χάριν ἐπιτελοῦσαν. μέμνηται δὲ καὶ Ἀριστοφάνης αὐτοῦ τῆς τραυλότητος ἐν οἷς ἐπισκώπτει Θέωρον,

Εἶτ' Ἀλκιβιάδης εἶπε πρός με τραυλίσας,
Ὁλᾷς Θέωλον; τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει.
Ὀρθῶς γε τοῦτ' Ἀλκιβιάδης ἐτραύλισε.

καὶ Ἄρχιππος τὸν υἱὸν τοῦ Ἀλκιβιάδου σκώπτων,

Βαδίζει, φησί, διακεχλιδώς, θοιμάτιον ἕλκων, ὅπως ἐμφερὴς τῷ πατρὶ μάλιστα δόξειεν εἶναι,

Κλαυσαυχενεύεταί τε καὶ τραυλίζεται.

Τὸ δ' ἦθος αὐτοῦ πολλὰς μὲν ὕστερον, ὡς εἰκός, ἐν πράγμασι μεγάλοις καὶ τύχαις πολυτρόποις ἀνομοιότητας καὶ πρὸς αὑτὸ μεταβολὰς ἐπεδείξατο. φύσει δὲ πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων παθῶν ἐν αὐτῷ, τὸ φιλόνεικον ἰσχυρότατον ἦν, καὶ τὸ φιλόπρωτον, ὡς δῆλόν ἐστι τοῖς παιδικοῖς ἀπομνημονεύμασιν. ἐν μὲν γὰρ τῷ παλαίειν πιεζόμενος, ὑπὲρ τοῦ μὴ πεσεῖν ἀναγαγὼν πρὸς τὸ στόμα τὰ ἅμματα τοῦ πιεζοῦντος, οἷος ἦν διαφαγεῖν τὰς

rum novimus pædagogum, quorum hujus Plato, illius Antisthenes meminit. De venustate Alcibiadis formæ nihil fortasse refert dicere, nisi quod & puerum & adolescentem & virum cum omni efflorescens ætate corporis & articulis amabilem reddidit & jucundum. Neque enim (ut Euripides dixit) omnium pulchrorum etiam pulcher autumnus est: verum Alcibiadi id inter raros alios ex corporis indole & temperatura suppeditavit. Voci ejus vel balbutiem decorem addidisse ferunt, & loquentiæ blandam conciliasse gratiam. Meminit ejus balbutiei Aristophanes hisce verbis, quibus cavillum jacit in Theorum,

Mox Alcibiades ait ad me balbutiens,
Cernis Theolum? capite colvino ille adest.
Recte Alcibiades id quidem balbutijt.

Et Archippus filium Alcibiadis perstringens,

Graditur, inquit, *nitens*, *vix pallium luxu trahens:*
Ne non patri sit similis ipse filius,
Inflectit & collum simul balbutiens.

Mores ejus multas postea, nimirum magnis in rebus & fortunis multifariis, varietates vicissitudinesque sibi contrarias edidere. Quum autem natura grandes animi motus inessent ei, pervicacia laboravit potissimum & primatus ambitione, ut liquet ex ejus dictis, quæ commemorantur, puerilibus. Nam in lucta quum deprimeretur, ne caderet, manus illius qui ipsum deprimebat sibi injectas ori admovit, &

τὰς χεῖρας. ἀφιέντος δὲ τὴν λαβὴν ἐκείνου, καὶ εἰπόντος, Δάκνεις ὦ Ἀλκιβιάδη καθάπερ αἱ γυναῖκες; Οὐκ ἔγωγε, εἶπεν, ἀλλ' ὡς οἱ λέοντες. ἔτι δὲ μικρὸς ὢν ἔπαιζεν ἀστραγάλοις ἐν τῷ στενωπῷ. τῆς δὲ βολῆς καθηκούσης εἰς αὐτὸν, ἅμαξα φορτίων ἐπῄει. πρῶτον μὲν οὖν ἐκέλευε περιμεῖναι τὸν ἄγοντα τὸ ζεῦγος· ὑπέπιπτε γὰρ ἡ βολὴ τῇ παρόδῳ τῆς ἁμάξης. μὴ πειθομένου δὲ δι' ἀγροικίαν, ἀλλ' ἐπάγοντος, οἱ μὲν ἄλλοι παῖδες διέσχον, ὁ δ' Ἀλκιβιάδης καταβαλὼν ἐπὶ στόμα πρὸ τοῦ ζεύγους, καὶ παρατείνας ἑαυτὸν, ἐκέλευεν οὕτως εἰ βούλεται διεξελθεῖν, ὥστε τὸν μὲν ἄνθρωπον ἀνακροῦσαι τὸ ζεῦγος ὀπίσω, δείσαντα, τοὺς δ' ἰδόντας ἐκπλαγῆναι μετὰ βοῆς καὶ συνδραμεῖν πρὸς αὐτόν. ἐπεὶ δὲ εἰς τὸ μανθάνειν ἧκε, τοῖς μὲν ἄλλοις ὑπήκουε διδασκάλοις ἐπιεικῶς, τὸ δ' αὐλεῖν ἔφευγεν ὡς ἀγεννὲς καὶ ἀνελεύθερον. πλήκτρου μὲν γὰρ καὶ λύρας χρῆσιν, οὐδὲν οὔτε σχήματος οὔτε μορφῆς ἐλευθέρῳ πρεπούσης διαφθείρειν, αὐλοὺς δὲ φυσῶντος ἀνθρώπου στόματι, καὶ τοὺς συνήθεις ἂν πάνυ, μόλις διαγνῶναι τὸ πρόσωπον. ἔτι δὲ τὴν μὲν λύραν τῷ χρωμένῳ συμφθέγγεσθαι καὶ συνᾴδειν, τὸν δ' αὐλὸν ἐπιστομίζειν καὶ ἀποφράττειν ἑκάστου τήν τε φωνὴν καὶ τὸν λόγον ἀφαιρούμενον. Αὐλείτωσαν οὖν, ἔφη, Θηβαίων παῖδες· οὐ γὰρ ἴσασι διαλέγεσθαι. ἡμῖν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις, ὡς οἱ πατέρες λέγουσιν, ἀρχηγέτις Ἀθηνᾶ καὶ πατρῷος Ἀπόλλων ἐστὶν ὧν ἡ μὲν ἔρριψε τὸν αὐλὸν, ὁ δὲ καὶ τὸν αὐλητὴν ἐξέδειρε. τοιαῦτα παίζων ἅμα καὶ σπουδάζων ὁ Ἀλκιβιάδης, αὐτόν τε τοῦ μαθήματος ἀπέστησε καὶ τοὺς ἄλλους. ταχὺ γὰρ διῆλθεν ὁ λόγος εἰς τοὺς παῖδας, ὡς εὖ ποιῶν ὁ Ἀλκιβιάδης βδελύττοιτο

& mordere cœpit. Qui nexu laxato, quum diceret, Mordes Alcibiades more mulierum? Minime vero, inquit, sed more leonum. Cum puer adhuc esset, lusitabat in vico talis. Quum jactus vices redirent ad ipsum, supervenit plaustrum onustum. Ibi primum aurigam subsistere jussit: nam incidebat jactus in viam qua transibat plaustrum. Quo non parente ob rusticitatem, sed pergente, alii pueri dimoverunt se: Alcibiades pro vehiculo abjecit se in faciem, expandensque se, eo modo dixit, si vellet, ut transiret. Ita metu homo percitus vehiculum inhibuit, & qui id spectabant, conclamaverunt pavidi, accurreruntque ad eum. Postquam dedit se ad discendum, cæteros magistros attendit sedulo, at tibia canere, ut rem sordidam & illiberalem, refugit. Nam plectri quidem & lyræ usum nihil dicebat gestum vel formam depravare libero homini convenientem; tibiam vero inflantis hominis ore vel intima familiaritate conjunctos vix agnoscere vultum: præterea lyram non impedire pulsantem, quin simul loqui & accinere valeat, tibiam obturare & obstruere cujusque vocem & incidere sermonem. Ergo, inquit, canant tibia Thebanorum filii: nam differere nesciunt; nobis Atheniensibus (ut a majoribus accepimus) dux Minerva & præses Apollo est, quorum superior tibiam projecit, alter excoriavit fistulatorem. Ita juxta joco ac serio se ipse Alcibiades & cæteros ab eo studio abduxit. Statim enim dilata est inter pueros fama, merito Alcibiadem fastidire fistulam & ejus studiosos

λύττοιτο τὴν αὐλητικὴν, καὶ χλευάζοι τοὺς μανθάνοντας. ὅθεν ἐξέπεσε κομιδῇ τῶν ἐλευθέρων διατριβῶν, καὶ προεπηλακίσθη παντάπασιν ὁ αὐλός.

Ἐν δὲ ταῖς Ἀντιφῶντος λοιδορίαις γέγραπται, ὅτι παῖς ὢν ἐκ τῆς οἰκίας ἀπέδρα πρὸς Δημοκράτη τινὰ τῶν ἐραστῶν. βουλομένου δ' αὐτὸν ἀποκηρύττειν Ἀρίφρονος, Περικλῆς οὐκ εἴασεν, εἰ μὲν τέθνηκεν, ἡμέρᾳ μιᾷ διὰ τὸ κήρυγμα φανεῖσθαι πρότερον· εἰ δὲ σῶς ἐστιν, ἄσωσον αὐτῷ τὸν λοιπὸν βίον ἔσεσθαι· καὶ ὅτι τῶν ἀκολουθούντων τινὰ κτείνειεν, ἐν τῇ Σιβυρτίου παλαίστρᾳ, ξύλῳ πατάξας. ἀλλὰ τούτοις μὲν οὐκ ἄξιον ἴσως πιστεύειν ἅ τε λοιδορεῖσθαί τις αὐτῷ δι' ἔχθραν ὁμολογῶν εἶπεν.

Ἤδη δὲ πολλῶν καὶ γενναίων ἀθροιζομένων καὶ περιεπόντων, οἱ μὲν ἄλλοι καταφανεῖς ἦσαν τὴν λαμπρότητα τῆς ὥρας ἐκπεπληγμένοι καὶ θεραπεύοντες, ὁ δὲ Σωκράτους ἔρως, μέγα μαρτύριον ἦν τῆς ἀρετῆς καὶ εὐφυΐας τοῦ παιδός. ἣν ἐμφαινομένην τῷ εἴδει καὶ διαλάμπουσαν ἐνορῶν, φοβούμενος δὲ τὸν πλοῦτον καὶ τὸ ἀξίωμα καὶ τὸν προκαταλαμβάνοντα κολακείαις καὶ χάρισιν ἀστῶν καὶ ξένων καὶ ξυμμάχων ὄχλον, οἷος ἦν ἀμύνειν καὶ μὴ περιορᾶν, ὡς φυτὸν ἐν ἄνθει τὸν οἰκεῖον καρπὸν ἀποβάλλον καὶ διαφθεῖρον. οὐδένα γὰρ ἡ τύχη περιέσχεν ἔξωθεν καὶ περιέφραξε τοῖς λεγομένοις ἀγαθοῖς τοσοῦτον, ὥστ' ἄτρωτον ὑπὸ φιλοσοφίας γενέσθαι, καὶ λόγοις ἀπρόσιτον παρρησίαν καὶ δηγμὸν ἔχουσιν, ὅσοις Ἀλκιβιάδης εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς θρυπτόμενος καὶ ἀποκλειόμενος ὑπὸ τῶν πρὸς χάριν ἐξομιλούντων εἰσακοῦσαι τοῦ νουθετοῦντος καὶ παιδεύοντος, ὅμως ὑπ' εὐφυΐας ἐγνώρισε Σωκράτη καὶ προσήκατο, διασχὼν τοὺς πλουσίους καὶ ἐν-

δόξους

sos deridere: unde ex oblectamentis liberabilibus plane fuit explosa & prorsus irrisa tibia.

Inter accusationes Antiphontis relatum est, puerum domo profugisse ad unum ex amatoribus suis Democratem. Quum Ariphron proclamare eum constituisset, Periclem id impedivisse ac dixisse, Si fato functus est, uno die propter præconium invenietur citius: sin est sospes, reliqua vita ejus erit deplorata. Insuper unum ex asseclis ejus ab eo interfectum, quem fuste percussisset in Sibyrtii palæstra. Verum non est standum fortasse iis quæ inimicus ex professo proscindendi ejus causa jecit.

Quum multi jam & præstantes viri assidue assectarentur eum, cæteros liquebat rapi & duci formæ ejus venustate: at Socratis amor magna comprobatio pueri virtutis fuit & indolis. Quam quum emicare & elucere animadverteret in specie, suspectas autem haberet divitias ejus, dignitatem, & occupantem eum assentationibus & obsequiis cœtum, hinc civium, hinc externorum atque sociorum; institit obviam ire, ejusque curam agere, ne fructum suum, sicut planta, vitiaret & abjiceret in flore. Nullum enim quemquam fortuna iis quæ dicuntur bona usque adeo circumsepsit cinxitque foris, ad præcludendum philosophiæ aculeis & sermonibus libertate atque stimulo conditis aditum, ut mox a tyrocinio delinitus Alcibiades & circumjectus fuit ab adulatoribus, ne audiret monentem & erudientem. Vi tamen ingenii cognovit Socratem, eumque, divitibus repulsis & claris amatori-

δόξης ἐραστάς. ταχὺ δὲ ποιησάμενος συνήθη, καὶ λόγων ἀκούσας οὐχ ἡδονὴν ἄνανδρον ἐραστοῦ θηρευομένου, οὐδὲ φιλημάτων καὶ ψαύσεως προσαιτοῦντος, ἀλλ' ἐλέγχοντος τὸ σαθρὸν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ πιέζοντος τὸν κενὸν καὶ ἀνόητον τῦφον,

Ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλον ὡς κλίνας πτερόν.

καὶ τὸ μὲν Σωκράτους ἡγήσατο πρᾶγμα, τῷ ὄντι Θεῶν ὑπηρεσίαν εἰς νέων ἐπιμέλειαν εἶναι καὶ σωτηρίαν· καταφρονῶν δ' αὐτὸς ἑαυτοῦ, θαυμάζων δ' ἐκεῖνον, ἀγαπῶν δὲ τὴν φιλοφροσύνην, αἰσχυνόμενος δὲ τὴν ἀρετήν, ἐλάνθανεν εἴδωλον ἔρωτος, ἤ, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἀντέρωτα κτώμενος. ὥστε θαυμάζειν ἅπαντας, ὁρῶντας αὐτὸν Σωκράτει μὲν συνδειπνοῦντα, καὶ συμπαλαίοντα, καὶ συσκηνοῦντα, τοῖς δ' ἄλλοις ἐρασταῖς χαλεπὸν ὄντα καὶ δυσχείρωτον· ἐνίοις δὲ καὶ παντάπασι σοβαρῶς προσφερόμενον, ὥσπερ Ἀνύτῳ τῷ Ἀνθεμίωνος. ἐτύγχανε μὲν γὰρ ἐρῶν τοῦ Ἀλκιβιάδου, ξένους δέ τινας ἑστιῶν, ἐκάλει κἀκεῖνον ἐπὶ τὸ δεῖπνον. ὁ δὲ τὴν μὲν κλῆσιν ἀπείπατο, μεθυσθεὶς δ' οἴκοι μετὰ τῶν ἑταίρων, ἐκώμασε πρὸς τὸν Ἄνυτον, καὶ ταῖς θύραις ἐπιστὰς τοῦ ἀνδρῶνος, καὶ θεασάμενος ἀργυρῶν ἐκπωμάτων καὶ χρυσῶν πλήρεις τὰς τραπέζας, ἐκέλευσε τοὺς παῖδας τὰ ἡμίση λαβόντας οἴκαδε κομίζειν πρὸς αὐτόν. εἰσελθεῖν δ' οὐκ ἠξίωσεν, ἀλλὰ ταῦτα πράξας ἀπῆλθε. τῶν οὖν ξένων δυσχεραινόντων, καὶ λεγόντων ὡς ὑβριστικῶς καὶ ὑπερηφάνως εἴη τῷ Ἀνύτῳ κεχρημένος ὁ Ἀλκιβιάδης, Ἐπιεικῶς μὲν οὖν, ὁ Ἄνυτος ἔφη, καὶ φιλανθρώπως· ἃ γὰρ ἐξῆν αὐτῷ λαβεῖν ἅπαντα, τούτων ἡμῖν τὰ μέρη καταλέλοιπεν.

Οὕτω

toribus, admisit. Brevi inde, usus familiaritate ejus, quum differentem audivisset eum, qui non effœminatam voluptatem venabatur amatorum, nec oscula vel contrectationes affectabat, sed labem animi nudabat, inanemque ac stolidam retundebat insolentiam,

Gallus velut servus premens alam horruit.

Et quidem Socratis arbitratus est conatum revera Deorum esse ministerium ad curam & salutem adolescentium. Despiciens autem semet ipse, suspiciens illum, exosculans benevolentiam ejus, reverens virtutis, sensim simulacrum amoris, vel (ut ait Plato) mutuum imbibit amorem; ut mirarentur omnes, quum cœnitare apud Socratem eum, cum illo se exercere, illius uti contubernio, reliquis amatoribus cernerent austerum esse & difficilem, nonnullis etiam insultantem superbe, ut Anyto Anthemionis filio. Hic amore deperibat Alcibiadis. Qui quum hospites nonnullos invitasset, vocavit hunc quoque ad cœnam. At hic venire abnuit, sed domi cum sodalibus mersus vino, ad Anytum comessabundus profectus est, foribusque triclinii adstans, & contemplatus aureis & argenteis refertas poculis mensas, pueris suis jussit dimidium ejus auferre ac domum ad se deferre: nec dignatus tamen est introire, verum his actis digressus est. Stomachantibus hic hospitibus, indignamque rem esse frementibus & insolentem, quam in Anytum designasset, Immo, inquit, benignam, Anytus: siquidem quæ licebat ei tollere universa, horum nobis partem reliquit.

Οὕτω δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐρασταῖς ἐχρῆτο, πλὴν ἕνα μετοικικὸν ἄνθρωπον, ὥς φασιν, οὐ πολλὰ κεκτημένον, ἀποδόμενον δὲ πάντα, καὶ τὸ συναχθὲν εἰς ἑκατὸν στατῆρας τῷ Ἀλκιβιάδῃ προσφέροντα, καὶ δεόμενον λαβεῖν, γελάσας καὶ ἡσθεὶς, ἐκάλεσεν ἐπὶ δεῖπνον. ἑστιάσας δὲ καὶ φιλοφρονηθεὶς, τότε χρυσίον ἀπέδωκεν αὐτῷ, καὶ προσέταξε τῇ ὑστεραίᾳ τοὺς ὠνουμένους τὰ τέλη τὰ δημόσια ταῖς τιμαῖς ὑπερβάλλειν ἀντωνούμενον. παραιτουμένου δὲ τοῦ ἀνθρώπου διὰ τὸ πολλῶν ταλάντων εἶναι τὴν ὠνὴν, ἠπείλησε μαστιγώσειν, εἰ μὴ ταῦτα πράττοι. καὶ γὰρ ἐτύγχανεν ἐγκαλῶν τι τοῖς τελώναις ἴδιον. ἕωθεν οὖν προσελθὼν ὁ μέτοικος εἰς ἀγορὰν, ἐπέθηκε τῇ ὠνῇ τάλαντον. ἐπεὶ δ᾽ οἱ τελῶναι συστρεφόμενοι καὶ ἀγανακτοῦντες ἐκέλευον ὀνομάζειν ἐγγυητὴν, ὡς οὐκ ἂν εὑρόντος, θορυβουμένου τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἀναχωροῦντος, ἑστὼς ὁ Ἀλκιβιάδης ἄπωθεν, πρὸς τοὺς ἄρχοντας, Ἐμὲ γράψατ᾽, ἔφη, ἐμὸς φίλος ἐστίν, ἐγγυῶμαι. ταῦτ᾽ ἀκούσαντες οἱ τελῶναι, ἐξηπορήθησαν. εἰωθότες γὰρ ἀεὶ ταῖς δευτέραις ὠναῖς χρεωλυτεῖν τὰς πρώτας, οὐχ ἑώρων αὐτοῖς ἀπαλλαγὴν οὖσαν τοῦ πράγματος. ἐδέοντο δὴ τοῦ ἀνθρώπου ἀργύριον διδόντες· ὁ δ᾽ Ἀλκιβιάδης οὐκ εἴα λαβεῖν ἔλαττον ταλάντου. διδόντων δὲ τὸ τάλαντον, ἐκέλευσεν ἀποστῆναι λαβόντα. κἀκεῖνον μὲν οὕτως ὠφέλησεν.

Ὁ δὲ Σωκράτους ἔρως πολλοὺς ἔχων καὶ μεγάλους ἀνταγωνιστὰς, πῇ μὲν ἐκράτει τοῦ Ἀλκιβιάδου δι᾽ εὐφυΐαν, ἁπτομένων τῶν λόγων αὐτοῦ, καὶ τὴν καρδίαν στρεφόντων, καὶ δάκρυα ἐκχεόντων· ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ τοῖς κόλαξι πολλὰς ἡδονὰς ὑποβάλλουσιν ἐνδιδοὺς ἑαυτὸν ἀπωλίσθαινε τοῦ Σωκράτους. καὶ δραπε-

τεύων

Talis item adversus alios amatores erat, præter unum hominem advenam: quem (ut aiunt) non admodum locupletem, quum omnia distraxisset, & quod inde erat redactum ad centum stateras offerret Alcibiadi, ut acciperet orans, arridens lætusque vocavit ad cœnam. Benigne epulis accepto aurum homini reddidit, jussitque ut redimentes postero die vectigalia publica licitatione superaret: detrectanti, quod multorum talentorum esset licitatio, denuntiavit, ni faceret, se verberibus eum mulctaturum. Erat namque privata quædam ei cum publicanis offensio. Mane igitur ad forum profectus advena addidit licitationi talentum. Ubi collatis capitibus indignantes publicani laudare eum jusserunt prædem, tanquam reperturus neminem esset: perculso homine & jam recedente, procul stans Alcibiades Archontibus, Me, inquit, scribite, meus est amicus: ego pro eo spondeo. Quo audito, omne illorum abscissum consilium fuit. Soliti enim secundis redempturis dissolvere priores non expediebant rei difficultatem. Precibus igitur hominem aggressi sunt oblata pecunia, sed non permisit Alcibiades, ut minus caperet talento. Quod ubi accepit, ea mercede jussit ei rem relinquere: atque ea ratione homini subvenit.

Porro Socrates in amore quum multos magnosque haberet rivales, modo Alcibiadis ob ingenii ejus præstantiam potens erat, quod oratio sua manus huic injiceret, & cor versaret, exciretque lacrymas. Aliquando tamen adulatoribus varias objicientibus illecebras sese permittens, elabebatur Socrati: atque revera

vera

τοῦτον ἀτεχνῶς ἐκυνηγεῖτο, πρὸς μόνον ἐκεῖνον ἔχων τὸ αἰδεῖσθαι καὶ τὸ φοβεῖσθαι, τῶν δ' ἄλλων ὑπερεώρα. ὁ μὲν οὖν Κλεάνθης ἔλεγε τὸν ἐρώμενον ὑφ' ἑαυτοῦ μὲν ἐκ τῶν ὤτων κρατεῖσθαι, τοῖς δ' ἀντερασταῖς πολλὰς λαβὰς παρέχειν ἀθίκτους ἑαυτῷ, τὴν γαστέρα λέγων, καὶ τὰ αἰδοῖα, καὶ τὸν λαιμόν. Ἀλκιβιάδης δ' ἦν μὲν ἀμέλει καὶ πρὸς ἡδονὰς ἀγώγιμος. ἡ γὰρ ὑπὸ Θουκυδίδου λεγομένη παρανομία εἰς τὸ σῶμα τῆς διαίτης, ὑποψίαν τοιαύτην δίδωσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον αὐτοῦ τῆς φιλοτιμίας ἐπιλαμβανόμενοι καὶ τῆς φιλοδοξίας οἱ διαφθείροντες, ἐνέβαλον οὐ καθ' ὥραν εἰς μεγαλοπραγμοσύνην, ἀναπείθοντες ὡς ὅταν πρῶτον ἄρξηται τὰ δημόσια πράττειν, οὐ μόνον ἀμαυρώσοντα τοὺς ἄλλους στρατηγοὺς καὶ δημαγωγοὺς εὐθύς, ἀλλὰ καὶ τὴν Περικλέους δύναμιν ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ δόξαν ὑπερβαλούμενον. ὥσπερ οὖν ὁ σίδηρος ἐν τῷ πυρὶ μαλαττόμενος αὖθις ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ πυκνοῦται, καὶ σύνεισι τοῖς μορίοις εἰς αὑτόν, οὕτως ἐκεῖνον ὁ Σωκράτης θρύψεως διάπλεων καὶ χαυνότητος, ὁσάκις ἂν λάβοι, πιέζων τῷ λόγῳ καὶ συστέλλων ταπεινὸν ἐποίει καὶ ἄτολμον, ἡλίκων ἐνδεής ἐστι καὶ ἀτελὴς πρὸς ἀρετὴν μανθάνοντα.

Τὴν δὲ παιδικὴν ἡλικίαν παραλλάσσων ἐπέστη γραμματοδιδασκάλῳ, καὶ βιβλίον ᾔτησεν Ὁμηρικόν. εἰπόντος δὲ τοῦ διδασκάλου μηδὲν ἔχειν Ὁμήρου, κονδύλῳ καθικόμενος αὐτοῦ παρῆλθεν. ἑτέρου δὲ φήσαντος ἔχειν Ὅμηρον ὑφ' αὑτοῦ διωρθωμένον, Εἶτ', ἔφη, γράμματα διδάσκεις, Ὅμηρον ἐπανορθοῦν ἱκανὸς ὤν, οὐχὶ τοὺς νέους παιδεύεις; Περικλεῖ δὲ βουλόμενος ἐντυχεῖν, ἐπὶ

vera hic ut fugitivum venabatur eum, qui ipſum verebatur & formidabat unum, reliquos contemnebat. Unde Cleanthes eum quem amabat, ab ſe quidem teneri dicebat auribus, rivalibus vero ſuis multas præbere anſas, quas apprehendere ipſe nollet: ventrem ſignificans, pudenda & gulam. Quippe Alcibiades erat haud dubie ad voluptatem pronus. Nam illa quæ a Thucydide refertur incontinentia victus, quam adhibuit corpori ſuo, hanc præbet ſuſpicionem. Verum ambitionem ejus tamen magis & gloriæ cupiditatem prehendentes corruptores, parum illum tempeſtive impulerunt ad magnas res ſuſcipiendas, perſuadentes ei, ut primum remp. attigiſſet, non cæterorum modo ducum & oratorum gloriam ipſum obſcuraturum, verum potentiam etiam apud Græcos Periclis famamque ſuperaturum. Itaque ut ferrum igne emollitum denſatur denuo frigore, & partibus ſuis coit; ita illum Socrates vanitate inflatum, quoties arripuiſſet, premens eum oratione & contrahens, infractum reddebat & demiſſum, quum perciperet quam multorum indigus & exors eſſet ad virtutem ſpectantium.

Ubi ex pueris exceſſit, adiit ludimagiſtrum, poſtulavitque volumen Homeri. Qui quum nihil ſe diceret Homeri habere, inflicto colapho, reliquit eum. Quum alius habere diceret ſe Homerum, quem ipſe emendaſſet, Et tu, inquit, literas doces, qui vales emendare Homerum? Cur non juvenes inſtituis? Ad Periclis januam, ut eum conve-

ἐπὶ θύρας ἦλθεν αὐτοῦ. πυθόμενος δὲ μὴ σχολάζειν, ἀλλὰ σκοπεῖν καθ' ἑαυτὸν ὅπως ἀποδώσει λόγον Ἀθηναίοις, ἀπιὼν ὁ Ἀλκιβιάδης, Εἶτα, ἔφη, βέλτιον οὐκ ἦν σκοπεῖν αὐτὸν ὅπως οὐκ ἀποδώσει λόγον Ἀθηναίοις; ἔτι δὲ μειράκιον ὤν, ἐστρατεύσατο τὴν εἰς Ποτίδαιαν στρατείαν, καὶ Σωκράτη σύσκηνον εἶχε, καὶ παραστάτην ἐν τοῖς ἀγῶσιν. ἰσχυρᾶς δὲ γενομένης μάχης, ἠρίστευσαν μὲν ἀμφότεροι· τοῦ δ' Ἀλκιβιάδου τραύματι περιπεσόντος ὁ Σωκράτης προέστη καὶ ἤμυνε, καὶ μάλιστα δὴ προδήλως ἔσωσεν αὐτὸν μετὰ τῶν ὅπλων. ἐγίνετο μὲν οὖν τῷ δικαιοτάτῳ λόγῳ Σωκράτους τὸ ἀριστεῖον. ἐπεὶ δ' οἱ στρατηγοὶ διὰ τὸ ἀξίωμα τοῦ Ἀλκιβιάδου σπουδάζοντες ἐφαίνοντο περιθεῖναι τὴν δόξαν, ὁ Σωκράτης βουλόμενος αὔξεσθαι τὸ φιλότιμον ἐν τοῖς καλοῖς αὐτοῦ, πρῶτος ἐμαρτύρει καὶ παρεκάλει στεφανοῦν ἐκεῖνον καὶ διδόναι τὴν πανοπλίαν. ἔτι δὲ τῆς ἐπὶ Δηλίῳ μάχης γενομένης, καὶ φευγόντων Ἀθηναίων, ἔχων ἵππον ὁ Ἀλκιβιάδης, τοῦ δὲ Σωκράτους πεζῇ μετ' ὀλίγων ἀποχωροῦντος, οὐ παρήλασεν ἰδών, ἀλλὰ παρέπεμψε καὶ περιήμυνεν, ἐπικειμένων τῶν πολεμίων καὶ πολλοὺς ἀναιρούντων. καὶ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐπράχθη.

Ἱππονίκῳ δὲ τῷ Καλλίου πατρί, καὶ δόξαν ἔχοντι μεγάλην καὶ δύναμιν ἀπὸ πλούτου καὶ γένους, ἐνέτριψε κόνδυλον, οὐχ ὑπ' ὀργῆς ἢ διαφορᾶς τινος προαχθείς, ἀλλ' ἐπὶ γέλωτι συνθέμενος πρὸς τοὺς ἑταίρους. περιβοήτου δὲ τῆς ἀσελγείας ἐν τῇ πόλει γενομένης, καὶ συναγανακτούντων, ὥσπερ εἰκός, ἁπάντων, ἅμ' ἡμέρᾳ παρῆν ὁ Ἀλκιβιάδης ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Ἱππονίκου, καὶ

τὴν

veniret, quum accessisset, & intelligeret occupatum, quod quemadmodum referret rationes, secum volveret, discedens Alcibiades, Atqui nonne satius erat, inquit, perpendere quemadmodum rationes Atheniensibus non referret? Fuit admodum adolescens in expeditione contra Potidæam suscepta, habuitque contubernalem & in certaminibus latus suum cingentem Socratem. Quum aliquando acris pugna esset, præ cæteris ambo dimicaverunt strenue: saucium autem Alcibiadem protexit & defendit Socrates, & vero (quod constitit omnibus) eum cum armis conservavit. Debebatur ergo optimo jure præmium militare Socrati. Sed quum ob dignitatem aperte contenderent duces deferri Alcibiadi honorem, Socrates, quo ejus in rebus præclaris intenderet ambitionem, primus testis fuit & autor ut donaretur ille corona & integra armatura. Item pugna in Delio terga dantibus Atheniensibus, Alcibiades equo vectus, Socratem pedibus se cum paucis recipientem, ut eum conspexit, non est præterlatus, sed stipavit texitque eum, quamvis instarent hostes & multos obtruncarent. Cæterum hæc post consequuta sunt.

Hipponico Calliæ patri, cui divitiæ & nobilitas ingens nomen & opes conciliaverant, inflixit colaphum, nulla ipse quidem incensus ira vel simultate, sed quum per lusum id constituisset cum sodalibus. Ea protervia per civitatem divulgata, quum omnes Hipponici injuria merito commoveret, lucis principio accessit Alcibiades ad Hipponici ædes, pulsatisque

τὴν θύραν κόψας, εἰσῆλθε πρὸς αὐτὸν, καὶ θεὶς τὸ ἱμάτιον, παρεδίδου τὸ σῶμα μαστιγοῦν καὶ κολάζειν κελεύων· ὁ δὲ συνέγνω, καὶ τὴν ὀργὴν ἀφῆκεν. ὕστερον δὲ τῆς θυγατρὸς Ἱππαρέτης ἐποιήσατο νυμφίον. ἔνιοι δέ φασιν οὐχ Ἱππόνικον, ἀλλὰ Καλλίαν τὸν υἱὸν αὐτοῦ, δοῦναι τῷ Ἀλκιβιάδῃ τὴν Ἱππαρέτην ἐπὶ δέκα ταλάντοις· εἶτα μέντοι τεκούσης, ἄλλα πάλιν δέκα προσεισπρᾶξαι τὸν Ἀλκιβιάδην, ὡς τοῦτο συνθέμενον εἰ γένοιντο παῖδες. ὁ δὲ Καλλίας ἐπιβουλὴν δεδοικὼς, προσῆλθε τῷ δήμῳ τὰ χρήματα διδοὺς καὶ τὸν οἶκον, ἄνπερ αὐτῷ συμπέσῃ μὴ καταλιπόντι γενεὰν ἀποθανεῖν. εὔτακτος δ' οὖσα καὶ φίλανδρος ἡ Ἱππαρέτη, λυπουμένη δ' ὑπ' αὐτοῦ περὶ τὸν γάμον ἑταίραις ξέναις καὶ ἀσταῖς συνόντος, ἐκ τῆς οἰκίας ἀπιοῦσα, πρὸς τὸν ἀδελφὸν ᾤχετο. τοῦ δ' Ἀλκιβιάδου μὴ φροντίζοντος, ἀλλὰ τρυφῶντος, ἐδεῖτο τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ ἄρχοντι θέσθαι, μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλ' αὐτὴν παροῦσαν. ὡς οὖν παρῆν τοῦτο πράξουσα κατὰ τὸν νόμον, ἐπεξελθὼν ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ συναρπάσας αὐτὴν, ἀπῆλθεν δι' ἀγορᾶς οἴκαδε κομίζων, μηδενὸς ἐναντιωθῆναι μηδ' ἀφελέσθαι τολμήσαντος. ἔμεινε μέντοι παρ' αὐτῷ μέχρι τελευτῆς. ἐτελεύτησε δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον εἰς Ἔφεσον τοῦ Ἀλκιβιάδου πλεύσαντος. αὕτη μὲν οὖν οὐ παντελῶς ἔδοξεν ἡ βία παράνομος οὐδὲ ἀπάνθρωπος εἶναι. καὶ γὰρ ὁ νόμος δοκεῖ διὰ τοῦτο προάγειν τὴν ἀπολείπουσαν εἰς τὸ δημόσιον αὐτὴν, ὅπως ἐγγένηται τῷ ἀνδρὶ συμβῆναι καὶ κατασχεῖν.

Ὄντος δὲ κυνὸς αὐτῷ θαυμαστοῦ τὸ μέγεθος καὶ τὸ εἶδος, ὃν ἑβδομήκοντα

tisque foribus adiit illum, positaque veste corpus ei flagellandum obtulit atque mulctandum: qui deposita ira ignovit ei, postmodum dedit ei nuptui filiam Hippareten. Alii Hipponicum negant, sed filium ejus Calliam despondisse Alcibiadi Hippareten, addita dote decem talentorum. Deinde, quum peperisset, altera insuper decem Alcibiadem extorsisse, quasi ita convenisset, si nati essent liberi. Callias vero insidias metuens, ad populum progressus hæredem eum ex asse, si ipse decessisset sine liberis, nuncupavit. At Hipparete, casta fœmina & viri amans, quum esset impatiens injuriarum genialis tori, quod consuetudinem ille haberet cum meretricibus peregrinis & urbanis, divertit ab eo, & contulit se ad fratrem. Non curante id Alcibiade, sed lubenter ferente, oportebat eam divortii monumenta apud archontem deponere, non per alios, sed ipsam præsentem. Quæ ubi adfuit, ut id ex lege ageret, irrumpens Alcibiades rapuit eam, medioque foro domum ferens abiit, nec fuit quisquam qui obsistere vel eam auferre sustineret; atque illa mansit apud eum quoad vixit. Cæterum non multo post, quum navigasset Alcibiades Ephesum, vita excessit. Et quidem non fuit vis hæc visa prorsus detestanda vel inhumana: lex namque ideo in publicum, meo judicio, producit ipsam quæ divertit, quo congrediendi cum ea viro & retinendi ejus sit facultas.

Canis quem habebat Alcibiades inusitata magnitudine & specie septuaginta emptum

κοντα μνῶν ἐωνημένος ἐτύγχανεν, ἀπέκοψε τὴν οὐρὰν, πάγκαλον οὖσαν. ἐπιτιμώντων δὲ τῶν συνήθων καὶ λεγόντων ὅτι πάντες ἐπὶ τῷ κυνὶ δάκνονται καὶ λοιδοροῦσιν αὐτὸν, ἐπιγελάσας, Γίνεται τοίνυν, εἶπεν, ὃ βούλομαι. βούλομαι γὰρ Ἀθηναίους τοῦτο λαλεῖν, ἵνα μή τι χεῖρον περὶ ἐμοῦ λέγωσι.

Πρώτην δ' αὐτῷ πάροδον εἰς τὸ δημόσιον γενέσθαι λέγουσι μετὰ χρημάτων ἐπιδόσεως, οὐκ ἐκ παρασκευῆς, ἀλλὰ παριόντα, θορυβούντων Ἀθηναίων, ἐρέσθαι τὴν αἰτίαν τοῦ θορύβου· πυθόμενον δὲ χρημάτων ἐπίδοσιν γίνεσθαι, παρελθεῖν καὶ ἐπιδοῦναι· τοῦ δὲ δήμου κροτοῦντος καὶ βοῶντος, ὑφ' ἡδονῆς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ὄρτυγος ὃν ἐτύγχανεν ἔχων ἐν τῷ ἱματίῳ· πτοηθέντος οὖν καὶ διαφυγόντος, ἔτι μᾶλλον ἐκβοῆσαι τοὺς Ἀθηναίους, πολλοὺς δὲ συνθηρᾶν ἀναστάντας, λαβεῖν δ' αὐτὸν Ἀντίοχον τὸν κυβερνήτην, καὶ ἀποδοῦναι· διὸ καὶ προσφιλέστατον τῷ Ἀλκιβιάδῃ γενέσθαι. μεγάλας δ' αὐτῷ κλεισιάδας ἐπὶ τὴν πολιτείαν ἀνοίγοντος τοῦ τε γένους καὶ τοῦ πλούτου, τῆς τε περὶ τὰς μάχας ἀνδραγαθίας, φίλων τε πολλῶν καὶ οἰκείων ὑπαρχόντων, ἀπ' οὐδενὸς ἠξίου μᾶλλον ἢ τῆς τοῦ λόγου χάριτος ἰσχύειν ἐν τοῖς πολλοῖς. καὶ ὅτι μὲν δυνατὸς ἦν εἰπεῖν οἵ τε κωμικοὶ μαρτυροῦσι, καὶ τῶν ῥητόρων ὁ δυνατώτατος ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, λέγων τὸν Ἀλκιβιάδην καὶ δεινότατον εἰπεῖν γενέσθαι πρὸς τοῖς ἄλλοις. εἰ δὲ Θεοφράστῳ πιστεύομεν, ἀνδρὶ φιληκόῳ καὶ ἱστορικῷ παρ' ὁντινοῦν τῶν φιλοσόφων, εὑρεῖν μὲν ἦν τὰ δέοντα καὶ νοῆσαι πάντων ἱκανώτατος ὁ Ἀλκιβιάδης. ζητῶν δὲ μὴ μόνον ἃ δεῖ λέγειν, ἀλλὰ καὶ ὡς δεῖ τοῖς ὀνόμασι

tum minis, perquam elegantem caudam detruncavit. Objurgantibus autem eum familiaribus, omnesque dicentibus canis causa mordere, & insectari ipsum, arridens, Ergo fit, inquit, quod volo: volo enim de eo loqui populum Atheniensem, ne quid de me dicat deterius.

Primum ejus in concionem accessum largitionem ferunt habuisse pecuniæ, non quidem ex composito, sed quum præteriret strepente populo Atheniense, causam requisivisse motus. Intellecto donativum populo datum a quibusdam, accessisse atque largitum item de suo. Plaudente populo clamoremque tollente, oblitum ex gaudio fuisse coturnicis quam forte in pallio ferebat. Qua territa & avolante intendisse populum clamorem, ac consurrexisse frequentes, ut præsto essent ei ad avem capiendam. Cepisse autem Antiochum gubernatorem avem, atque ei restituisse, inde charissimum fuisse Alcibiadi. Ad rempub. quum magnas ei fenestras, natales, opulentia, strenuitas in prœliis, frequentia amicorum & familiarium aperirent, ex nulla re malebat quam ex dicendi lepore apud plebem valere. Nam eloquentem eum fuisse cum Comici testificantur, tum inter oratores disertissimus, qui in oratione contra Midiam, Alcibiadem ostendit inter cætera eloquentissimum fuisse. Quod si Theophrasto credimus, viro præ cæteris philosophis multæ inquisitionis & lectionis, inveniendo ea quæ causæ conferrent, atque excogitando, omnium fuit Alcibiades acerrimus. Quum vero investigaret non tantum quæ dicenda essent, sed & quibus quæque nominibus

σι καὶ τοῖς ῥήμασιν, οὐκ εὐπορῶν δὲ, πολλάκις ἐσφάλλετο, καὶ μεταξὺ λέγων, ἀπεσιώπα καὶ διέλειπε, λέξεως διαφυγούσης αὐτὸν, ἀναλαμβάνων καὶ διασκοπούμενος.

Αἱ δ' ἱπποτροφίαι περιβόητοι μὲν ἐγένοντο καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁρμάτων· ἑπτὰ γὰρ ἄλλος οὐδεὶς καθῆκεν Ὀλυμπιάσιν ἰδιώτης, οὐδὲ βασιλεὺς, μόνος δὲ ἐκεῖνος. καὶ τὸ νικῆσαι δὲ καὶ δεύτερον γενέσθαι καὶ τέταρτον, ὡς Θουκυδίδης φησὶν, ὁ δ' Εὐριπίδης, τρίτον, ὑπερβάλλει λαμπρότητι καὶ δόξῃ πᾶσαν τὴν ἐν τούτοις φιλοτιμίαν. λέγει δ' ὁ Εὐριπίδης ἐν τῷ ᾄσματι ταῦτα,

Σὲ δ' ἀείσομαι ὦ Κλεινίου παῖ. καλὸν ἁ νίκα· κάλλιστον, ὃ μηδεὶς ἄλλος Ἑλλάνων, ἅρματι πρῶτα δραμεῖν, καὶ δεύτερα καὶ τρίτα, βῆναι δ' ἀπονητὶ, δὶς στεφθέντα ἐλαίᾳ κάρυκι βοὰν παραδοῦναι.

Τοῦτο μέντοι τὸ λαμπρὸν ἐπιφανέστερον ἐποίησεν ἡ τῶν πολεμίων φιλοτιμία. σκηνὴν μὲν γὰρ αὐτῷ κεκοσμημένην διαπρεπῶς ἔστησαν Ἐφέσιοι, τροφὰς δὲ ἵπποις καὶ πλῆθος ἱερείων παρεῖχεν ἡ Χίων πόλις, οἶνον δὲ Λέσβιοι, καὶ τὴν ἄλλην ὑποδοχὴν ἀφειδῶς ἑστιῶντι πολλούς. καὶ μὴν ἀλλὰ καὶ διαβολή τις ἢ κακοήθεια γενομένη περὶ τὴν φιλοτιμίαν ἐκείνην πλείονα λόγον παρέσχε. λέγεται γὰρ ὡς ἦν Ἀθήνησι Διομήδης, ἀνὴρ οὐ πονηρὸς, Ἀλκιβιάδου φίλος, ἐπιθυμῶν δὲ νίκην Ὀλυμπικὴν αὐτῷ γενέσθαι, καὶ πυνθανόμενος ἅρμα δημόσιον Ἀργείοις εἶναι, τὸν Ἀλκιβιάδην εἰδὼς ἐν Ἄργει μέγα δυνάμενον καὶ φίλους ἔχοντα πολλοὺς, ἔπεισεν αὐτῷ πρίασθαι τὸ ἅρμα. πριάμενος δὲ ὁ Ἀλ-

bus & verbis, atque eum illa subinde præterirent, offendebat, & inter dicendum obmutescebat interquiescebatque, fugiente ipsum dictione, excutiens memoriam & rem reputans.

Hujus in equis alendis magnificentia etiam curruum numero fuit celebris. Solus enim hic, præterea nemo, ad Olympiæ ludos neque privatus neque rex septem misit. Palmam vero quod retulerit primam & secundam & quartam, ut autor est Thucydides, vel, ut Euripides, tertiam, ea re præstat splendore & gloria omnibus qui in eo genere elaboraverunt. Sic enim canit Euripides,

Te vero canam, O Cliniæ fili: pulchra res est victoria, pulcherrima vero (quod nemini alii Græcorum contigit) curru primas, secundas & tertias obtinere, idque sine labore; & incedere bis olea coronatus, & a præcone palam celebratus.

Hanc ejus gloriam fecit munificentia hostium illustriorem: siquidem tentorium ei Ephesii posuerunt eximie adornatum, pabulum equis & copiam victimarum præbuit Chiorum civitas, Lesbii vinum & cæteras epulas large multos invitanti. At enim calumnia quædam vel malignitas, quæ in illum incurrit honorem, præbuit plerisque sermonem. Fama namque est fuisse Athenis Diomedem, hominem non malum, amicum Alcibiadis, qui palmam Olympiacam avens obtinere, quum esse currum publicum accepisset apud Argivos, magnam autem Alcibiadis autoritatem Argis sciret, multosque ibi habere hunc amicos, induxit eum ad emendum currum. Emptum Alcibiades

Ἀλκιβιάδης, ἴδιον ἀπεγράψατο, τὸν δὲ Διομήδη χαίρειν εἴασε χαλεπῶς φέροντα καὶ μαρτυρόμενον Θεοὺς καὶ ἀνθρώπους. φαίνεται δὲ καὶ δίκη συστᾶσα περὶ τούτου, καὶ λόγος Ἰσοκράτει γέγραπται περὶ τοῦ ζεύγους ὑπὲρ τοῦ Ἀλκιβιάδου παιδὸς, ἐν ᾧ Τισίας ἐστὶν οὐ Διομήδης ὁ δικασάμενος.

Ἐπεὶ δ᾽ ἀφῆκεν αὐτὸν εἰς τὴν πολιτείαν ἔτι μειράκιον ὤν, τοὺς μὲν ἄλλους εὐθὺς ἐταπείνωσε δημαγωγοὺς, ἀγῶνα δ᾽ εἶχε πρός τε Φαίακα τὸν Ἐρασιστράτου, καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτου· τὸν μὲν, ἤδη καθ᾽ ἡλικίαν προήκοντα, καὶ στρατηγὸν ἄριστον εἶναι δοκοῦντα· Φαίακα δ᾽, ἀρχόμενον, ὥσπερ αὐτὸς, αὐξάνεσθαι τότε, καὶ γνωρίμων ὄντα πατέρων, ἐλαττούμενον δὲ τοῖς τε ἄλλοις καὶ περὶ τὸν λόγον. ἐντευκτικὸς γὰρ ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ἐδόκει μᾶλλον, ἢ φέρειν ἀγῶνας ἐν δήμῳ δυνατός. ἦν γὰρ, ὡς Εὔπολίς φησι,

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

φέρεται δὲ καὶ λόγος τις κατ᾽ Ἀλκιβιάδου καὶ Φαίακος γεγραμμένος, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται καὶ ὅτι τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κεκτημένης, Ἀλκιβιάδης ἐχρῆτο πᾶσιν αὐτοῖς ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ᾽ ἡμέραν δίαιταν. ἦν δέ τις Ὑπέρβολος Περιθοίδης, οὗ μέμνηται μὲν ὡς ἀνθρώπου πονηροῦ καὶ Θουκυδίδης, τοῖς δὲ κωμικοῖς ὁμοῦ τι πᾶσι διατριβὴν ἀεὶ σκωπτόμενος ἐν τοῖς θεάτροις παρεῖχεν. ἄτρεπτος δὲ πρὸς τὸ κακῶς ἀκούειν καὶ ἀπαθὴς ὤν, ὀλιγωρίᾳ δόξης, ἣν ἀναισχυντίαν καὶ ἀπόνοιαν οὖσαν, εὐτολμίαν ἔνιοι καὶ ἀνδρείαν καλοῦσιν, οὐδενὶ μὲν ἤρεσκεν, ἐχρῆτο δ᾽ αὐτῷ πολλάκις

des ſuum proprium profeſſus eſt. Diomedem vero frementem, ac Deorum hominumque fidem teſtantem, inſuper habuit. Videtur judicio quoque hac de re actum, atque orationem ſcripſit Iſocrates de curru pro Alcibiade puero, in qua Tiſias nominatur, non Diomedes, qui judicium ei dictavit.

Poſtquam ad rempublicam acceſſit admodum adoleſcens, illico reliquos populi duces depreſſit, adverſarios autem habuit Phæacem Eraſiſtrati filium, & Niciam Nicerati, hunc ætate jam provectum & optimum habitum ducem: ſuperiorem, in limine tunc poſitum, ut ipſe, incrementi, claris autem ortum majoribus, at cum aliis rebus, tum dicendi facultate eo inferiorem. Privatim enim affabilis & facundus potius eſſe, quam pulverem ferre poſſe forenſem videbatur. Siquidem habebat (ut refert Eupolis) loquentiæ multum, nihil eloquentiæ. Verſatur etiam in manibus quædam in Alcibiadem & Phæacem ſcripta oratio, in qua inter cætera relatum eſt, vaſa, quibus civitas abundabat aureis & argenteis, omnia Alcibiadem, ut propria, in quotidiano uſu habere. Erat Athenis Hyperbolus quidam Perithoides (cujus Thucydides quoque ut hominis improbi meminit, & materiam Comicis pene omnibus perpetuam dicteriorum in theatris præbuit) homo autem perfrictæ frontis & gloriæ incuria probri contemptor. Quæ quum impudentia ſit & vecordia, audaciam eam nominant nonnulli & fortitudinem. Hic nemini quidem erat probatus, verum ad calumniandos

λάκις ὁ δῆμος, ἐπιθυμῶν προπηλακίζειν τοὺς ἐν ἀξιώματι καὶ συκοφαντεῖν. ἀναπεισθεὶς οὖν ὑπ᾽ αὐτοῦ τότε, τὸ ὄστρακον ἐπιφέρειν ἔμελλεν, ᾧ κολούοντες ἀεὶ τὸν προὔχοντα δόξῃ καὶ δυνάμει τῶν πολιτῶν ἐλαύνουσι, παραμυθούμενοι τὸν φθόνον μᾶλλον ἢ τὸν φόβον. ἐπεὶ δὲ δῆλον ἦν ὅτι ἑνὶ τῶν τριῶν τὸ ὄστρακον ἐποίσουσι, συνήγαγε τὰς στάσεις εἰς ταὐτὸν ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ διαλεχθεὶς πρὸς τὸν Νικίαν, κατὰ Ὑπερβόλου κάτω τὴν ὀστρακοφορίαν ἔτρεψεν. ὡς δ᾽ ἔνιοί φασιν οὐ πρὸς Νικίαν ἀλλὰ πρὸς Φαίακα διαλεχθεὶς, καὶ τὴν ἐκείνου προσλαβὼν ἑταιρείαν, ἐξήλασε τὸν Ὑπέρβολον, οὐδ᾽ ἂν προσδοκήσαντα. φαῦλος γὰρ οὐδεὶς ἐνέπιπτεν εἰς τοῦτον τὸν κολασμὸν, οὐδ᾽ ἄδοξος, ὥσπερ καὶ Πλάτων ὁ κωμικὸς εἴρηκε τοῦ Ὑπερβόλου μνησθεὶς,

Καίτοι πέπραχε τῶν τρόπων μὲν ἄξια,
Αὑτοῦ δὲ καὶ τῶν στιγμάτων ἀνάξια.
Οὐ γὰρ τοιούτων εἵνεκ᾽ ὄστραχ᾽ εὑρέθη.

περὶ μὲν οὖν τούτων ἐν ἑτέροις μᾶλλον εἴρηται τὰ ἱστορούμενα.

Τὸν δ᾽ Ἀλκιβιάδην ὁ Νικίας οὐχ ἧττον ἠνία θαυμαζόμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἢ τιμώμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν. πρόξενος μὲν γὰρ ἦν ὁ Ἀλκιβιάδης τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ τοὺς ἁλόντας αὐτῶν περὶ Πύλον ἄνδρας ἐθεράπευσεν. ἐπεὶ δ᾽ ἐκεῖνοί τε διὰ Νικίου μάλιστα τῆς εἰρήνης τυχόντες, καὶ τοὺς ἄνδρας ἀπολαβόντες, ὑπερηγάπων αὐτόν· ἔν τε τοῖς Ἕλλησι λόγος ἦν ὡς Περικλέους μὲν συνάψαντος αὐτοὺς, Νικίου δὲ λύσαντος τὸν πόλεμον, οἵ τε πλεῖστοι τὴν εἰρήνην, Νίκειον ὠνόμαζον·

dos perstringendosque principes utebatur eo populus frequenter. Hujus ergo impulsu decennale exilium (quod vocant ostracismum) erat populus irrogaturus. Eo ad leniendam invidiam potius quam timorem, ut quisque inter cives honore & autoritate præcellebat, ita eum premebant semper & exagitabant. Quum esset nemini dubium quin ex tribus illis essent exilium uni inflicturi, consociavit factiones Alcibiades in unum, ac re cum Nicia communicata damnationem in ipsum vertit Hyperbolum: seu ut alii volunt, non cum Nicia, sed colloquutus cum Phæace, illius adjuncta secta, Hyperbolum ejecit civitate nihil minus cogitantem. Vilis enim in eam mulctam vel obscurus nemo incidebat, ut ait Plato comicus, Hyperboli mentionem faciens,

Quamvis suis sit digna passus moribus,
Seipso tamen non digna nec suis notis:
Nam non repertum istius est causa ostracum.

Verum de his alio loco latius, quæ memoriæ prodita sunt, retulimus.

At Alcibiadem non minus existimatio apud hostes Niciæ quam apud cives honores mordebant. Siquidem erat Alcibiades quidem hospes publice Lacedæmoniorum, curamque habuerat eorum qui capti fuerant ad Pylum: cæterum quia pacem illi opera Niciæ potissimum obtinuerant, captivosque receperant, atque ideo diligebant eum mirifice, eratque in ore Græcis, a Pericle bellum conflatum, finitum ab Nicia fuisse, eamque pacem nominabant plerique Niceam; haud me-

μαζον· οὐ μετρίως ἀνιώμενος ὁ Ἀλκιβιάδης καὶ φθονῶν, ἐβούλευε σύγχυσιν ὁρκίων. καὶ πρῶτον μὲν Ἀργείους αἰσθανόμενος μίσει καὶ φόβῳ τῶν Σπαρτιατῶν ζητοῦντας ἀποστροφήν, ἐλπίδας αὐτοῖς ἐνεδίδου κρύφα τῆς Ἀθηναίων συμμαχίας, καὶ παρεθάῤῥυνε πέμπων καὶ διαλεγόμενος τοῖς προεστῶσι τοῦ δήμου μὴ δεδιέναι, μηδὲ ὑπείκειν Λακεδαιμονίοις, ἀλλὰ πρὸς Ἀθηναίους τρέπεσθαι, καὶ περιμένειν ὅσον οὐδέπω μεταμελομένους καὶ τὴν εἰρήνην ἀφιέντας. ἐπεὶ δὲ Λακεδαιμόνιοι πρός τε τοὺς Βοιωτοὺς ἐποιήσαντο συμμαχίαν, καὶ Πάνακτον οὐχ ἑστῶσαν, ὥσπερ ἔδει, τοῖς Ἀθηναίοις παρέδωκαν, ἀλλὰ καταλύσαντες, ὀργιζομένους λαβὼν τοὺς Ἀθηναίους, ἔτι μᾶλλον ἐξετράχυνε. καὶ τὸν Νικίαν ἐθορύβει καὶ διέβαλλεν εἰκότα κατηγορῶν, ὅτι τοὺς ἐν Σφακτηρίᾳ τῶν πολεμίων ἀπολειφθέντας, αὐτὸς μὲν οὐκ ἠθέλησεν ἐξελεῖν στρατηγῶν, ἑτέρων δ' ἐξελόντων ἀφῆκε καὶ ἀπέδωκε, χαριζόμενος Λακεδαιμονίοις. εἶτ' ἐκείνους μὲν οὐκ ἔπεισε, φίλος ὤν, Βοιωτοῖς μὴ συνόμνυσθαι μηδὲ Κορινθίοις, Ἀθηναίοις δὲ κωλύειν τὸν βουλόμενον τῶν Ἑλλήνων φίλον εἶναι καὶ σύμμαχον, εἰ μὴ δόξειε Λακεδαιμονίοις. ἐκ δὲ τούτου κακῶς φερομένῳ τῷ Νικίᾳ παρῆσαν ὥσπερ κατὰ τύχην πρέσβεις ἀπὸ τῆς Λακεδαίμονος, αὐτόθεν τε λόγους ἐπιεικεῖς ἔχοντες, καὶ πρὸς πᾶν τὸ συμβιβαστικὸν καὶ δίκαιον αὐτοκράτορες ἥκειν φάσκοντες. ἀποδεξαμένης δὲ τῆς βουλῆς, τοῦ δὲ δήμου τῇ ὑστεραίᾳ μέλλοντος ἐκκλησιάζειν, δείσας ὁ Ἀλκιβιάδης, διεπράξατο τοὺς πρέσβεις ἐν λόγοις γενέσθαι πρὸς αὐτόν. ὡς δὲ συνῆλθον, ἔλεγε, Τί πεπόνθατε ἄνδρες Σπαρ-

mediocriter anxius Alcibiades invidensque ei, statuit convellere fœdus. Ac primum, quum sensisset quærere Argivos, odio ac metu Lacedæmoniorum, defectionem, fecit iis clam spem Atheniensium societatis, atque eos cum per nuntios tum ipse cum primoribus populi agens confirmavit, ne formidarent aut succumberent Lacedæmoniis, sed respicerent Athenienses, & spatium darent. Nam brevi fore eos ut pœniteret pacemque turbarent. Ut vero societatem Lacedæmonii cum Bœotiis iniere, neque Panactum (uti debebant) tradiderunt integrum Atheniensibus, sed dirutum, populum Atheniensem, quem acceperat frementem, magis magisque inflammavit; ac multitudinem in Niciam incitavit, eumque exagitavit consentaneis criminibus, noluisse in prætura eum illos qui ab exercitu hostium relicti in Sphacteria fuerant, capere, captos autem ab aliis, in gratiam Lacedæmoniorum liberasse ac reddidisse: deinde qui amicus sit illorum, eos ne conjurarent cum Bœotiis & Corinthiis, non induxisse, prohibere vero ne Græci, qui cupiunt, societatem & amicitiam, ni videatur Lacedæmoniis, copulent cum Atheniensibus. Quum inde Nicias adverso rumore esset, advenerunt forte ab Lacedæmone legati cum æquis (ut statim ostendebant) mandatis, docueruntque cum libera potestate se ad omnes controversias æquis legibus componendas missos. Quum id placeret curiæ, & esset populi concilium in posterum diem indictum, trepidus Alcibiades, perfecit ut colloquerentur secum legati. Ut congressi cum eo sunt, Quid hoc rei est, in-

Σπαρτιᾶται; πῶς ἔλαθεν ὑμᾶς ὅτι τὰ τῆς βουλῆς ἀεὶ μέτρια καὶ φιλάνθρωπα πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντάς ἐστιν, ὁ δὲ δῆμος μέγα φρονεῖ, καὶ μεγάλων ὀρέγεται; κἂν φάσκητε κύριοι πάντων ἀφῖχθαι, προστάττων καὶ βιαζόμενος ἀγνωμονήσει. φέρε δή, τὴν εὐήθειαν ταύτην ἀφέντες, εἰ βούλεσθε χρήσασθαι μετρίοις Ἀθηναίοις, καὶ μηδὲν ἐκβιασθῆναι παρὰ γνώμην, οὕτω διαλέγεσθε περὶ τῶν δικαίων ὡς οὐκ ὄντες αὐτοκράτορες. συμπράξομεν δ' ἡμεῖς Λακεδαιμονίοις χαριζόμενοι. ταῦτα δ' εἰπών, ὅρκους ἔδωκεν αὐτοῖς, καὶ μετέστησεν ἀπὸ τοῦ Νικίου παντάπασι πιστεύοντας αὐτῷ, καὶ θαυμάζοντας αὐτοῦ ἅμα τὴν δεινότητα καὶ σύνεσιν, ὡς οὐ τυχόντος ἀνδρὸς οὖσαν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνήχθη μὲν ὁ δῆμος, εἰσῆλθον δ' οἱ πρέσβεις. ἐρωτώμενοι δ' ὑπὸ τοῦ Ἀλκιβιάδου πάνυ φιλανθρώπως ἐφ' οἷς ἀφιγμένοι τυγχάνουσιν, οὐκ ἔφασαν ἥκειν αὐτοκράτορες. εὐθὺς οὖν ὁ Ἀλκιβιάδης ἐνέκειτο μετὰ κραυγῆς, ὥσπερ οὐκ ἀδικῶν ἀλλ' ἀδικούμενος, ἀπίστους καὶ παλιμβόλους ἀποκαλῶν, καὶ μηδὲν ὑγιὲς μήτε πράξειν μήτ' εἰπεῖν ἥκοντας. ἐπηγανάκτει δ' ἡ βουλή, καὶ ὁ δῆμος ἐχαλέπαινε. τὸν δὲ Νικίαν ἔκπληξις εἶχε καὶ κατήφεια τῶν ἀνδρῶν τῆς μεταβολῆς, ἀγνοοῦντα τὴν ἀπάτην καὶ τὸν δόλον.

Οὕτω δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ἐκπεσόντων, στρατηγὸς ἀποδειχθεὶς ὁ Ἀλκιβιάδης, εὐθὺς Ἀργείους καὶ Μαντινεῖς καὶ Ἠλείους συμμάχους ἐποίησε τοῖς Ἀθηναίοις. καὶ τὸν μὲν τρόπον οὐδεὶς τῆς πράξεως ἐπῄνει, μέγα δ' ἦν τὸ πεπραγμένον ὑπ' αὐτοῦ, διαστῆσαι καὶ κραδᾶναι Πελοπόννησον ὀλίγου δεῖν ἅπασαν, καὶ τοσαύτας ἀσπίδας ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ περὶ Μαντίνειαν ἀντιτάξαι Λακεδαιμονίοις,

inquit, Spartiatæ? An fugit vos ſenatum ſemper erga legatos moderate ſe gerere & humaniter, populum vero eſſe elatum & grandia affectare? Quod ſi miſſos vos dixeritis cum mandatis liberis, imperandi & extundendi vobis nullum faciet modum. Quin mittitis hanc amentiam, ſi æqua a populo Athenienſe impetrare, nec invitis vultis vobis quid extorqueri; ita vero agite cum populo Athenienſe, quaſi poteſtatem non habeatis plenam: nos in Lacedæmoniorum gratiam erimus vobis præſto. Ita fatus, jusjurandum dedit iis, traduxitque eos ab Nicia, fidem ut ſibi haberent, mirantes ejus, ut non vulgaris viri, & ſolertiam & prudentiam. Inſequenti die convenit populus, quo legati proceſſerunt. Rogati ſane quam comiter ab Alcibiade, quid veniſſent, negaverunt libera mandata habere. Mox Alcibiades inſtare cum clamore, quaſi non eos injuria afficeret, ſed afficeretur ipſe, perfidos & verſipelles appellans; neque ut quicquam boni vel facerent vel dicerent, oſtendens veniſſe: fremere etiam ſenatus, exardeſcere ira populus, Nicias, impoſturæ & doli ignarus, ſtupore & pudore ex iſtorum hominum inconſtantia defixus eſſe.

Ita exploſis Lacedæmoniis Alcibiades deſignatus prætor, Argivos, Mantineos, & Eleos adjunxit extemplo populo Athenienſi ſocios. Hujus facti nemo rationem commendavit: ingens fuit tamen res ab eo perpetrata, qui pene univerſam diſſociaverit & concuſſerit Peloponneſum, atque uno die tot legiones in acie ad Mantineam Lacedæmoniis

δαιμονίοις, καὶ πορρωτάτω τῶν Ἀθηναίων ἀγῶνα κατασκευάσαι καὶ κίνδυνον αὐτοῖς, ἐν ᾧ μέγα μὲν οὐδὲν ἡ νίκη προσέθηκε κρατήσασιν, εἰ δ' ἐσφάλησαν, ἔργον ἦν τὴν Λακεδαίμονα περιγενέσθαι. μετὰ δὲ τὴν μάχην, εὐθὺς ἐπέθεντο καταλύειν ἐν Ἄργει τὸν δῆμον οἱ χιλίαρχοι, καὶ τὴν πόλιν ὑπήκοον ποιεῖν. Λακεδαιμόνιοι δὲ παραγενόμενοι, κατέλυσαν τὴν δημοκρατίαν. αὖθις δὲ τῶν πολλῶν ἐξενεγκαμένων τὰ ὅπλα καὶ κρατησάντων, ἐπελθὼν ὁ Ἀλκιβιάδης, τήν τε νίκην ἐβεβαίωσε τῷ δήμῳ, καὶ τὰ μακρὰ τείχη συνέπεισε καθεῖναι, καὶ προσμίξαντας τῇ θαλάσσῃ, τὴν πόλιν ἐξάψαι παντάπασι τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως. καὶ τέκτονας καὶ λιθουργοὺς ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἐκόμισε, καὶ πᾶσαν ἐνεδείκνυτο προθυμίαν, οὐχ ἧττον ἑαυτῷ κτώμενος ἢ τῇ πόλει χάριν καὶ ἰσχύν. ἔπεισε δὲ καὶ Πατρεῖς ὁμοίως τείχεσι μακροῖς συνάψαι τῇ θαλάσσῃ τὴν πόλιν. εἰπόντος δέ τινος τοῖς Πατρεῦσιν ὅτι καταπιοῦνται ὑμᾶς Ἀθηναῖοι, Ἴσως, εἶπεν ὁ Ἀλκιβιάδης, κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ τοὺς πόδας, Λακεδαιμόνιοι δὲ κατὰ τὴν κεφαλὴν καὶ ἀθρόως. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς γῆς συνεβούλευεν ἀντέχεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τὸν ἐν Ἀγραύλῳ προβαλλόμενος ἀεὶ τοῖς ἐφήβοις ὅρκον ἔργῳ βεβαιοῦν. ὀμνύουσι γὰρ ὅροις χρήσασθαι τῆς Ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίαις· οἰκείαν ποιεῖσθαι διδασκόμενοι τὴν ἥμερον καὶ καρποφόρον.

Ἐν δὲ τοιούτοις πολιτεύμασι καὶ λόγοις, καὶ φρονήματι καὶ δεινότητι, πολλὴν αὖ πάλιν τὴν τρυφὴν τῆς διαίτης, καὶ περὶ πότους καὶ ἔρωτας, ὑβρίσματα

τὰ

moniis objecerit, certamenque iis & periculum remotissime ab Atheniensium finibus conflaverit, in quo non multum operæ pretii fecerunt ex victoria victores, at, si offendissent, vix esse Sparta poterat incolumis. Secundum pugnam mille viri Argis confestim populi imperium moliti sunt dissolvere, & civitatem in suam redigere ditionem: adfuerunt etiam Lacedæmonii, & jus populi sustulerunt. Hic, quum plebs arma resumpsisset & esset victor, superveniens Alcibiades, victoriam præstitit populo solidam, & ut longos muros deducerent fuit autor, atque his mari junctis urbem penitus populi Atheniensis viribus annecterent. Ille fabros & lapicidas ex Athenis adduxit, atque omne studium præstitit iis: quare non minorem sibi ipsi quam civitati Atheniensi gratiam & opes quæsivit. Suasit item Patrensibus ut murorum brachiis committerent urbem mari. Hic quum admonerent quidam Patrenses, Athenienses vos devorabunt, Alcibiades, Fortassis carptim, inquit, & a pedibus, Lacedæmonii vero a capite & semel. Enimvero consuluit etiam populo Atheniensi, ut terram quoque assereret, & objecto juventuti semper illo quo adiguntur Agrauli jurejurando, id ut præstarent re, admonuit. Jurant enim terminos se Atticæ habituros, triticum, hordeum, vineas, oleas; quo suggerebatur iis, omnem ut assererent terram cultam & frugiferam.

His actionibus, orationibus, huic prudentiæ & eloquentiæ ingentem ex altera parte immiscebat vitæ luxum, comessationes, amores,

τά τε καὶ θηλύτητας ἐσθήτων ἁλουργῶν ἑλκομένων δι' ἀγορᾶς, καὶ πολυτέλειαν ὑπερήφανον, ἐκτομάς τε καταστρωμάτων ἐν ταῖς τριήρεσιν, ὅπως μαλακώτερον ἐγκαθεύδοι, κειρίαις, ἀλλὰ μὴ σανίσι τῶν στρωμάτων ἐπιβαλλομένων, ἀσπίδος τε διαχρύσου ποίησιν, οὐδὲν ἐπίσημον τῶν πατρίων ἔχουσαν, ἀλλ' ἔρωτα κεραυνοφόρον. ἅπερ ὁρῶντες οἱ μὲν ἔνδοξοι μετὰ τοῦ βδελύττεσθαι καὶ δυσχεραίνειν, ἐφοβοῦντο τὴν ὀλιγωρίαν αὐτοῦ καὶ παρανομίαν, ὡς τυραννικὰ καὶ ἀλλόκοτα· τοῦ δὲ δήμου τὸ πάθος τὸ πρὸς αὐτὸν οὐ κακῶς ἐξηγούμενος ὁ Ἀριστοφάνης ταῦτ' εἴρηκεν,

Ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δὲ, βούλεται δ' ἔχειν.

ἔτι δὲ μᾶλλον τῇ ὑπονοίᾳ πιέζων,

Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν.
Ἢν δ' ἐκτρέφῃ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

ἐπιδόσεις γὰρ καὶ χορηγίαι, καὶ φιλοτιμήματα πρὸς τὴν πόλιν ὑπερβολὴν μὴ ἀπολείποντα, καὶ δόξα προγόνων, καὶ λόγου δύναμις, καὶ σώματος εὐπρέπεια, καὶ ῥώμη μετ' ἐμπειρίας τῶν πολεμικῶν καὶ ἀλκῆς, πάντα τἆλλα συγχωρεῖν ἐποίει καὶ φέρειν μετρίως τοὺς Ἀθηναίους, ἀεὶ τὰ πρᾳότατα τῶν ὀνομάτων τοῖς ἁμαρτήμασι τιθεμένους, παιδιὰς καὶ φιλανθρωπίας. οἷον ἦν καὶ τὸ Ἀγάθαρχον τὸν ζωγράφον εἷρξαι, εἶτα γράψαντα τὴν οἰκίαν, ἀφεῖναι δωρησάμενον· καὶ Ταυρέαν ἀντιχορηγοῦντα ῥαπίσαι, φιλοτιμούμενον ὑπὲρ τῆς νίκης· καὶ τὸ Μηλίαν γυναῖκα ἐκ τῶν αἰχμαλώτων ἐξελόμενον, καὶ συνόντα

res, proterviam, mollitiem vestium purpurearum, quas per forum trahebat, insolentem profusionem, incisuras in triremibus fororum quo mollius cubaret, quum injecta haberet fasciis non asseribus stragula, clypeum deauratum, in quo non assueta Atheniensibus insignia, sed Cupido fulmen tenens erat sculptus. Quæ principes viri quum viderent, tum execrabantur ferebantque graviter, tum extimescebant istam hominis dissolutionem & contemptum legum, velut tyrannica & monstrifica. Animum adversus eum populi non male exprimit hisce versibus Aristophanes,

Cupit quidem, sed odit, ipsum vult tamen.

Alio loco allusione quadam propius eum tangens,

In civitate ne leonem nutrias,
Sin educasti, obtempera ejus moribus.

Largitiones enim ludorumque exhibitiones & munificentia in populum, quibus addi poterat nihil, claritas majorum, dicendi vis, corporis decor, roburque cum militaris rei conjunctum peritia & virtute efficiebant, in reliquis ut conniveret omnibus, eaque ferret populus Atheniensis moderate, utque vocabulis peccata ejus lenissimis ludos appellaret atque humanitatem: ut quum Agatharchum pictorem vi detinuit, exinde quum pinxisset domum suam, muneribus dimisit honoratum. Taureæ ex adverso ludos edenti, quod secum certaret pro victoria, colaphum infregit. Meliam mulierem ex captivis sumpsit, cujus ex com-

συνόντα θρέψαι παιδάριον ἐξ αὐτῆς. καὶ γὰρ τοῦτο φιλάνθρωπον ἐκάλουν· πλὴν ὅτι τοὺς Μηλίους ἡβηδὸν ἀποσφαγῆναι τὴν πλείστην αἰτίαν ἔσχε, τῷ ψηφίσματι συνειπών. Ἀριστοφῶντος δὲ Νεμέαν γράψαντος, ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτῆς καθήμενον Ἀλκιβιάδην ἔχουσαν, ἐθεῶντο καὶ συνέτρεχον χαίροντες. οἱ δὲ πρεσβύτεροι καὶ τούτοις ἐδυσχέραινον, ὡς τυραννικοῖς καὶ παρανόμοις. ἐδόκει δὲ καὶ Ἀρχέστρατος οὐκ ἀπὸ τρόπου λέγειν, ὡς ἡ Ἑλλὰς οὐκ ἂν ἤνεγκε δύο Ἀλκιβιάδας. ἐπεὶ δὲ Τίμων ὁ μισάνθρωπος εὐημερήσαντα τὸν Ἀλκιβιάδην, καὶ προπεμπόμενον ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπιφανῶς, οὐ παρῆλθεν οὐδ᾽ ἐξέκλινεν, ὥσπερ εἰώθει τοῖς ἄλλοις, ἀλλ᾽ ἀπαντήσας καὶ δεξιωσάμενος, Εὖ γ᾽, ἔφη, ποιεῖς αὐξόμενος ὦ παῖ· μέγα γὰρ αὔξῃ κακὸν ἅπασι τούτοις· οἱ μὲν ἐγέλων, οἱ δ᾽ ἐβλασφήμουν, ἐνίους δὲ καὶ πάνυ τὸ λεχθὲν ἐπέστρεφεν. οὕτως ἄκριτος ἦν ἡ δόξα περὶ αὐτοῦ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνωμαλίαν.

Σικελίας δὲ καὶ Περικλέους ἔτι ζῶντος ἐπεθύμουν Ἀθηναῖοι, καὶ τελευτήσαντος ἥπτοντο, καὶ τὰς λεγομένας βοηθείας καὶ συμμαχίας ἔπεμπον ἑκάστοτε τοῖς ἀδικουμένοις ὑπὸ Συρακουσίων, ἐπιβάθρας τῆς μείζονος στρατείας τιθέντες. ὁ δὲ παντάπασι τὸν ἔρωτα τοῦτον ἀναφλέξας αὐτῶν, καὶ πείσας μὴ κατὰ μέρος μηδὲ κατὰ μικρὸν, ἀλλὰ μεγάλῳ στόλῳ πλεύσαντας ἐπιχειρεῖν καὶ καταστρέφεσθαι τὴν νῆσον, Ἀλκιβιάδης ἦν, τόν τε δῆμον μεγάλα πείσας ἐλπίζειν, αὐτός τε μειζόνων ὀρεγόμενος. ἀρχὴν γὰρ εἶναι πρὸς ἃ ἤλπικει διενοεῖτο τῆς στρατείας, οὐ τέλος, ὥσπερ οἱ λοιποὶ, Σικελίαν. καὶ Νικίας μὲν,

ὡς

complexu puerum natum tulit. Eam enim vocabant humanitatem. Causam tamen ut Melii puberes omnes interficerentur, quia scriptum in id defendit plebiscitum, præcipue dedit. Quum pinxisset Aristophon Nemeam, quæ sedentem in complexu suo Alcibiadem tenebat, spectaverunt tabulam, lætique eo concurrere. At majores natu ægre tulerunt hæc quoque ut tyrannica, & intoleranda: neque absurde visus est Archestratus dicere, Duos Græciam Alcibiadas non potuisse ferre. Quum Timon ab hominum odio Misanthropus dictus, Alcibiadem, quem, quum in concione obtinuisset id quod agebat, prosequebatur populus magno honore, non præteriret, neque defugeret, sicut soleret alios, sed iret obviam, dataque dextra, Macte, inquit, incremento fili esto, in magnam enim omnibus hisce augeris calamitatem; partim risere, partim incessere eum convitiis: nonnullos magnopere id dictum permovit. Adeo varia erat ob morum ejus inconstantiam de eo opinio.

Porro Siciliæ, vivo etiam Pericle, adjecerat oculos populus Atheniensis, & defuncto, manus admovit, atque societatis specie auxilia & subsidia armorum mittebat assidue iis qui ab Syracusanis infestabantur, gradum faciens ad majorem expeditionem. At qui prorsus eum inflammavit ardorem, induxitque ut ne carptim neque minutatim, sed ingenti classe expeditionem susciperent & subigerent eam insulam, Alcibiades fuit; qui spem populi inflavit ad grandia, & grandioribus ipse inhiabat: siquidem exordium esse ad ea quæ complexus spe erat, expeditionis, non terminum, sicut cæteri, cogitabat Siciliam. At Nicias quidem,

Ἤδη δὲ καὶ δόξαν αὐτοῦ καὶ δύναμιν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἐν τῇ πόλει μεγάλην ἔχοντος, ἡ βουλὴ τοῖς πλουσίοις ἀμύνουσα πρὸς τὸν δῆμον ἐστασίασε, πολλὰ καὶ δεινὰ πάσχειν ὑπὸ τῶν δανειστῶν δοκοῦντα. τοὺς μὲν γὰρ κεκτημένους μέτρια, πάντων ἀφῃροῦντο τῶν ὄντων, ἐνεχυρασμοῖς καὶ πράσεσι. τοὺς δὲ παντελῶς ἀπόρους, αὐτοὺς ἀπῆγον καὶ τὰ σώματα καθεῖργνυσαν αὐτῶν, ὠτειλὰς ἔχοντα τετρωμένων πολλὰς καὶ πεπονηκότων ἐν ταῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος στρατείαις· ὧν τὴν τελευταίαν ἐδέξαντο πρὸς Σαβίνους, τῶν τε πλουσιωτάτων ἐπαγγειλαμένων μετριάσειν, καὶ τῆς βουλῆς τὸν ἄρχοντα Μάρκον Οὐαλέριον ἐγγυήσασθαι ψηφισαμένης. ἐπεὶ δὲ κἀκείνην ἀγωνισαμένοις τὴν μάχην προθύμως καὶ κρατήσασι τῶν πολεμίων, οὐδὲν ἐγίνετο παρὰ τῶν δανειστῶν ἐπιεικές, οὐδ᾽ ἡ βουλὴ προσεποιεῖτο μεμνῆσθαι τῶν ὡμολογημένων, ἀλλ᾽ ἀγομένους πάλιν περιεώρα καὶ ῥυσιαζομένους, θόρυβοι δὲ καὶ συστάσεις ἦσαν ἐν τῇ πόλει πονηραί· καὶ τοὺς πολεμίους οὐκ ἔλαθε ταραχωδῶς ἔχων ὁ δῆμος, ἀλλ᾽ ἐμβαλόντες ἐπυρπόλουν τὴν χώραν. τῶν δ᾽ ἀρχόντων εἰς τὰ ὅπλα τοὺς ἐν ἡλικίᾳ καλούντων, οὐδεὶς ὑπήκουεν· οὕτω διέστησαν αἱ γνῶμαι πάλιν τῶν ἐν τέλει· καί τινες μὲν ᾤοντο δεῖν ὑφίεσθαι τοῖς πένησι, καὶ χαλάσαι τὸ

σύν-

que parens sit ei gratulatus, ejusque fuerit particeps lætitiæ: Marcius, matri se putans debitam quoque patri benevolentiam debere, Volumnia non satiabatur oblectanda & colenda, sed & uxorem instante illa & precante duxit, atque uno in tecto cum matre, natis sibi jam liberis, habitavit.

Quum jam nomen esset ejus in urbe & opes ob virtutem ingentes, seditio inter senatum, qui tuebatur opulentos, exorta est, & populum, qui perquam se graviter putabat opprimi a fœneratoribus. Siquidem mediocriter locupletes pignorationibus & auctionibus omnibus exuebant fortunis: qui prorsus erant inopes, eos ipsos ducebant, & corpora tenebant nexa vulnerum cicatricibus oppleta & confecta, obitis pro patria expeditionibus; quarum subierant novissimam contra Sabinos, quum ditissimi quique ostendissent se lenius cum ipsis acturos, & ex senatus decreto sponsor consul M. Valerius intercessisset. Cæterum quum in eo quoque prœlio egregia opera militum enituisset, hostesque cæsi essent, neque quicquam remitterent tamen fœneratores, curia autem dissimularet promissorum meminisse, ducique denuo cives & pignora capi permitteret, tumultus vero inde seditioque occuparet fœda civitatem, neque motus populi hostes fefellisset, sed inducto exercitu fines Romanos vastarent, habentibusque delectum juventutis consulibus nemo responderet ad nomen; tunc iterum dissonæ sententiæ fuerunt magistratuum. Pars subveniendum censebant pauperibus, nimiumque rigorem laxandum

juris.

συντόνως ἄγαν καὶ νόμιμον· ἔνιοι δ' ἀντέτεινον, ὧν ἦν καὶ Μάρκιος, οὐ τὸ τῶν χρημάτων μέγιστον ἡγούμενος, ἀρχὴν δὲ καὶ πεῖραν ὕβρεως ὄχλου καὶ θρασύτητος ἐπανισταμένου τοῖς νόμοις, εἰ σωφρονοῦσι, παύειν καὶ σβεννύειν παρακελευόμενος.

Συνιούσης δὲ περὶ τούτων πολλάκις ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τῆς βουλῆς, καὶ μηδὲν τέλος ἐκφερούσης, συστάντες οἱ πένητες ἄφνω, καὶ παρακαλέσαντες ἀλλήλους, ἀπέλιπον τὴν πόλιν· καὶ καταλαβόντες ὄρος ὃ νῦν ἱερὸν καλεῖται, παρὰ τὸν Ἀνίωνα ποταμὸν ἐκαθέζοντο, πράττοντες μὲν οὐδὲν βίαιον οὐδὲ στασιαστικόν, ἐκπεπτωκέναι δὲ τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν πλουσίων πάλαι βοῶντες, ἀέρα δὲ καὶ ὕδωρ καὶ τόπον ἐνταφῆναι πανταχοῦ τὴν Ἰταλίαν αὐτοῖς παρέξειν, ὧν πλέον οὐδὲν οἰκοῦσι τὴν Ῥώμην ὑπάρχειν αὐτοῖς, ἀλλ' ἢ τιτρώσκεσθαι καὶ ἀποθνήσκειν ὑπὲρ τῶν πλουσίων στρατευομένοις. ταῦτ' ἔδεισεν ἡ βουλή, καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς μάλιστα καὶ δημοτικοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἐξαπέστειλε. προηγόρει δὲ Μενήνιος Ἀγρίππας· καὶ πολλὰ μὲν τοῦ δήμου δεόμενος, πολλὰ δ' ὑπὲρ τῆς βουλῆς παρρησιαζόμενος, τελευτῶντι τῷ λόγῳ περιῆλθεν εἰς σχῆμα μύθου διαμνημονευόμενον. ἔφη γὰρ τοῦ ἀνθρώπου τὰ μέλη πάντα πρὸς τὴν γαστέρα στασιάσαι, καὶ κατηγορεῖν αὐτῆς, ὡς μόνης ἀργοῦ καὶ ἀσυμβόλου καθεζομένης ἐν τῷ σώματι, τῶν δ' ἄλλων εἰς τὰς ἐκείνης ὀρέξεις πόνους τε μεγάλους καὶ λειτουργίας ὑπομενόντων· τὴν δὲ γαστέρα τῆς εὐηθείας αὐτῶν καταγελᾶν, ἀγνοούντων ὅτι τὴν τροφὴν ὑπολαμβάνει μὲν εἰς ἑαυτὴν ἅπασαν, ἀναπέμπει δ' αὖθις ἐξ αὐτῆς καὶ διανέμει τοῖς ἄλλοις. Οὕτως οὖν, ἔφη, καὶ τῆς συγκλήτου λόγος ἐστίν,

juris. Alii contra senserunt, inter quos erat Marcius, non pecuniæ jacturæ tantam rationem ducens, sed initium hoc esse procacitatis & contumaciæ insurgentis adversus leges plebis: id, si saperent, ut opprimerent & extinguerent, hortatus est.

Senatu his de rebus crebro paucis diebus habito, nec quicquam expediente, plebs repente conspirans, ac sese mutuo cohortata, excessit urbe, & in montem, qui nunc Sacer appellatur, trans Anienem amnem secessit. Quieti sine ulla violentia, tantum urbe se jamdudum fremebant pulsos, aera, aquam, locum suppeditaturam ubique ad sepulturam Italiam, quibus nihilo amplius sint colentes Romam habituri, quam ut pro divitibus militantes, vulneribus concidantur & vitam profundant. Id timentes patres, ex majoribus natu moderatissimum quemque & maxime popularem miserunt ad plebem. Princeps legationis fuit Menenius Agrippa. Hic partim obsecrans plebem, partim senatum defendens, in extrema oratione ad figuram pervulgatam fabulæ delapsus est. Nam omnes hominis partes conjurasse ait contra ventrem, questas solum ignavum in homine & immunem quiescere, omniaque illius quæri aviditati ingenti suo labore & ministerio: ventrem vero stultitiam earum derisisse, ignorantium recipere quidem alimentum intra se omne, sed reddere id ex se, & distribuere in alias. Eadem (inquit) ratio, Quirites, patrum est vobiscum:

ἐςὶν, ὦ πολῖται, πρὸς ὑμᾶς. τὰ γὰρ ἐκεῖ τυγχάνοντα τῆς προσηκούσης οἰκονομίας βουλεύματα καὶ πράγματα πᾶσιν ὑμῖν ἐπιφέρει καὶ διανέμει τὸ χρήσιμον καὶ ὠφέλιμον.

Ἐκ τούτου διηλλάγησαν, αἰτησάμενοι παρὰ τῆς βουλῆς, καὶ τυχόντες, ἄνδρας αἱρεῖσθαι πέντε προστάτας τῶν δεομένων βοηθείας, τοὺς νῦν δημάρχους καλουμένους. εἵλοντο δὲ πρώτους, οἷς ἐχρήσαντο καὶ τῆς ἀποστάσεως ἡγεμόσι, τοὺς περὶ Βροῦτον Ἰούνιον καὶ Σικίννιον Βέλλουτον. ἐπεὶ δ᾽ ἡ πόλις εἰς ἓν ἦλθεν, εὐθὺς ἐν τοῖς ὅπλοις ἦσαν οἱ πολλοὶ, καὶ παρεῖχον αὐτοὺς τοῖς ἄρχουσι χρῆσθαι προθύμως ἐπὶ τὸν πόλεμον. ὁ δὲ Μάρκιος, οὔτ᾽ αὐτὸς ἡδόμενος οἷς ὁ δῆμος ἴσχυεν, ἐνδούσης τῆς ἀριστοκρατίας, καὶ τῶν ἄλλων πατρικίων πολλοὺς ὁρῶν τὸ αὐτὸ πεπονθότας, ὅμως παρεκάλει μὴ ἀπολείπεσθαι τῶν δημοτικῶν ἐν τοῖς περὶ τῆς πατρίδος ἀγῶσιν, ἀλλὰ τῇ ἀρετῇ μᾶλλον ἢ τῇ δυνάμει φαίνεσθαι διαφέροντας αὐτῶν.

Ἐν δὲ τῷ Οὐολούσκων ἔθνει πρὸς οὓς ἐπολέμουν, ἡ Κοριολάνων πόλις ἀξίωμα μέγιςον εἶχε. ταύτην οὖν τοῦ ὑπάτου Κομινίου περιστρατοπεδεύσαντος, οἱ λοιποὶ Οὐολοῦσκοι δείσαντες, ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους συνεβοήθουν πανταχόθεν, ὡς πρὸς τῇ πόλει ποιησόμενοι μάχην, καὶ διχόθεν ἐπιχειρήσοντες αὐτοῖς. ἐπεὶ δ᾽ ὁ Κομίνιος διελὼν τὴν δύναμιν, αὐτὸς μὲν ἀπήντα τοῖς ἔξωθεν ἐπιοῦσι τῶν Οὐολούσκων, Λάρκιον δὲ Τίτον, ἄνδρα Ῥωμαῖον ἐν τοῖς ἀρίστοις, ἐπὶ τῆς πολιορκίας ἀπέλιπε, καταφρονήσαντες οἱ Κοριολάνοι τῶν παρόντων, ὑπεξῆλθον, καὶ προσμαχόμενοι τὸ πρῶτον ἐκράτουν, καὶ κατεδίωκον εἰς τὸν

χά-

cum: nam recte atque ordine deliberata apud eos consilia cœptaque omnibus vobis adferunt & dispertiunt utilitatem atque fructum.

In concordiam deinde concessum est, postulaveruntque a senatu & obtinuerunt, ut quinque viri crearentur, quorum patrocinio uterentur, quibuscunque opus fuerit, qui nunc tribuni plebis vocantur. Primos creaverunt, quos secessionis autores habuerant, Junium Brutum & Sicinium Vellutum. Civitate reconciliata, plebs confestim arma cepit, & obnixe imperata ad bellum fecit. C. Marcius, quanquam nec ipse populi viribus, elanguescente principum potentia, lætus fuit, pariterque nobilitatem pleramque vidit animatam, incitavit eam tamen ne concederet in defendenda patria popularibus, sed incumberet, ut cognosceretur virtute potius ipsam quam opibus antecellere.

Porro Volscorum gentis, quibuscum gerebant bellum, præcipua dignitate Corioli eminebant. Quam urbem quum obsideret consul Cominius, reliqui Volsci trepidantes, omnibus collectis viribus in conspectu oppidi statuerunt cum Romanis confligere, atque duabus ex partibus eos adoriri. Adversus id Cominius bipartito exercitu, extra invadentibus Volscis ipse occurrit, & Titum Lartium, virum inter Romanos præstantissimum, reliquit ad obsidionem continuandam. Ibi contempto Coriolani castrorum præsidio, eruptionem fecere, invadentesque Romanos primo superiores fuerunt, eosque intra vallum

us-

χάρακα τοὺς Ῥωμαίους. ἔνθα δὴ Μάρκιος ἐκδραμὼν σὺν ὀλίγοις, καὶ καταβαλὼν τοὺς προσμίξαντας αὐτῷ μάλιστα, τοὺς δ' ἄλλους στήσας ἐπιφερομένους, ἀνεκαλεῖτο μεγάλῃ βοῇ τοὺς Ῥωμαίους. καὶ γὰρ ἦν, ὥσπερ ἠξίου τὸν στρατιώτην ὁ Κάτων, οὐ χειρὶ καὶ πληγῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ τόνῳ φωνῆς καὶ ὄψει προσώπου φοβερὸς ἐντυχεῖν πολεμίῳ, καὶ δυσυπόστατος. ἀθροιζομένων δὲ πολλῶν καὶ συνισταμένων περὶ αὐτὸν, ἀπεχώρουν οἱ πολέμιοι δείσαντες. ὁ δ' οὐκ ἠγάπησεν, ἀλλ' ἐπηκολούθει, καὶ συνήλαυνεν ἤδη προτροπάδην φεύγοντας ἄχρι τῶν πυλῶν. ἐκεῖ δ' ὁρῶν ἀποτρεπομένους τοῦ διώκειν τοὺς Ῥωμαίους, πολλῶν μὲν ἀπὸ τοῦ τείχους βελῶν προσφερομένων, τὸ δὲ συνεισπεσεῖν τοῖς φεύγουσιν εἰς πόλιν ἀνδρῶν πολεμικῶν γέμουσαν, ἐν τοῖς ὅπλοις ὄντων, οὐδενὸς εἰς νοῦν ἐμβαλέσθαι τολμῶντος, ὅμως ἐπιστὰς παρεκάλει καὶ παρεθάρρυνεν, ἀνεῴχθαι βοῶν ὑπὸ τῆς τύχης τοῖς διώκουσι μᾶλλον ἢ τοῖς φεύγουσι τὴν πόλιν. οὐ πολλῶν δὲ βουλομένων ἐπακολουθεῖν, ὠσάμενος διὰ τῶν πολεμίων, ἐνήλατο ταῖς πύλαις καὶ συνεισέπεσε, μηδενὸς τὸ πρῶτον ἀντισχεῖν μηδ' ὑποστῆναι τολμήσαντος. ἔπειτα δὲ ὡς κατεῖδεν ὀλίγους παντάπασιν ἔνδον ὄντας συμβοηθούντων καὶ προσμαχομένων, ἀναμεμιγμένους ὁμοῦ φίλοις καὶ πολεμίοις, ἄπιστον ἀγῶνα λέγεται, καὶ χειρὸς ἔργοις, καὶ ποδῶν τάχει καὶ τολμήμασι ψυχῆς ἀγωνιζόμενος ἐν τῇ πόλει, καὶ κρατῶν ἁπάντων πρὸς οὓς ὁρούσειε, τοὺς μὲν ἐξῶσαι πρὸς τὰ ἔσχατα μέρη, τῶν δ' ἀπειπαμένων καὶ καταβαλόντων τὰ ὅπλα, πολλὴν ἄδειαν τῷ Μαρκίῳ παρασχεῖν ἔξωθεν ἐπάγοντι τοὺς Ῥωμαίους.

Οὕτω

usque insequebantur. Hic Marcius cum modica manu procurrit, cæsisque qui se primi obtulerunt, atque aliorum retuso impetu, Romanos alta voce ad repetendam pugnam vocavit. Erat enim qualem esse Cato voluit militem, non manu tantum & gladio, verum & vocis contentione & obtutu vultus terribilis aspicienti hosti atque intolerabilis. Concurrentibus multis, & se ad illum aggregantibus, receperunt se pavidi hostes. Neque hactenus fuit contentus, sed tergis inhæsit eorum, & effuse fugientes usque ad portam egit. Ibi Romanos contemplatus non ultra persequi hostem, quod grando ex muris ingereretur telorum: neque, ut permixtus fugientibus in urbem virorum plenam bellicosorum armaque tenentium irrumperet, substituere ullus animo auderet; institit tamen, hortatusque est, atque incendit suos, patefactam vociferans a fortuna insectantibus magis quam fugientibus portam. Quum sequi nisi pauci detrectarent, via per medios facta hostes magno impetu, per portas una cum hostibus irrupit, neque quisquam erat primum, qui restare, vel ei se auderet objicere. Ubi deinde perpaucos in urbe animadvertit, qui præsto essent sibi & assisterent, inter medios socios simul & hostes agens, pugnam dicitur incredibilem manus promptitudine, pedum velocitate, atque ardore animi in oppido edidisse, fusisque omnibus, in quos eum tulit impetus, partim in ultimas urbis partes extrusisse, partim, re deplorata, arma abjicientibus, magnam commoditatem Marcio inducendi in oppidum Romanos dedisse.

Ita

Οὕτω δὲ τῆς πόλεως ἁλούσης, καὶ τῶν πλείστων ἐν ἁρπαγαῖς ὄντων καὶ διαφορήσεσι χρημάτων, ὁ Μάρκιος ἠγανάκτει καὶ ἐβόα, δεινὸν ἡγούμενος, τοῦ ὑπάτου καὶ τῶν σὺν ἐκείνῳ πολιτῶν τάχα που συμπεπλεκότων τοῖς πολεμίοις καὶ διαμαχομένων, αὐτοὺς χρηματίζεσθαι περιιόντας, ἢ προφάσει χρηματισμοῦ τὸν κίνδυνον ἀποδιδράσκειν. ἐπεὶ δ' οὐ πολλοὶ προσεῖχον αὐτῷ, τοὺς βουλομένους ἀναλαβὼν, ἐβάδιζε τὴν ὁδὸν, ᾗ τὸ στράτευμα προσκεχωρηκὸς ᾔσθητο· πολλάκις μὲν ἐποτρύνων τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ παρακαλῶν μὴ ἐνδιδόναι, πολλάκις δὲ τοῖς Θεοῖς εὐχόμενος μὴ ἀπολειφθῆναι τῆς μάχης, ἀλλ' εἰς καιρὸν ἐλθεῖν ἐν ᾧ συναγωνιεῖται καὶ συγκινδυνεύσει τοῖς πολίταις. ἦν δὲ τότε τοῖς Ῥωμαίοις ἔθος εἰς τάξιν καθισταμένοις, καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, καὶ περιζώννυσθαι τὴν τήβεννον, ἅμα καὶ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι, τριῶν ἢ τεττάρων ἐπακουόντων ὀνομάζοντας τὸν κληρονόμον. ταῦτα δὴ πράττοντας ἤδη τοὺς στρατιώτας Μάρκιος, ἐν ὄψει τῶν πολεμίων ὄντων, κατελάμβανε. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐνίους διετάραξεν ὀφθεὶς, μετ' ὀλίγων αἵματος περίπλεως καὶ ἱδρῶτος· ἐπεὶ δὲ προσδραμὼν τῷ ὑπάτῳ περιχαρὴς τὴν δεξιὰν ἐνέβαλε καὶ τῆς πόλεως ἀπήγγειλε τὴν ἅλωσιν, ὁ δὲ Κομίνιος περιεπλέξατο αὐτὸν καὶ κατησπάσατο, τοῖς μὲν πυθομένοις τὸ γεγενημένον κατόρθωμα, τοῖς δ' εἰκάσασι, θάρσος παρέστη, καὶ βοῇ παρεκάλουν ἄγειν καὶ συνάπτειν. ὁ δὲ Μάρκιος ἠρώτησε τὸν Κομίνιον, πῶς διακεκόσμηται τὰ τῶν πολεμίων ὅπλα, καὶ ποῦ τέτακται τὸ μαχιμώτατον· ἐκείνου δὲ φήσαντος οἴεσθαι τὰς κατὰ μέσον σπείρας Ἀντιατῶν εἶναι, πολεμικωτάτων

Ita oppido capto, dum plerique in eo sunt exhauriendo opibusque diripiendis occupati, indignatus Marcius, clamat rem indignam esse, si dum consul & qui cum eo sint cives signis collatis fortasse cum hostibus dimicent, ipsi circumcursitent ad prædam, aut prædæ colore periculum declinent. Sed quum pauci parerent ei, quos promptos videt, secum trahens, pergit quo processisse sentit exercitum; crebro excitans agmen & adhortans ne elanguescat, crebro Deos precans ne post prœlium, verum tempestive adsit, quo certamen queat una cum civibus & periculum subire. Moris erat id temporis in acie stantibus Romanis, quum jam sumpturi scuta essent & togam præcincturi, testamenta non scripta in procinctu facere, & tribus aut quatuor exaudientibus nuncupare hæredem. Id agentibus militibus Marcius, quum hostis sub oculis esset, supervenit. Ac primus ejus conspectus cum paucis cruore & sudore oppleti venientis injecit pavorem: cæterum postquam accurrit, consulique exultans dextram porrexit & captam annuntiavit urbem, Cominius autem complexus eum & osculatus est; omnibus, qui vel ipsum successum audiebant vel assequebantur conjectura, creverunt animi, clamaveruntque, pergeret & prœlium committeret. At Marcius percunctatus Cominium est, quemadmodum acies instructa hostium, & ubi robur eorum esset locatum. Quum arbitrari se respondisset ille, quæ mediam aciem obtinerent, cohortes Antiatium esse longe fortissimas, neque esse ani-

τάτων καὶ μηδενὸς φρονήματος ὑφειμένων. Ἀξιῶ σε τοίνυν, ὁ Μάρκιος ἔφη, καὶ αἰτοῦμαι, κατὰ τούτους τάξον ἡμᾶς τοὺς ἄνδρας. ἔδωκεν οὖν ὁ ὕπατος, θαυμάσας αὐτοῦ τὸ πρόθυμον. ὡς δ' ἦσαν ἐμβολαὶ δοράτων, καὶ τοῦ Μαρκίου προεκδραμόντος, οὐκ ἀντέσχον οἱ κατὰ στόμα τῶν Οὐολούσκων, ἀλλ' ᾧ προσέμιξε μέρει τῆς φάλαγγος, εὐθὺς διεκέκοπτο. τῶν δ' ἑκατέρωθεν ἐπιστρεφόντων καὶ περιλαμβανόντων τοῖς ὅπλοις τὸν ἄνδρα, δείσας ὁ ὕπατος τοὺς κρατίστους τῶν περὶ αὐτὸν ἐξέπεμπεν. ἰσχυρᾶς δὲ περὶ τὸν Μάρκιον μάχης γινομένης, καὶ πολλῶν ἐν ὀλίγῳ νεκρῶν πεσόντων, ἐγκείμενοι καὶ καταβιαζόμενοι τοὺς πολεμίους ἐώσαντο, καὶ τρεπόμενοι πρὸς δίωξιν αὐτῶν, τὸν Μάρκιον ἠξίουν ὑπό τε καμάτου βαρὺν ὄντα καὶ τραυμάτων ἀναχωρεῖν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. εἰπὼν δ' ἐκεῖνος ὅτι νικώντων οὐκ ἔστι τὸ κάμνειν, ἐφείπετο τοῖς φεύγουσιν. ἡττήθη δὲ καὶ τὸ λοιπὸν στράτευμα, πολλῶν μὲν διαφθαρέντων, πολλῶν δὲ ἁλόντων.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοῦ Μαρκίου παραγινομένου καὶ τῶν ἄλλων ἀθροιζομένων πρὸς τὸν ὕπατον, ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ τοῖς Θεοῖς τὴν πρέπουσαν ἀποδοὺς ἐπὶ τηλικούτοις κατορθώμασιν εὐφημίαν, πρὸς τὸν Μάρκιον τρέπεται. καὶ πρῶτον μὲν αὐτοῦ θαυμαστὸν ἔπαινον εἶπε, τῶν μὲν αὐτὸς ἐν τῇ μάχῃ γενόμενος θεατής, τὰ δὲ τοῦ Μαρκίου μαρτυροῦντος. ἔπειτα πολλῶν χρημάτων καὶ ἵππων γεγονότων αἰχμαλώτων, καὶ ἀνθρώπων, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐξελέσθαι δέκα πάντα πρὸ τοῦ νέμειν τοῖς ἄλλοις. ἄνευ δὲ ἐκείνων ἀριστεῖον αὐτῷ κεκοσμημένον ἵππον ἐδωρήσατο. τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐπαινεσάντων, ὁ Μάρ-

animo ullis inferiores: Ergo Marcius, quæso, inquit, petoque me ut hisce cum viris illis opponas. Id consul, collaudata cum admiratione promtitudine ejus, concessit. Ut hastis cœptum est pugnari, provolantis ante aciem Marcii vim non sustinuerunt qui in fronte stabant Volsci, sed partem eam aciei ille, in quam intulit se, disjecit protinus. Inde quum aciem hostes utrinque circumagerent, cingerentque Marcium armis, metuens ei consul misit eo delectam, quam circa se habebat, cohortem. Hic acri circa Marcium coorta pugna, multisque brevi spatio cadentibus, instantes valida impressione pepulerunt hostes. Ad quos insequendos conversi, laboribus & vulneribus gravem rogaverunt Marcium in castra ut se reciperet. Ille responso dato, fatigari non esse vincentium, hæsit in fugientium tergis. Succubuit & reliquus exercitus, magnaque edita strages, multi etiam capti.

Postridie Marcio accersito, convocatisque ad prætorium reliquis, conscendit consul tribunal. Ubi Diis quum ob tam multas res fœliciter gestas meritas grates egisset, convertit se ad Marcium. Primum eum insignibus extulit laudibus, quum partim illius virtutis ipse in certamine spectator fuisset, partim testis esset Marcius. Deinde ex omni pecuniæ, equorum, & hominum præda, quæ erat ingens capta, antequam alii partirentur, jussit eum decimam partem sumere. Hoc amplius, equum ornatum ei virtutis causa donavit. Comprobante hoc exercitu, procedens Mar-

Μάρκιος προσελθὼν, τὸν μὲν ἵππον ἔφη δέχεσθαι καὶ χαίρειν τοῖς ἐπαίνοις τοῦ ἄρχοντος, τὰ δ' ἄλλα, μισθὸν οὐ τιμὴν ἡγούμενος, ἐᾶν, καὶ ἀγαπήσειν ὡς εἷς ἕκαστος τὴν νέμησιν. Ἐξαίρετον δὲ μίαν αἰτοῦμαι χάριν, ἔφη, καὶ δέομαι λαβεῖν. ἦν μοι ξένος ἐν Οὐολούσκοις καὶ φίλος, ἀνὴρ ἐπιεικὴς καὶ μέτριος· οὗτος ἑάλωκε νῦν, καὶ γέγονεν ἐκ πλουσίου καὶ μακαρίου δοῦλος. πολλῶν οὖν αὐτῷ κακῶν παρόντων, ἓν ἀφελεῖν ἀρκεῖ, τὴν πρᾶσιν. Ἐπὶ τούτοις λεχθεῖσι βοή τε μείζων ἀπήντησε τῷ Μαρκίῳ, καὶ πλείονες οἱ θαυμάζοντες ἐγίνοντο τὸ μὴ κρατούμενον ὑπὸ χρημάτων τἀνδρὸς, ἢ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδραγαθίαν. καὶ γὰρ οἷς φθόνου τι καὶ ζήλου πρὸς αὐτὸν ὑπέκειτο τιμώμενον ἐκπρεπῶς, κἀκείνοις τότε τοῦ λαβεῖν μεγάλα, τῷ μὴ λαβεῖν, ἄξιος ἔδοξε· καὶ μᾶλλον αὐτοῦ τὴν ἀρετὴν ἠγάπησαν, ἀφ' ἧς κατεφρόνει τηλικούτων, ἢ δι' ὧν ἠξιοῦτο. τὸ μὲν γὰρ εὖ χρῆσθαι χρήμασι κάλλιόν ἐστιν, ἢ ὅπλοις· τοῦ δὲ χρῆσθαι, τὸ μὴ δεῖσθαι χρημάτων σεμνότερον.

Ἐπεὶ δ' ἐπαύσατο βοῆς καὶ θορύβου τὸ πλῆθος, ὑπολαβὼν ὁ Κομίνιος, Ἀλλ' ἐκείνας μὲν, εἶπεν, ὦ συστρατιῶται τὰς δωρεὰς οὐ δύνασθε βιάζεσθαι μὴ δεχόμενον τὸν ἄνδρα, μηδὲ βουλόμενον λαβεῖν· ἣν δὲ οὐκ ἔστιν ἐπὶ τούτῳ διδομένην ἀπώσασθαι, δῶμεν αὐτῷ, καὶ ψηφισώμεθα καλεῖσθαι Κοριολάνον, εἰ μὴ καὶ πρὸ ἡμῶν ἡ πρᾶξις αὐτὴ τοῦτο δέδωκεν. ἐκ τούτου τρίτον ἔσχεν ὄνομα τὸ Κοριολάνον. ᾧ καὶ μάλιστα δῆλόν ἐστιν ὅτι τῶν ὀνομάτων ἴδιον ἦν ὁ Γάϊος, τὸ δὲ δεύτερον, οἰκίας ἢ γένους κοινὸν, ὁ Μάρκιος· τῷ δὲ τρίτῳ ὕστερον ἐχρήσατο, πράξεώς τινος ἢ τύχης, ἢ ἰδέας, ἢ ἀρετῆς ἐπιθέτῳ.

Marcius equum ait se accipere, gratamque sibi esse consulis commendationem, reliqua, sicut mercedem, non honorem repudiare, contentum fore virili prædæ portione. Unam gratiam, inquit, præcipuam peto, quam mihi oro concedas. Hospes mihi in Volscis & amicus fuit, vir bonus & probus. Hic captus est, atque ex opulento & beato factus servus; ei multis oppresso calamitatibus unam sufficit demisse, ne sub hasta veneat. Ita fatum major excepit Marcium acclamatio, pluresque fuerunt qui invictum ejus adversus pecuniam animum, quam virtutem stuperent bellicam. Quippe qui nonnulla invidia & æmulatione in eximios ejus honores affecti fuerunt, illis quoque tunc, eo quod non caperet eos, dignus esse qui magna caperet, est visus: atque impensius sunt virtutem ejus exosculati, qua tanta præmia rejiciebat, quam eam, ob quam fuerat ea meritus. Pulchrius est enim pecunia quam armis recte uti, ac non desiderare pecuniam, quam uti ea magnificentius.

Ubi clamor & strepitus conquievit multitudinis, ita Cominius fatus est, Dona illa, commilitones, non potestis recusantem & invitum, ut accipiat, cogere, sed quod hac de re repellere datum non valeat, id ei demus, cognomenque ei decernamus Coriolani, nisi in eo tribuendo res ipsa jam nos prævertit. Hinc tertium nomen habuit Coriolani. Unde liquet clarissime, ex nominibus proprium fuisse Caium, alterum familiæ vel genti commune Marcium, tertium ex facto fuisse aliquo post vel ex casu, vel figura, vel virtute impositum:

θέτω. καθάπερ Ἕλληνες ἐτίθεντο πράξεως μὲν ἐπώνυμον, τὸν σωτῆρα καὶ τὸν καλλίνικον, ἰδέας δὲ, τὸν φύσκωνα καὶ τὸν γρυπόν· ἀρετῆς δὲ, τὸν εὐεργέτην καὶ τὸν φιλάδελφον· εὐτυχίας δὲ, τὸν εὐδαίμονα, τῷ δευτέρῳ τῶν Βάττων. ἐνίοις δὲ τῶν βασιλέων καὶ σκώμματα παρέσχεν ἐπικλήσεις, ὡς Ἀντιγόνῳ τὸν Δώσωνα, καὶ Πτολεμαίῳ τὸν Λάμυρον. ἐπὶ πλέον δὲ τῷ γένει τούτῳ καὶ Ῥωμαῖοι κέχρηνται, Διαδηματόν τινα τῶν Μετέλλων καλέσαντες, ὅτι πολὺν χρόνον ἕλκος ἔχων, περιενόστει περιδεδεμένος τὸ μέτωπον· ἕτερον δὲ, Κέλερα, σπεύσαντα μεθ᾽ ἡμέρας ὀλίγας τῆς τοῦ πατρὸς τελευτῆς ἐπιταφίους μονομάχων ἀγῶνας παρασχεῖν, τὸ τάχος καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς παρασκευῆς θαυμάσαντες. ἐνίους δὲ συντυχίᾳ γενέσεως μέχρι νῦν καλοῦσι, Πρόκλον μὲν, ἐὰν ἀποδημοῦντος πατρὸς γένηται· καὶ Πόστουμον, ἂν τεθνηκότος· ᾧ δ᾽ ἂν διδύμῳ γενομένῳ συμβῇ περιβιῶναι, θατέρου τελευτήσαντος, Οὐοπίσκον. τῶν δὲ σωματικῶν, οὐ μόνον Σύλλας, οὐδὲ Νίγρους, ἀλλὰ καὶ Καίκους, καὶ Κλωδίους ἐπωνυμίας τίθενται· καλῶς ἐθίζοντες, μήτε τυφλότητα, μήτ᾽ ἄλλην τινὰ σωματικὴν ἀτυχίαν, ὄνειδος ἡγεῖσθαι, μηδὲ λοιδορίαν, ἀλλ᾽ ὡς οἰκείοις ὑπακούειν ὀνόμασιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἑτέρῳ γένει γραφῆς προσήκει.

Παυσαμένου δὲ τοῦ πολέμου τὴν στάσιν ἐπήγειρον αὖθις οἱ δημαγωγοὶ, καινὴν μὲν οὐδεμίαν αἰτίαν ἔχοντες, οὐδ᾽ ἔγκλημα δίκαιον, ἃ δὲ ταῖς προτέραις αὐτῶν ταραχαῖς καὶ διαφοραῖς ἀναγκαίως ἐπηκολούθησε κακὰ, ταῦτα ποιούμενοι πρόφασιν ἐπὶ τοὺς πατρικίους. ἄσπορος γὰρ ἡ πλείστη καὶ ἀγεώργητος ἀπε-

tum: ſicut tribuerunt Græci ex re geſta cognomen Soterem & Callinicum, ex forma Phyſconem & Grypum, ex virtute Euergetem & Philadelphum, ex fœlicitate Eudæmonem, alteri Battorum. Aliquibus regibus dederunt cavilla appellationem, ut Antigono Doſonem, & Lamyrum Ptolemæo. Largius ſunt hoc genere uſi Romani, ac quendam ex Metellis, quod diu in publico verſaretur fronte in qua ulcus habebat obligata, appellaverunt Diadematum: alium Celerem, quod paucis ab obitu patris diebus, munus funebre gladiatorum mira celeritate maturaviſſet exhibere. Aliquos ex nativitatis caſu, nunc quoque vocant Proculum, ſi abſente editus patre ſit; Poſthumium, ſi defuncto; geminis editis, ſi ſublatus alter ſit, ſuperſtitem Vopiſcum. Ex corporis nota non Syllas modo & Rufos, ſed & Cæcos & Claudios cognomina imponunt; probe aſſuefacientes cives, ne cæcitatem vel aliud corporis vitium probroſum ducant aut contumelioſum, ſed aures his ut propriis nominibus accommodent. Cæterum pertinent hæc ad aliud ſcribendi argumentum.

Ut bellum conticuit, ſeditionem de integro excitaverunt populi duces, nulla quidem nova de cauſa, vel juſta offenſione, ſed quæ tumultibus eorum ſuperioribus neceſſario ſubſequebantur mala, horum arripuerunt contra nobilitatem velamentum. Incultis enim & efferatis agris quum

ἀπελείφθη τῆς χώρας· ἀγορᾶς δ' ἐπεισάκτου παρασκευὴν διὰ τὸν πόλεμον ὁ καιρὸς οὐκ ἔδωκεν. ἰσχυρᾶς δ' ἀπορίας γινομένης, ὁρῶντες οἱ δημαγωγοὶ μήτ' ἀγορὰν ἔχοντα, μήτ' εἰ παρείη ἀγορὰ, χρημάτων εὐποροῦντα τὸν δῆμον, ἐνέβαλλον λόγους καὶ διαβολὰς κατὰ τῶν πλουσίων, ὡς ἐκεῖνοι τὸν λιμὸν ἐπάγοιεν αὐτοῖς ὑπὸ μνησικακίας. ἐκ δὲ τῶν Οὐελιτρανῶν ἧκεν πρεσβεία τὴν πόλιν παραδιδόντων, καὶ δεομένων ἀποίκους ἀποστέλλειν. νόσος γὰρ ἐμπεσοῦσα λοιμώδης αὐτοῖς τοσοῦτον ὄλεθρον καὶ φθορὰν ἀπειργάσατο τῶν ἀνθρώπων, ὥστε μόλις τὸ δέκατον τοῦ παντὸς ἀπολειφθῆναι μέρος. ἔδοξεν οὖν τοῖς νοῦν ἔχουσιν εἰς δέον γεγονέναι καὶ κατὰ καιρὸν ἡ χρεία τῶν Οὐελιτρανῶν· διά τε τὴν ἀπορίαν κουφισμοῦ δεομένοις, καὶ τὴν στάσιν ἅμα σκεδάσειν ἤλπιζον εἰ τὸ θορυβοῦν μάλιστα καὶ συνεπηρμένον τοῖς δημαγωγοῖς, ὥσπερ περίττωμα τῆς πόλεως νοσερὸν καὶ ταραχῶδες ἀποκαθαρθείη. τούτους τε δὴ καταλέγοντες εἰς τὴν ἀποικίαν ἐξέπεμπον οἱ ὕπατοι, καὶ στρατείαν ἐπήγγελλον ἑτέροις ἐπὶ τοὺς Οὐολούσκους, ἀσχολίαν τε τῶν ἐμφυλίων μηχανώμενοι θορύβων, καὶ νομίζοντες ἐν ὅπλοις καὶ στρατοπέδῳ καὶ κοινοῖς ἀγῶσιν αὖθις γινομένους πλουσίους ὁμοῦ καὶ πένητας, καὶ δημοτικοὺς καὶ πατρικίους, ἡμερώτερον διατεθῆναι πρὸς ἀλλήλους καὶ ἥδιον.

Ἐνίσταντο δὲ λοιπὸν οἱ περὶ Σικίννιον καὶ Βροῦτον δημαγωγοὶ, βοῶντες, ἔργον ὠμότατον αὐτοὺς τῷ πρᾳοτάτῳ τῶν ὀνομάτων ἀποικίαν προσαγορεύσαντας, ἀνθρώπους πένητας ὥσπερ εἰς βάραθρον ὠθεῖν, ἐκπέμποντας εἰς πόλιν ἀέρος τε τοῦ νοσεροῦ καὶ νεκρῶν ἀτάφων γέμουσαν, ἀλλοτρίῳ δαίμονι καὶ πα-

quum annonæ facultatem aliunde comparandæ tempora belli non permitterent, magna difficultas erat annonæ. Quare videntes homines factiosi, neque commercium frumenti esse, neque, si sit, abundare argento populum, sermonibus & calumniis adsperserunt locupletes tanquam veteri odio impulsos autores famis esse. Inter hæc legati Velitris advenere, qui oppidum dederent populo Romano, orarentque ut mitteret eo colonos. Pestilentia enim ita depopulata oppidum erat, ut vix decima pars superesset civium. Visa ergo prudentibus est percommode & in tempore necessitas oblata Veliternorum; quia ea re sublevaturi annonæ difficultatem erant, & seditionem se discussuros sperabant, si quod maxime turbidum & a seditiosis erat incitatum, velut morbosam urbis colluviem & turbulentam rejecissent. Hos ergo consules recensitos in coloniam miserunt. Quo autem civilibus mederentur tumultibus, cæteris delectum ad bellum Volscicum indixerunt; rati in armis, castris, & communibus periculis commistos divites simul & inopes, populares & nobiles, placabiliores inter se & amiciores fore.

Enimvero hic intercedere Sicinius & Brutus, seditiosi tribuni, rem sævissimam vociferantes blandissimo nomine eos coloniam appellare, & homines pauperes tanquam in voraginem detrudere, quum hos in oppidum aeris insalubris, & insepultorum plenum funerum habitatum ablegent, sub alienis & infestis

παλαμναίῳ συνοικισομένους· εἶτα ὥσπερ οὐκ ἀρκουμένους, τοὺς μὲν ὑπὸ λιμοῦ διολλύναι τῶν πολιτῶν, τοὺς δὲ λοιμῷ προσβάλλειν, ἔτι καὶ πόλεμον αὐθαίρετον προσάγειν, ὅπως μηδὲν κακὸν ἀπῇ τῆς πόλεως, ὅτι δουλεύουσα τοῖς πλουσίοις ἀπεῖπε. τοιούτων ἀναπιμπλάμενος λόγων ὁ δῆμος, οὔτε τῷ καταλόγῳ προσῄει τῶν ὑπάτων, πρός τε τὴν ἀποικίαν διεβέβλητο. τῆς δὲ βουλῆς διαπορουμένης, ὁ Μάρκιος ἤδη μεστὸς ὢν ὄγκου, καὶ μέγας γεγονὼς τῷ φρονήματι, καὶ θαυμαζόμενος ὑπὸ τῶν κρατίστων, φανερὸς ἦν μάλιστα τοῖς δημαγωγοῖς ἀνθιστάμενος. καὶ τὴν μὲν ἀποικίαν ἀπέστειλαν, ἐπιτιμίοις μεγάλοις τοὺς λαχόντας ἐξελθεῖν ἀναγκάσαντες· πρὸς δὲ τὴν στρατείαν παντάπασιν ἀπαγορευόντων, αὐτὸς ὁ Μάρκιος τούς τε πελάτας ἀναλαβὼν, καὶ τῶν ἄλλων ὅσους ἔπεισε, κατέδραμε τὴν Ἀντιατῶν χώραν. καὶ πολὺν μὲν σῖτον εὑρὼν, πολλῇ δὲ λείᾳ θρεμμάτων καὶ ἀνδραπόδων περιτυχὼν, αὐτῷ μὲν οὐδὲν ἐξείλετο, τοὺς δὲ στρατευσαμένους πολλὰ μὲν ἄγοντας ἔχων, πολλὰ δὲ φέροντας, ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ῥώμην. ὥστε τοὺς ἄλλους μεταμελομένους καὶ φθονήσαντας τοῖς εὐπορήσασιν, ἄχθεσθαι τῷ Μαρκίῳ, καὶ βαρύνεσθαι τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν, ὡς ἐπὶ τὸν δῆμον αὐξομένην.

Ὀλίγου δὲ χρόνου μετῄει μὲν ὑπατείαν ὁ Μάρκιος, ἐκάμπτοντο δὲ οἱ πολλοί, καὶ τὸν δῆμον αἰδώς τις εἶχεν, ἄνδρα καὶ γένει καὶ ἀρετῇ πρῶτον ἀτιμάσαι καὶ καταβαλεῖν ἐπὶ τοσούτοις καὶ τηλικούτοις εὐεργετήμασι. καὶ γὰρ ἔθος ἦν τοῖς μετιοῦσι τὴν ἀρχὴν παρακαλεῖν καὶ δεξιοῦσθαι τοὺς πολίτας, ἐν ἱματίῳ κατιόντας εἰς τὴν ἀγορὰν ἄνευ χιτῶνος· εἴτε μᾶλλον ἐκταπεινοῦντες ἑαυ-

festis Diis: deinde quasi non contentos partem civium fame necare, partem pesti objicere, etiam bellum ultro quærere, ut ne qua calamitas absit civitati, quoniam ultra servire divitibus abnuat. Hujuscemodi orationibus populus instigatus nec nomina edebat apud consules, & sordebat ei colonia. Hæsitante senatu, tumidus jam fastu Marcius, inflatus animis, & apud optimates ingens, propalam objecit se tribunis. Et coloniam quidem deduxerunt, eosque qui in sortem venerunt gravibus mulctis compulerunt migrare. Quum vero nomina dare in delectu prorsus abnuerunt, ipse trahens secum Marcius clientes suos & nonnullos alios quos induxit, agrum Antiatem depopulatus est. Ubi magna vi frumenti reperta, magna etiam abacta præda pecoris hominumque, ipse omnibus abstinuit, sed milites præda plenos & manubiis reduxit ad urbem. Unde cæteri pœnitentia ducti, & invidia adversus eos qui abundabant, infensi erant Marcio, ejusque nomine & opibus, quasi contra populum grandescentibus, offendebantur.

Post aliquanto petiit Marcius consulatum. Hic multi demitigabantur, & rubor quidam plebem occupavit, virum nobilitate & virtute primum tot tantisque rebus gestis suggillare & præterire. Nam de more petentes consulatum rogabant & prensabant cives togis in comitiis sine tunicis amicti; sive quo magis ea specie summitterent

ἑαυτοὺς τῷ σχήματι πρὸς τὴν δέησιν, εἴτε δεικνῦντες, οἷς ἦσαν ὠτειλαί, προφανῆ τὰ σύμβολα τῆς ἀνδρείας. οὐ γὰρ ὑποψίᾳ δήμου, διανομῆς ἀργυρίου καὶ δεκασμῶν, ἄζωστον ἐβούλοντο προσιέναι καὶ ἀχίτωνα τοῖς πολίταις τὸν δεόμενον αὐτῶν. ὀψὲ δὲ μετὰ πολὺν χρόνον ὠνὴ καὶ πρᾶσις ἐπεισῆλθε, καὶ συνεμίγη ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ψήφοις ἀργύριον. ἐκ δὲ τούτου καὶ δικαστῶν θίγουσα καὶ στρατοπέδων ἡ δωροδοκία περιέστησεν εἰς μοναρχίαν τὴν πόλιν, ἐξανδραποδισαμένη τὰ ὅπλα τοῖς χρήμασιν. οὐ γὰρ κακῶς ἔοικεν εἰπεῖν ὁ εἰπών, ὅτι πρῶτος κατέλυσε τὸν δῆμον ὁ πρῶτος ἑστιάσας καὶ δεκάσας. φαίνεται δὲ κρύφα καὶ κατὰ μικρὸν ὑποῤῥέον, οὐκ εὐθὺς ἔκδηλον ἐν Ῥώμῃ γενέσθαι τὸ κακόν. οὐ γὰρ ἴσμεν ὅστις ἦν ὁ δεκάσας πρῶτον ἐν Ῥώμῃ δῆμον ἢ δικαστήριον· Ἀθήνησι δὲ λέγεται πρῶτος ἀργύριον δοῦναι δικασταῖς Ἄνυτος ὁ Ἀνθεμίωνος, προδοσίας περὶ Πύλου κρινόμενος ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς ἤδη τελευτῶσιν, ὁπηνίκα τὸ χρυσοῦν ἔτι γένος καὶ ἀκήρατον ἐν Ῥώμῃ τὴν ἀγορὰν κατεῖχεν.

Ἀλλὰ τοῦ γε Μαρκίου πολλὰς ὑποφαίνοντος ὠτειλὰς ἀπὸ πολλῶν ἀγώνων ἐν οἷς ἐπρώτευσεν, ἑπτακαίδεκα ἔτη συνεχῶς στρατευόμενος, ἐδυσωποῦντο τὴν ἀρετήν, καὶ λόγον ἀλλήλοις ἐδίδοσαν ὡς ἐκεῖνον ἀποδείξοντες. ἐπεὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ τὴν ψῆφον ἔδει φέρειν ἐνστάσης, ὁ Μάρκιος εἰς ἀγορὰν ἐνέβαλε σοβαρῶς ὑπὸ τῆς βουλῆς προπεμπόμενος, καὶ πάντες οἱ πατρίκιοι περὶ αὐτὸν ἐγένοντο φανεροί, πρὸς μηδένα οὕτω μηδέποτε σπουδάσαντες, ἐξέπεσον αὖθις οἱ πολλοὶ τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας, εἰς τὸ νεμεσᾶν καὶ φθονεῖν ὑποφερό-

mitterent se ad petitionem, sive quo subjicerent oculis, qui cicatrices habebant, perspicuas virtutis notas. Neque enim ex populi suspicione largitionis & ambitus discinctum volebant &. sine tunica ad comitia progredi candidatum. Sero enim & multis post seculis nundinatio & redemptio subiit, intervenitque comitialibus suffragiis pecunia. Hinc judicia & castra licitationibus constuprata, & armis argento expugnatis, respublica in unius dominationem vertit. Nam scite profecto ille quicumque tandem dixit, eversum populum ab isto primo, qui primus epulis & largitionibus eum delinivit. Cæterum videtur occulte hæc pestis & sensim obrepsisse, non illico erupisse in lucem Romæ: neque enim constat qui Romæ populum vel judicium princeps pecunia corruperit. Athenis vero primum memorant Anytum Anthemionis pretio delinivisse de proditione Pyli reum actum judices, circa belli Peloponnesiaci exitum: quo tempore aureum adhuc sæculum & sincerum Romanum forum tenebat.

Porro quum Marcius multas ostenderet ei cicatrices in multis acceptas prœliis, in quibus annos septemdecim perpetuos stipendia faciens tulerat palmam, verecundia ejus virtutis constituerunt inter se eum creare consulem. Postquam vero, illucente die comitiorum, Marcius in campum magno cum fastu deducente ipsum progressus est senatu, atque nobilitas præ se tulit omnis nihil æque sibi curæ fuisse, plebs e diverso deposita benevolentia in illum sua, ad offensum delapsi sunt &

γενόμενοι. προσῆν δὲ τῷ πάθει τούτῳ καὶ δέος, εἰ γένοιτο τῆς ἀρχῆς κύριος ἀνὴρ ἀριστοκρατικὸς, καὶ τοσοῦτον ἔχων ἐν τοῖς πατρικίοις ἀξίωμα, μὴ παντάπασιν ἀφέλοιτο τοῦ δήμου τὴν ἐλευθερίαν. οὕτω δὴ φρονήσαντες, ἀπεψηφίσαντο τὸν Μάρκιον. ὡς δ' ἀνηγορεύθησαν ἕτεροι, βαρέως μὲν ἤνεγκεν ἡ βουλὴ, δοκοῦσα προπεπηλακίσθαι μᾶλλον ἑαυτὴν ἢ τὸν Μάρκιον· αὐτὸς δ' ἐκεῖνος οὐ μετρίως ἔσχεν οὐδ' ἐπιεικῶς πρὸς τὸ συμβεβηκὸς, ἅτε δὴ πλεῖστα τῷ θυμοειδεῖ καὶ φιλονείκῳ μέρει τῆς ψυχῆς, ὡς ἔχοντι μέγεθος καὶ φρόνημα, κεχρημένος, τὸ δ' ἐμβριθὲς καὶ τὸ πρᾶον, οὗ τὸ πλεῖστον ἀρετῇ πολιτικῇ μέτεστιν, ἐγκεκραμένον οὐκ ἔχων ὑπὸ λόγου καὶ παιδείας, οὐδὲ τὴν ἐρημίᾳ ξύνοικον, ὡς Πλάτων ἔλεγεν, αὐθάδειαν εἰδὼς, ὅτι δεῖ μάλιστα διαφεύγειν ἐπιχειροῦντα πράγμασι κοινοῖς καὶ ἀνθρώποις ὁμιλεῖν, καὶ γενέσθαι τῆς πολλὰ γελωμένης ὑπ' ἐνίων ἀνεξικακίας ἐραστήν. ἀλλ' ἁπλοῦς τις ὢν ἀεὶ καὶ ἀτενὴς, καὶ τὸ νικᾶν καὶ κρατεῖν ἁπάντων, πάντως ἀνδρείας ἔργον ἡγούμενος, οὐκ ἀσθενείας καὶ μαλακίας ἐκ τοῦ πονοῦντος καὶ πεπονθότος μάλιστα τῆς ψυχῆς, ὥσπερ οἴδημα, τὸν θυμὸν ἀναδιδούσης, ἀπῄει ταραχῆς μεστὸς ὢν, καὶ πικρίας πρὸς τὸν δῆμον. οἱ δ' ἐν ἡλικίᾳ τῶν πατρικίων ὅ, τι περ ἦν ἐν τῇ πόλει μάλιστα γαυρούμενον εὐγενείᾳ καὶ ἀνθοῦν, ἀεί τε θαυμαστῶς ἐσπουδάκεσαν περὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τότε προσκείμενοι καὶ παρόντες οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ, τὸν θυμὸν ἐξερρίπιζον αὐτοῦ, τῷ συναγανακτεῖν καὶ συναλγεῖν. ἦν γὰρ ἡγεμὼν αὐτοῖς καὶ διδάσκαλος εὐμενὴς τῶν πολεμικῶν ἐν ταῖς στρατείαις, καὶ ζῆλον ἀρετῆς ἄνευ φθόνου πρὸς ἀλλήλους γαυροῦσαι τοὺς κατορθοῦντας. Ἐν

& invidiam. Accessit huic morbo metus, ne si vir de secta optimatum & tantæ in nobilitate autoritatis esset consulatum adeptus, populum libertate exueret omni. Ergo his ita animatis tulit Marcius repulsam. Ut renuntiati alii sunt, indigne senatus passus est, majore contumelia se rati quam Marcium affectos. At ille casum neque modice tulit neque leniter, quod effervescenti & præfractæ animi parti velut magnitudine præditæ & celsitate assuevisset indulgere: gravitate vero & lenitate, cujus præcipue debet esse qui gerit rempub. particeps, ex ratione & doctrina non condivisset illam, & ignoraret solitudini contubernalem (ut dixit Plato) pervicaciam imprimis defugiendam esse ei qui in republica & cum hominibus studet versari, atque amplectendam, quæ magnopere a quibusdam deridetur, malorum tolerantiam. Quum esset autem simplex & rigidus, vincere vero atque superare omnes duceret prorsus opus esse fortitudinis, non imbecillitatis mollicieique ex insigni languore & ægritudine animi quasi tumorem iram germinantis, plenus perturbationis & fellis in populum discessit. Juventus nobilitatis, quæ in civitate maxime exultabat & enitescebat magnitudine animi, cum semper Marcii mirifice studiosa fuerat, tum eo tempore adhærens ei & comitans parum commode, indignando ejus vicem dolendoque stimulabat iram. Erat enim eorum in artibus militaribus, quum in expeditionibus forent, dux & magister benignus, docens ut virtutis inter se æmulatione, quum præclara facinora edidissent, citra invidiam gestirent animo.

In-

Ἐν τούτῳ δὲ σῖτος ἧκεν εἰς Ῥώμην, πολὺς μὲν ὠνητὸς ἐξ Ἰταλίας, οὐκ ἐλάττων δὲ δωρητὸς ἐκ Συρακουσῶν, Γέλωνος τοῦ τυράννου πέμψαντος. ὥστε τοὺς πλείστους ἐν ἐλπίσι γενέσθαι χρησταῖς, ἅμα τῆς ἀπορίας καὶ τῆς διαφορᾶς τὴν πόλιν ἀπαλλαγήσεσθαι προσδοκοῦντας. εὐθὺς οὖν βουλῆς ἀθροισθείσης, περιχυθεὶς ὁ δῆμος ἔξωθεν ἐκαραδόκει τὸ τέλος, ἐλπίζων ἀγορᾷ τε χρήσασθαι φιλανθρώπῳ, καὶ προῖκα τὰς δωρεὰς νεμήσεσθαι. καὶ γὰρ ἔνδον ἦσαν οἱ ταῦτα τὴν βουλὴν πείθοντες. ὁ μέντοι Μάρκιος ἀναστὰς, σφόδρα καθήψατο τῶν χαριζομένων τοῖς πολλοῖς, δημαγωγοὺς καὶ προδότας ἀποκαλῶν τῆς ἀριστοκρατίας, καὶ σπέρματα πονηρὰ θρασύτητος καὶ ὕβρεως εἰς ὄχλον ἀφειμένα τρέφοντας κατ' αὐτῶν· ἃ καλῶς μὲν εἶχε μὴ περιιδεῖν ἐν ἀρχῇ φυόμενα, μηδ' ἰσχυρὸν ἀρχῇ τηλικαύτῃ ποιῆσαι τὸν δῆμον. ἤδη δὲ καὶ φοβερὸν εἶναι, τῷ πάντα βουλομένοις αὐτοῖς ὑπάρχειν, καὶ μηδὲν ἄκοντας βιάζεσθαι, μηδὲ πείθεσθαι τοῖς ὑπάτοις, ἀλλ' ἀναρχίαν ἔχοντας, ἡγεμόνας ἰδίους ἄρχοντας προσαγορεύειν. ἐπιδόσεις μὲν οὖν καὶ διανομὰς, ὥσπερ Ἑλλήνων οἱ κράτιστα δημοκρατούμενοι, καθέζεσθαι ψηφιζομένους, ἔφη παντελῶς εἰς κοινὸν ὄλεθρον τὴν ἀπείθειαν αὐτῶν ἐφοδιάζειν. οὐ γὰρ χάριν γε δή που φήσουσιν ἀπολαμβάνειν τῶν στρατειῶν ἃς ἐγκατέλιπον, καὶ τῶν ἀποστάσεων αἷς προήκαντο τὴν πατρίδα, καὶ τῶν διαβολῶν ἃς ἐδέξαντο κατὰ τῆς βουλῆς· ἀλλ' ὑφιεμένους διὰ φόβον, καὶ κολακεύοντας ἡμᾶς ταῦτα διδόναι, καὶ συγχωρεῖν ἐλπίσαντες, οὐδὲν ἕξουσι πέρας ἀπειθείας, οὐδὲ παύσονται διαφερόμενοι καὶ στασιάζοντες. ὥστε τοῦτο μέν ἐστι κομιδῇ μανικόν.

Interea numerus magnus frumenti Romam per Italiam coempti advectus est, nec minor ab Syracusis Gelonis tyranni dono missus. Unde plerique bonam spem conceperant fore, ut simul cum egestate cibariorum etiam discordia civilis sedaretur. Confestim ergo coacto senatu, circumfusus curiæ populus expectabat exitum, sperans tolerabili pretio frumentum, quod erat emptum, se accepturum, & largitionem sine pretio impertiendam: quippe in curia erant qui id suaderent senatui. At Marcius surgens castigavit favore effusos in plebem acriter, ambitiososque & proditores nobilitatis appellavit, perniciosa semina eos ferociæ & insolentiæ in multitudinem jacta in semetipsos alere, quæ præstaret initio resecare orientia, neque rudimento populum adeo valido confirmare. Eum jam horribilem quoque hinc esse, quod omnia ad ejus libidinem fiant, nec ullam ad rem compellantur inviti, nec sint consulibus dicto audientes, sed sine imperio agentes duces suos magistratus appellent. Largitiones ergo & divisiones, inquit, sicut apud Græcos, ubi populi merum est imperium, ignavi decernitis prorsus ad reipub. internecionem, ut eorum foveamus contumaciam. Neque enim præmium ferent accipere se earum quas deseruerunt expeditionum, vel secessionum, quibus patriam reliquerunt, vel calumniarum, quas receperunt contra senatum: sed quia cedentes metu nos atque assentantes hæc tributuros & concessuros sperant, nullum finem facient rebellionis, neque dissidiis vel seditionibus temperabunt. Est itaque insignis hæc insa-

νικῶν. εἰ δὲ σωφρονοῦμεν, ἀφαιρησόμεθα τὴν δημαρχίαν αὐτῶν, ἀναίρεσιν οὖσαν ὑπατείας, καὶ διάστασιν τῆς πόλεως, οὐκέτι μιᾶς, ὡς πρότερον, οὔσης, ἀλλὰ δεδεγμένης τομὴν, μηδέποτε συμφῦναι, μηδ' ὁμοφρονῆσαι, μηδὲ παύσασθαι νοσοῦντας ἡμᾶς καὶ ταραττομένους ὑπ' ἀλλήλων ἐάσουσαν.

Πολλὰ τοιαῦτα λέγων ὁ Μάρκιος, ὑπερφυῶς εἶχε τοὺς νέους συνενθουσιῶντας αὐτῷ, καὶ τοὺς πλουσίους ὀλίγου δεῖν ἅπαντας, μόνον ἐκεῖνον ἄνδρα τὴν πόλιν ἀήττητον ἔχειν καὶ ἀκολάκευτον βοῶντας. ἔνιοι δὲ τῶν πρεσβυτέρων ἠναντιοῦντο, ὑφορώμενοι τὸ ἀποβησόμενον. ἀπέβη δὲ χρηστὸν οὐδέν. οἱ γὰρ δήμαρχοι παρόντες, ὡς ᾔσθοντο τῇ γνώμῃ κρατοῦντα τὸν Μάρκιον, ἐξέδραμον εἰς τὸν ὄχλον μετὰ βοῆς, παρακελευόμενοι συνίστασθαι καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς τοὺς πολλούς. ἐκκλησίας δὲ θορυβώδους γενομένης, καὶ τῶν λόγων οὓς ὁ Μάρκιος εἶπεν ἀναγορευθέντων, ὀλίγον ἐδέησεν ἐμπεσεῖν ὑπ' ὀργῆς φερόμενος εἰς τὴν βουλὴν ὁ δῆμος· οἱ δὲ δήμαρχοι τοῦ Μαρκίου τὴν αἰτίαν ἐποιοῦντο, καὶ πέμποντες ἐκάλουν αὐτὸν ἀπολογησόμενον. ὡς δὲ πρὸς ὕβριν τοὺς πεμφθέντας ἐξήλασεν ὑπηρέτας, αὐτοὶ μετὰ τῶν ἀγορανόμων ἧκον ἄξοντες βίᾳ τὸν ἄνδρα, καὶ τοῦ σώματος ἐπελαμβάνοντο. συστάντες δ' οἱ πατρίκιοι τοὺς μὲν δημάρχους ἀπετρέψαντο, τοῖς δ' ἀγορανόμοις καὶ πληγὰς ἐνέβαλον. τότε μὲν οὖν ἑσπέρα καταλαβοῦσα τὴν ταραχὴν διέλυσεν· ἅμα δ' ἡμέρᾳ τὸν δῆμον ὁρῶντες ἐξηγριωμένον οἱ ὕπατοι, καὶ συντρέχοντα πανταχόθεν εἰς τὴν ἀγορὰν, ἔδεισαν ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὴν βουλὴν ἀθροίσαντες, ἐκέλευον σκοπεῖν ὅπως ἐπιεικέσι λόγοις καὶ δόγμασι χρηστοῖς πραΰνωσι καὶ καταστήσωσι τοὺς πολλοὺς, ὡς οὐ φι-

insania. Quod si sapimus, extorquebimus plebi tribunatum, qui consulatus est eversio, & divisio civitatis non jam, ut ante, unius, sed ita dissectæ, nunquam ut coalitura sit posthac nec consensura, neque permissura ut desinamus tandem ægrotare & inter nos tumultuari.

Hæc atque his similia quum multa diceret Marcius, promptissimam habuit hujus furoris consociam juventutem & locupletes pene omnes: qui hunc unum invictum in civitate nullisque blandimentis flectendum esse conclamarunt. At ex majoribus natu quidam rei eventum timentes, improbabant id: nihil autem consequutum est boni. Nam tribuni qui senatui intererant, ubi sententiam Marcii viderunt obtinere, eruperunt cum clamore ad plebem vociferantes, ut coirent, & sibi opem ferrent. Quum streperet tumultu concio, dictis expositis Marcii, parum abfuit quin ira flagrans irruperit in curiam populus. At tribuni Marcium in crimen vocaverunt, & per viatores citaverunt ad rationem reddendam. Quos ille quum summovisset contumeliose, ipsi accesserunt cum ædilibus vi ut eum abducerent, & jam manus injiciebant ei. Ibi nobilitas conspirans repulerunt tribunos, ædiles etiam pulsaverunt. At tunc quidem appetens nox tumultum dissolvit. Prima autem luce populum consules cernentes exacerbatum & undique in forum concurrentem, metuere de republica cœperunt: advocatoque senatu, deliberandum proposuerunt, ut lenibus verbis & benignis decretis placarent & sedarent multitu-

φιλοτιμίας οὖσαν ὥραν, οὐδ᾽ ὑπὲρ δόξης ἅμιλλαν, εἰ σωφρονοῦσιν, ἀλλὰ καιρὸν ἐπισφαλῆ καὶ ὀξὺν, εὐγνώμονος πολιτείας καὶ φιλανθρώπου δεόμενον. εἰξάντων δὲ τῶν πλείστων, προελθόντες, ὡς ἐνῆν μάλιστα, τῷ δήμῳ διελέγοντο καὶ κατεπράϋνον, ἀπολυόμενοί τε τὰς διαβολὰς ἐπιεικῶς, καὶ τῷ νουθετοῦντι καὶ δάκνοντι μετρίως χρώμενοι· περὶ δὲ τιμῆς ὠνίων καὶ ἀγορᾶς οὐδὲν διοίσεσθαι πρὸς αὐτοὺς φάσκοντες.

Ὡς οὖν ἐνεδίδου τὸ πολὺ τοῦ δήμου, καὶ φανερὸν ἦν τῷ κοσμίως καὶ σωφρόνως ἀκούειν, ἀγόμενον καὶ κηλούμενον, ἀνέστησαν οἱ δήμαρχοι, τῇ μὲν βουλῇ σωφρονούσῃ τὸν δῆμον ἀνθυπείξειν ὅσα καλῶς ἔχει φάσκοντες, τὸν δὲ Μάρκιον ἀπολογεῖσθαι κελεύοντες, εἰ μή φησιν ἐπὶ συγχύσει τῆς πολιτείας καὶ καταλύσει τοῦ δήμου, τήν τε βουλὴν παροξύνειν, καὶ καλούμενος ὑπ᾽ αὐτῶν ἀπειθῆσαι· τέλος δὲ τοὺς ἀγορανόμους τύπτων ἐν ἀγορᾷ καὶ προπηλακίζων, ἐμφύλιον ὅσον ἐπ᾽ αὐτῷ πόλεμον ἐξεργάσασθαι, καὶ προαγαγεῖν εἰς ὅπλα τοὺς ὁπλίτας. ἔλεγον δὲ ταῦτα, βουλόμενοι τὸν Μάρκιον ἢ ταπεινὸν ἀποδεῖξαι, παρὰ φύσιν θεραπεύοντα τὸ φρόνημα, ἢ τῇ φύσει χρώμενον, ἀνήκεστον ἀπεργάσασθαι τὴν πρὸς αὐτὸν ὀργήν· ὃ μᾶλλον ἤλπιζον, ὀρθῶς στοχαζόμενοι τοῦ ἀνδρός. ἔστη μὲν γὰρ ὡς ἀπολογησόμενος, καὶ παρέσχεν αὐτῷ σιωπὴν καὶ ἡσυχίαν ὁ δῆμος· ὡς δ᾽ ἤρξατο πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, δεητικόν τινα λόγον προσδεχομένους, οὐ μόνον ἐπαχθεῖ παρρησίᾳ χρῆσθαι καὶ πλείονι κατηγορίᾳ τῆς παρρησίας, ἀλλὰ καὶ τόνῳ φωνῆς καὶ διαθέσει προσώπου τὴν ἐγγὺς ὑπεροψίας καὶ ὀλι-

tudinem; tempus id, si sapiant, de dignitate vel de honoribus non esse contendendi, sed anceps discrimen & præceps facilitatem & humanitatem postulare senatus. Quum in eorum sententiam frequentes transissent, progressi in concionem, populum quam humanissime appellaverunt & demulserunt, diluentes leniter crimina, & modice eos cum levi vellicatione castigantes. De pretio autem annonæ & frumenti facile ostenderunt inter ipsos conventurum.

Ubi pars magna populi lenita est, modestoque & quieto silentio gratam sibi esse probarique ostendit consulis orationem, exsurgentes tribuni, senatus moderationi, populum, quacumque in re deceat, vicissim prædicaverunt concessurum: Marcium vero jusserunt respondere, num inficias eat ad perturbationem reipub. & populi eversionem concitasse senatum, & quum ab ipsis citaretur, non obtemperasse; denique pulsatis contumeliose in foro ædilibus, civile bellum quantum in ipso erat, concitasse, & in arma cives coegisse. Ea jactaverunt, quo aut demitteret spiritus suos Marcius præter ingenium blandiendo, aut si ingenium sequeretur suum (quod potius natura ejus probe perspecta expectabant) iram adversus se populi excitaret implacabilem. Progressus est enim velut purgaturus se, populus autem cum silentio stetit ac conquievit. Ut vero exorsus est apud homines orationem expectantes deprecatoriam, non modo odiosa uti defensionis libertate, & potius accusatione quam libera defensione, verum etiam vocis contentione & habitu oris intrepidum animum prope ad contemptum usque & securitatem

ὀλιγωρίας ἀφοβίαν ἐπιδεικνύμενος, ὁ μὲν δῆμος ἐξετραχύνθη, καὶ φανερὸς ἦν δυσανασχετῶν καὶ βαρυνόμενος τοῖς λεγομένοις· τῶν δὲ δημάρχων ὁ θρασύτατος Σικίννιος, μικρὰ τοῖς συνάρχουσι διαλεχθεὶς, εἶτ᾽ εἰς μέσον ἀναγορεύσας, ὡς θάνατος ὑπὸ τῶν δημάρχων τοῦ Μαρκίου κατέγνωσται, προσέταξε τοῖς ἀγορανόμοις, ἀναγαγόντας αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἄκραν, εὐθὺς ὦσαι κατὰ τῆς ὑποκειμένης φάραγγος. ἁπτομένων δὲ τῶν ἀγορανόμων τοῦ σώματος, ἔδοξε μὲν καὶ τῶν δημοτῶν τοῖς πολλοῖς φρικτὸν εἶναι τὸ γινόμενον καὶ ὑπερήφανον· οἱ δὲ πατρίκιοι παντάπασιν ἐκστάντες καὶ περιπαθήσαντες, ὥρμησαν ἀπὸ κραυγῆς βοηθεῖν· οἱ δὲ, καὶ χερσὶ τοὺς ἐπιλαμβανομένους ἀνείργοντες, καὶ καταμιγνύντες ἑαυτοῖς τὸν Μάρκιον· ἔνιοι δὲ καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγοντες, ἐδέοντο τῶν πολλῶν. ἐπεὶ δὲ λόγου τε καὶ φωνῆς οὐδὲν ἔργον ἦν ἐν ἀκοσμίᾳ τοσαύτῃ καὶ θορύβοις, ἄχρις οὗ συμφρονήσαντες οἱ φίλοι καὶ οἰκεῖοι τῶν δημάρχων ὡς ἄνευ φόνου πολλοῦ τῶν πατρικίων οὐκ ἔστιν ἐξαγαγεῖν οὐδὲ κολάσαι τὸν Μάρκιον, ἔπεισαν αὐτοὺς ἀφελεῖν τῆς τιμωρίας τὸ ἀλλόκοτον καὶ βαρὺ, μὴ βίᾳ μηδ᾽ ἄκριτον ἀποκτιννύντας, ἀλλὰ τῷ δήμῳ ψῆφον ἐπενεγκεῖν ἀποδόντας· ἐκ τούτου καταστὰς ὁ Σικίννιος ἠρώτα τοὺς πατρικίους, τί βουλόμενοι τὸν Μάρκιον ἀφαιροῦνται τοῦ δήμου βουλομένου κολάζειν. ἐκείνων δὲ πάλιν ἀντερωτώντων, Τί μὲν οὖν διανοεῖσθε, καὶ τί βούλεσθε ὑμεῖς, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν τοῖς ἀρίστοις ἄνευ κρίσεως ἐπὶ τιμωρίαν ὠμὴν καὶ παράνομον οὕτως ἄγοντες; Ἀλλὰ ταύτην μὲν, εἶπεν ὁ Σικίννιος, ὑμεῖς μὴ ποιεῖσθε πρόφασιν διαφορᾶς καὶ στάσεως πρὸς τὸν δῆμον. ὃ γὰρ ἀξιοῦτε, δίδωσιν ὑμῖν, κριθῆναι τὸν ἄνδρα. σοὶ

δὲ

tem præ se tulit, exarsit populus, nec dissimulavit molestam sibi esse & odiosam ejus orationem. Ibi tribunorum Sicinius violentissimus paulisper cum collegis colloquutus, inde pro concione fatus est tribunos eum rei capitalis damnasse. Tum imperavit ædilibus ut in rupem raperent eum, atque inde in subjectam vallem statim præcipitarent. Quum ædiles manus ei injicerent, res visa est vel plebis magnæ parti horrenda atque insolens: patricii vero, amentes & anxii, clamoribus tentare ei auxiliari, partim manibus etiam eos qui Marcium arripiebant repellere, eumque in catervam suam recipere, partim manibus porrectis plebem orare. At quum neque oratione neque voce in tanta confusione & tumultu quicquam proficeretur, quoad advertentes tribunorum amici & familiares, non posse sine multo nobilitatis sanguine rapi Marcium ad supplicium, suaserunt his, ut ablata supplicii novitate & indignitate, indicta causa ne eum occiderent, sed mitterent populum in suffragia. Tum paulo sedatior Sicinius nobilitatem sciscitatus est, quonam consilio populi punitioni eximerent Marcium: illis contra quærentibus, qua mente, quove consilio civem Romanum, nemini secundum, ad tam atrox atque inusitatum supplicium inauditum raperent: Atqui, Sicinius, ne hanc, inquit, seditionis & dissensionis cum populo sumatis speciem, largitur vobis quod flagitatis, de eo ut cognoscatur: Tibi C. Mar-

δὲ Μάρκιε προαγορεύομεν εἰς τρίτην ἀγορὰν παρεῖναι, καὶ πείθειν τοὺς πολίτας εἰ μηδὲν ἀδικεῖς, ὡς ψήφῳ κρινοῦντας.

Τότε μὲν οὖν ἠγάπησαν οἱ πατρίκιοι τὴν διάλυσιν, καὶ τὸν Μάρκιον ἀσμένως ἔχοντες ἀπῆλθον. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῆς τρίτης ἀγορᾶς, ἀγορὰς δὲ ποιοῦσι Ῥωμαῖοι δι᾽ ἡμέρας ἐννάτης, νουνδίνας καλοῦντες, ἐλπίδα μὲν αὐτοῖς παρέσχε διακρούσεως στρατεία γενομένη πρὸς Ἀντιάτας, ὡς μῆκος ἕξουσα καὶ χρόνον, ἐν ᾧ χειροήθης ὁ δῆμος ἔσται, τῆς ὀργῆς ἀπομαρανθείσης, ἢ παντελῶς ἐκπεσούσης δι᾽ ἀσχολίαν καὶ πόλεμον. ἔπειτα δ᾽ ὡς ταχὺ διαλυσάμενοι πρὸς τοὺς Ἀντιάτας ἐπανῆλθον, ἐγίνοντο σύνοδοι τῶν πατρικίων πολλάκις, δεδιότων, καὶ σκοπούντων ὅπως τόν τε Μάρκιον οὐ προήσονται, τόν τε δῆμον αὖθις οὐ παρέξουσιν ἐκταράττειν τοῖς δημαγωγοῖς. Ἄππιος μὲν οὖν Κλαύδιος αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι, διεμαρτύρατο, λέγων τήν τε βουλὴν αὐτοὺς ἀναιρήσειν, καὶ προήσεσθαι παντάπασι τὴν πολιτείαν, εἰ κύριον τῆς ψήφου κατὰ τῶν πατρικίων δέξονται γενόμενον τὸν δῆμον. οἱ δὲ πρεσβύτατοι καὶ δημοτικώτατοι τοὐναντίον ἠξίουν, οὐ χαλεπὸν οὐδὲ βαρὺν, ἀλλὰ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον ὑπὸ τῆς ἐξουσίας ἔσεσθαι τὸν δῆμον. οὐ γὰρ καταφρονοῦντι τῆς βουλῆς, ἀλλ᾽ οἰομένῳ καταφρονεῖσθαι, τιμὴν καὶ παραμυθίαν γενήσεσθαι τὴν κρίσιν, ὥσθ᾽ ἅμα τὴν ψῆφον λαβόντας ἀποθήσεσθαι τὴν ὀργήν.

Ὁρῶν οὖν ὁ Μάρκιος εὐνοίᾳ μὲν αὐτοῦ, φόβῳ δὲ τοῦ δήμου, τὴν σύγκλητον ἀπορουμένην, ἠρώτησε τοὺς δημάρχους, τίνα κατηγοροῦσιν αὐτοῦ, καὶ περὶ τίνος

Marci diem in trinundinum ad populum dicimus, tum innocentiam tuam probato coram civibus in suffragia ituris.

Eam conditionem tunc nobilitas accipere, satisque habentes abducere Marcium abierunt. Interposito ante trinundinum spatio (nundinas enim populus Romanus nono quoque die agit) spem iis eludendi criminis bellum cum Antiatibus dedit, velut laxamentum & tempus habiturum, dum flaccescente ira vel prorsus sopita per occupationem & bellum foret tractabilis populus. Verum ut pace cum Antiatibus brevi composita sunt reversi, anxii multa concilia patricii habuerunt, agitantes quemadmodum neque Marcium proderent, neque tribunis ex integro populum concitandi darent materiam. Hic Appius Claudius, qui infensissimus plebi habebatur, testificatus est ipsum senatum se perditum iturum, & rempub. prorsus daturum præcipitem, si populo ferendi de capite patriciorum suffragii permitterent arbitrium. At majores natu & qui præcipue populares erant, non sævum neque acerbum censebant, sed lenem & benignum, permissa potestate, populum fore. Non enim contemnenti senatum, sed contemni arbitranti hoc judicium honori & lenimento futurum, ut simulatque fuerit in suffragium missus, offensam sit abjecturus.

Ut ergo advertit senatum Marcius hinc ipsius benevolentia, hinc populi timore suspensum, sciscitatus ex tribunis est, quo de cri-

τίνος κριθησόμενον ἐπὶ τὸν δῆμον ἐξάγουσιν. εἰπόντων δ' ἐκείνων, ὅτι τυραννίς ἐστι τὸ ἔγκλημα, καὶ τυραννεῖν διανοούμενον ἀποδείξουσιν αὐτὸν, οὕτως ἐξαναστὰς, αὐτὸς ἔφη πρὸς τὸν δῆμον ἤδη βαδίζειν, ἀπολογησόμενος· καὶ μηδένα τρόπον κρίσεως, μηδὲ, ἂν ἁλῷ, κολάσεως παραιτεῖσθαι μόνον ὅπως, ἔφη, τοῦτο κατηγορήσητε, καὶ μὴ ψεύσησθε τὴν βουλήν. ὡς δ' ὡμολόγησαν, ἐπὶ τούτοις ἡ κρίσις ἐγίνετο. συνελθόντος δὲ τοῦ δήμου, πρῶτον μὲν οὐ κατὰ λόχους ἀλλὰ κατὰ φυλὰς ἐβιάζοντο γίνεσθαι τὴν ψηφοφορίαν, τῶν εὐπόρων καὶ γνωρίμων καὶ στρατευομένων, τὸν ἄπορον καὶ πολυπράγμονα, καὶ τοῦ καλοῦ φροντίζοντα μηδὲν ὄχλον ἐπίπροσθεν ταῖς ψήφοις ποιοῦντες. ἔπειτα τὴν τυραννίδος ἀφέντες αἰτίαν, ἀναπόδεικτον οὖσαν, ἐκείνων πάλιν ἐμέμνηντο τῶν λόγων οὓς ὁ Μάρκιος πρότερον εἶπεν ἐν τῇ βουλῇ, κωλύων μὲν ἐπευωνίσαι τὴν ἀγορὰν, ἀφελέσθαι δὲ τὴν δημαρχίαν τοῦ δήμου κελεύων. καινὸν δὲ κατηγόρησαν αὐτοῦ κατηγόρημα, τὴν διανομὴν τῶν λαφύρων, ἃ λαβὼν ἐκ τῆς Ἀντιατῶν χώρας, οὐκ ἀνήνεγκεν εἰς τὸ δημόσιον, ἀλλὰ διένειμε τοῖς μεθ' αὐτοῦ στρατευομένοις. ὑφ' οὗ δὴ καὶ μάλιστα λέγεται διαταραχθῆναι τὸν Μάρκιον. οὐ γὰρ προσεδόκησεν, οὐδ' εὐπόρησε πρὸς τὸν ὄχλον ἐκ τοῦ παραυτίκα λόγων πιθανῶν, ἀλλ' ἐπαινοῦντι τοὺς στρατευομένους ἐθορύβησαν αὐτῷ πλείονες ὄντες οἱ μὴ στρατευσάμενοι. τέλος δ' οὖν ταῖς φυλαῖς τῆς ψήφου δοθείσης, αἱ καθαιροῦσαι τρεῖς ἐγένοντο. ἦν δὲ τίμημα τῆς καταδίκης, ἀΐδιος φυγή. μετὰ δὲ τὴν ἀναγόρευσιν, ὁ μὲν δῆμος οὐδέποτε νικήσας μάχῃ πολεμίους, τοσοῦτον ἐφρόνησεν, ὅσον τότε φρονῶν

καὶ

crimine poſtulaturi ſe & ad diſquiſitionem eſſent populi vocaturi. Qui ut reſponderunt regni affectati intentaturos ſe crimen, idque probaturos: Ibi exurgens, Ipſe ad concionem, inquit, ad me purgandum pergam, neque ullum genus cognitionis, neque, ſi convictus fuero, ſupplicii recuſabo, modo id (inquit) crimen deferatis, neque imponatis ſenatui. Quod quum recepiſſent, ea lege conſtitutum eſt judicium. Concione advocata, hoc primum extorſerunt, ut ſuffragia non centuriatim ſed tributim ferrentur, quo ante locupletes, illuſtres, & militares, inopi, ſeditioſæ, & deploratæ multitudini darent prærogativam ſuffragiorum. Deinde omiſſo tyrannidis crimine, quod probari non poterat, illa recoxerunt dicta, quæ pridem jecerat Marcius in ſenatu, quum annonam prohibebat relaxari, & adimi populo tribunos ſuaderet. Novum inſuper crimen adjecerunt, prædæ partitionem, quam ex agro Antiate captam non retulerat ad ærarium, ſed diviſerat illis qui cum ipſo militaverant. Quo maxime dicitur perculſus Marcius fuiſſe: ſiquidem fuit id ei præter expectationem objectum, neque paratam ex tempore idoneam ad populum habebat defenſionem, verum laudanti milites ſuos obſtrepuerunt majore numero illi qui non militaverant. Demum tribubus in ſuffragia miſſis, tribus damnatoriæ ſuperaverunt. Pœna fuit damnationis perpetuum exilium. Pronuntiata ſententia, qua damnatus eſt, nulla unquam cæſis hoſtibus tantos fecerat populo ſpiritus victoria, quantum tunc exultans

&

καὶ γεγηθὼς ἀπῄει. τὴν δὲ βουλὴν ἄχος εἶχε καὶ κατήφεια δεινή, μεταμελομένην καὶ δυσφοροῦσαν ἐπὶ τῷ μὴ πάντα ποιῆσαι καὶ παθεῖν πρότερον ἢ περιϊδεῖν ὑβρίσαντα καὶ χρησάμενον ἐξουσίᾳ τοσαύτῃ τὸν δῆμον. οὐδὲν δ' ἔδει τότε πρὸς διάγνωσιν, ἐσθῆτος, ἢ παρασήμων ἑτέρων, ἀλλ' εὐθὺς ἦν δῆλος ὅτι δημότης ὁ χαίρων, καὶ ὁ δυσφορῶν, ὅτι πατρίκιος.

Πλὴν αὐτὸς ὁ Μάρκιος, ἀνέκπληκτος καὶ ἀταπείνωτος, καὶ σχήματι καὶ βαδίσματι καὶ προσώπῳ καθεστηκώς, ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐφαίνετο πεπονθόσιν ἀσυμπαθὴς ἑαυτοῦ μόνος, οὐχ ὑπὸ λογισμοῦ καὶ πρᾳότητος, οὐδὲ τῷ φέρειν μετρίως τὸ συμβεβηκός, ἀλλ' ἐμπαθὴς ὢν ὑπὸ ὀργῆς καὶ βαρυφροσύνης· ὅπερ ἀγνοοῦσιν οἱ πολλοὶ λύπην οὖσαν. ὅταν γὰρ εἰς θυμὸν μεταβάλῃ καθάπερ ἐκπυρωθεῖσα, τὸ ταπεινὸν ἀποβάλλει καὶ ἀργόν· ᾗ καὶ δοκεῖ δραστικὸς ὁ θυμούμενος, ὡς θερμὸς ὁ πυρέττων, οἷον ἐν σφυγμῷ καὶ διατάσει καὶ ὄγκῳ γενομένης τῆς ψυχῆς. ἐδήλωσε δὲ τοῖς ἔργοις αὐτίκα μάλα τὴν διάθεσιν ταύτην ὁ Μάρκιος. εἰσελθὼν γὰρ οἴκαδε, καὶ τὴν μητέρα καὶ τὴν γυναῖκα μετὰ κλαυθμοῦ καὶ βοῆς ὀλοφυρομένας ἀσπασάμενος, καὶ κελεύσας μετρίως φέρειν τὸ συμβεβηκός, εὐθὺς ἀπιὼν ἐβάδιζεν ἐπὶ τὰς πύλας. ἐκεῖ δὲ τῶν πατρικίων ὁμοῦ τι πάντων προπεμπόντων αὐτόν, οὔτε τι λαβών, οὔτε τινὸς δεηθεὶς ἀπηλλάττετο, τρεῖς ἢ τέτταρας πελάτας ἔχων περὶ αὐτόν. ἡμέρας δ' ὀλίγας ἔν τισιν ἀγροῖς αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ὑπὸ πολλῶν διενεχθεὶς λογισμῶν, οἵους ὁ θυμὸς ὑπέβαλλεν, ὥστ' οὔτ' εἰς καλὸν οὔτε συμφέρον οὐδέν, ἀλλ' ἢ τὸ Ῥωμαίους μετελθεῖν, ἐγίνωσκε

& ovans diſceſſit. At ſenatum merus angor mœrorque tenuit dolentem & ingemiſcentem, quod non omnem lapidem prius moviſſent quam tantam contumeliam & licentiam perpeſſi eſſent populi. Neque opus ad diſcrimen veſte tunc vel aliis inſignibus erat, ſed ſtatim patebat popularem eſſe qui gaudebat, qui mœſtus erat, patricium.

At ipſe imperterritus minimeque demiſſus Marcius, geſtu & inceſſu, & vultu conſtans, in omnium perturbatione aliorum nihil fortuna ſua motus videbatur eſſe; non ratione ille aut animi lenitate, aut quod caſum ſuum ferret modice, ſed quod eſſet ira oppreſſus & indignatione, quam plerique neſciunt ægritudinem eſſe. Quum enim velut flagrans in excandeſcentiam vertit, tunc demiſſionem hanc abjicit & ignaviam. Unde ſtrenuus videtur iratus, ſicut febricitans calidus, quaſi ſubſiliente inflatoque atque intumeſcente animo. Hanc affectionem ſuam Marcius illico re ipſa oſtendit. Domum enim profectus, poſtquam matrem & uxorem complexu ſalutavit lacrymarum & ejulatus plenas, atque ut caſum ſuum ferrent moderate monuit, confeſtim digrediens, ad portam eſt profectus. Quo a frequenti nobilitate deductus, nulla re accepta vel a quoquam petita, comitantibus tribus aut quatuor clientibus, exceſſit urbe. Inde quum paucos dies in villis quibuſdam ſuis varia conſilia ſecum, qualia ſubjiciebat ira, volviſſet, non illa quidem bona vel conducibilia, ſed quemadmodum pœnas expeteret a populo Romano, grave ſtatuit

γνωσκε πόλεμόν τινα βαρὺν καὶ ὅμορον ἀναστῆσαι ἐπ' αὐτούς. ὥρμησεν οὖν διαπειρᾶσθαι πρῶτον Οὐολούσκων, ἀκμάζοντας μὲν εἰδὼς ἔτι καὶ σώμασι καὶ χρήμασι· ταῖς δὲ γεγενημέναις ἔναγχος ἥτταις οὐ τοσοῦτον ἀπολωλέναι τῆς δυνάμεως, ὅσον ἐγγεγονέναι φιλονεικίας αὐτοῖς καὶ ὀργῆς οἰόμενος.

Ἦν δέ τις ἀνὴρ ἐξ Ἀντίου πόλεως, διά τε πλοῦτον καὶ ἀνδρείαν καὶ γένους ἐπιφάνειαν, ἀξίωμα βασιλικὸν ἔχων ἐν πᾶσιν Οὐολούσκοις, ὄνομα Τύλλος Ἀμφίδιος. ὑπὸ τούτου μισούμενον ὁ Μάρκιος ἑαυτὸν, ὡς οὐδένα Ῥωμαίων, ἐγίνωσκε. πολλάκις γὰρ ἐν ἀπειλαῖς καὶ προκλήσεσι κατὰ τὰς μάχας γενόμενοι, καὶ κομπάσαντες διὰ τὸ ἐνάμιλλον, οἷα νεανιῶν πολεμικῶν φιλοτιμίαι καὶ ζῆλοι φέρουσιν, ἴδιον προσεκτήσαντο τῷ κοινῷ τὸ κατ' ἀλλήλων ἔχθος. οὐ μὴν ἀλλὰ μέγεθός τι φρονήματος ἔχοντα τὸν Τύλλον ὁρῶν, καὶ μάλιστα δὴ Οὐολούσκων, ἐπιθυμοῦντα Ῥωμαίους λαβὴν παρέχοντας ἐν μέρει κακῶσαι, μαρτυρίαν ἀπέλιπε τῷ εἰπόντι,

Θυμῷ μάχεσθαι χαλεπόν. Ὃ γὰρ ἂν θέλῃ, ψυχῆς ὠνεῖται.

λαβὼν γὰρ ἐσθῆτα καὶ σκευὴν ἐν ᾗ μάλιστα μὴ δόξειν ὃς ἦν ἔμελλεν ὁρώμενος, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς,

Ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν.

Ἦν δ' ἑσπέρα, καὶ πολλοὶ μὲν αὐτῷ προσετύγχανον, ἐγνώριζε δ' οὐδείς. ἐβάδιζεν οὖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Τύλλου, καὶ παρεισελθὼν ἄφνω πρὸς τὴν ἑστίαν ἐκάθιζε σιωπῇ, καὶ τὴν κεφαλὴν ἐγκαλυψάμενος ἡσυχίαν ἦγεν. οἱ δὲ

tuit iis movere & finitimum bellum. Primum igitur solicitare instituit Volscos, quos florentes viris & opibus sciebat: superioribus cladibus haud tantum accisas vires eorum, quantum pertinaciæ & indignationis ratus accessisse.

Erat Antii vir longe divitiis, virtute & natalium splendore princeps Volsci nominis ac regiæ autoritatis; Tullo Aufidio erat nomen. Hunc sibi præ cæteris Romanis certus erat esse infensum. Quia enim ex concertatione (ut juvenum fortium gloriæ & æmulationes ferunt) crebro inter dimicationes minis, provocationibus, jactantiisque certaverant inter se, privatam publicæ adjunxerant inimicitiam. Quum Tulli tamen celsitudinem animi nosset, & præter omnes Volscos occasionem captare eum infestandi vicissim Romanos, testimonium reliquit illi, qui ait,

Iræ repugnare arduum est:
Quidquid cupit, licetur vita.

Sumpto enim amictu & habitu, quo minime qui esset cognosceretur aspectu, ut Ulysses,

Urbem inimicorum subiit.

Erat diei serum, multique occurrerunt ei, sed noverat nemo. Profectus domum ad Tullum, repente ad focum nullo sentiente penetravit, ibique tacitus sedit obvoluto capite, nihil agens.

δὲ κατὰ τὴν οἰκίαν, θαυμάσαντες, ἀναστῆσαι μὲν οὐκ ἐτόλμησαν, ἦν γάρ τι καὶ περὶ αὐτὸν ἀξίωμα καὶ τοῦ σχήματος καὶ τῆς σιωπῆς, ἔφρασαν δὲ τῷ Τύλλῳ περὶ δεῖπνον ὄντι τὴν ἀτοπίαν τοῦ πράγματος. ὁ δ' ἐξαναστὰς ἧκε πρὸς αὐτὸν, καὶ ἀνέκρινε, τίς ὢν ἀφῖκται καὶ τίνων δεόμενος. οὕτως οὖν ὁ Μάρκιος ἀποκαλυψάμενος, καὶ μικρὸν ἀνασχὼν, Εἰ μήπω με γινώσκεις, ὦ Τύλλε, εἶπεν, ἀλλ' ὁρῶν ἀπιστεῖς, ἀνάγκη με κατήγορον ἐμαυτοῦ γενέσθαι. Γάϊός εἰμι Μάρκιος, ὁ πλεῖστα καὶ Οὐολούσκους ἐργασάμενος κακὰ, καὶ τὴν οὐκ ἐῶσαν ἀρνεῖσθαι ταῦτα περιφέρων προσηγορίαν, τὸν Κοριολάνον. οὐδὲν γὰρ ἄλλο τῶν πολλῶν πόνων καὶ κινδύνων ἐκείνων ἐκτησάμην ἔπαθλον, ἢ τὸ παράσημον ὄνομα τῆς πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας, καὶ τοῦτό μοι περίεστιν ἀναφαίρετον. τὰ δ' ἄλλα ὁμοῦ πάντα φθόνῳ δήμου καὶ ὕβρει, μαλακίᾳ δὲ καὶ προδοσίᾳ τῶν ἐν τέλει καὶ ἰσοτίμων ἀπεστέρημαι· καὶ φυγὰς ἐλήλαμαι, καὶ γέγονα τῆς ἑστίας τῆς σῆς ἱκέτης, οὐχ ὑπὲρ ἀδείας καὶ σωτηρίας, τί γὰρ ἔδει με δεῦρο ἥκειν φοβούμενον ἀποθανεῖν; ἀλλὰ δίκας λαβεῖν χρῄζων, καὶ λαμβάνων ἤδη παρὰ τῶν ἐκβαλλόντων, τῷ σὲ ποιεῖν ἐμαυτοῦ κύριον. εἰ μὲν οὖν ἐστί σοι θυμὸς ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις, ἴθι ταῖς ἐμαῖς συμφοραῖς ὦ γενναῖε χρῆσαι, καὶ κοινὸν εὐτύχημα ποίησον Οὐολούσκων τὴν ἐμὴν ἀτυχίαν, τοσοῦτον βέλτιον ὑπὲρ ὑμῶν πολεμήσοντος ἢ πρὸς ὑμᾶς, ὅσῳ πολεμοῦσι βέλτιον οἱ γινώσκοντες τὰ παρὰ τοῖς πολεμίοις τῶν ἀγνοούντων. εἰ δ' ἀπείρηκας, οὔτ' ἐγὼ βούλομαι ζῆν, οὔτε σοι καλῶς ἔχει σώζειν, πάλαι μὲν ἐχθρὸν ἄνδρα καὶ πολέμιον, νῦν δ' ἀνωφελῆ καὶ ἄχρηστον. ὡς οὖν ταῦτα ὁ Τύλλος

agens. Familia ſtupore defixa, dubitavit excitare eum, quod aliqua & ex habitu atque ſilentio ejus eluceret majeſtas. Narrant igitur Tullo jam cœnanti rem hanc novam, qui ſurgens adiit eum, rogavitque qui eſſet, quidque petitum veniſſet. Ita Marcius aperiens ſe, & paulisper moratus: Si nondum (inquit) Tulle me cognoſcis, ſed nec adſpectus facit tibi fidem, neceſſitas me delatorem facit mei ipſius. C. Marcius ſum, qui plurimas clades Volſcis intuli, & quod non ſinit id inficiari, cognomen circumfero Coriolani. Siquidem multorum ſudorum & periculorum illorum præmium paravi nullum aliud, quam inimicitiæ in vos teſtem, hanc appellationem. Hoc mihi intactum ſupereſt. Cæteris hinc populi invidia & injuria, hinc magiſtratuum & nobilitatis languore atque proditione ſpoliatus ſum, pulſusque in exilium ſupplex ad focum tuum conſedi, non ſecuritatis cauſa & ſalutis: nam mortem ſi horrerem, qui huc venirem? Verum perſequi aveo pœnas ab iis qui me fecerunt extorrem: quas & jam ſumo, qui in arbitrium me contuli tuum. Itaque ſi animus tibi eſt hoſtes adoriri, age, utere jam, Tulle, meis calamitatibus, & infortunium meum in Volſcorum verte proſperitatem. Hactenus vero pro vobis melius quam contra vos pugnabo, quatenus pugnant melius illi quibus conſilia nota hoſtium ſunt, quam ignari. Quod ſi cecidiſti animo, neque ducere ego ſpiritum aveo, neque tibi honeſtum ſit incolumitatem præſtare veteri inimico & perduelli, nunc inutili & prorſus commoditatis experti. Ubi ea Tul-

λος ἤκουσεν, ἤσθη τε θαυμαστῶς, καὶ τὴν δεξιὰν ἐμβαλὼν, Ἀνίστασο, εἶπεν, ὦ Μάρκιε, καὶ θάῤῥει. μέγα γὰρ ἡμῖν ἀγαθὸν ἥκεις, διδοὺς σεαυτόν. ἔλπιζε δὲ μείζονα παρὰ Οὐολούσκων. καὶ τότε μὲν εἱστία φιλοφρονούμενος τὸν Μάρκιον· ἐν δὲ ταῖς ἐπιούσαις ἡμέραις ἐβουλεύοντο περὶ τοῦ πολέμου καθ' ἑαυτούς.

Τὴν δὲ Ῥώμην ἥ τε τῶν πατρικίων δυσμένεια πρὸς τὸν δῆμον, οὐχ ἥκιστα τὴν τοῦ Μαρκίου καταδίκην αἰτίαν ἐχόντων ἐτάραττε, καὶ πολλὰ δαιμόνια μάντεις καὶ ἱερεῖς καὶ ἰδιῶται προσήγγελλον ἄξια φροντίδος. ἓν δὲ λέγεται τοιοῦτό τι γενέσθαι. Τίτος ἦν Λατῖνος, ἀνὴρ οὐκ ἄγαν ἐπιφανὴς, ἀπράγμων δὲ καὶ μέτριος ἄλλως, καὶ καθαρὸς δεισιδαιμονίας, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀλαζονείας. οὗτος ὄναρ εἶδεν, ὡς τοῦ Διὸς εἰς ὄψιν ἥκοντος αὐτῷ, καὶ κελεύοντος εἰπεῖν πρὸς τὴν σύγκλητον, ὅτι κακὸν τὸν ὀρχηστὴν ἔστειλαν αὐτῷ πρὸ τῆς πομπῆς καὶ ἀτερπέστατον. ἰδὼν δὲ τὴν ὄψιν, ἔλεγε μὴ πάνυ φροντίσαι τὸ πρῶτον· ὡς δὲ καὶ δεύτερον ἰδὼν καὶ τρίτον ἠμέλησε, παιδός τε χρηστοῦ θάνατον ἐπιδεῖν, καὶ τοῦ σώματος ἄφνω παρεθέντος ἀκρατὴς γενέσθαι. ταῦτα δ' ἐν κλινιδίῳ φοράδην κομισθεὶς εἰς τὴν σύγκλητον ἀπήγγειλεν. ἀπαγγείλας δ', ὥς φασιν, εὐθὺς ᾔσθετο ῥωννύμενον αὐτοῦ τὸ σῶμα, καὶ ἀναστὰς ἀπῄει δι' αὐτοῦ βαδίζων. θαυμάσαντες οὖν οἱ βουλευταὶ, πολλὴν ἐποιήσαντο τοῦ πράγματος ζήτησιν. ἦν δὲ τοιοῦτον· οἰκέτην τις αὐτοῦ παραδοὺς οἰκέταις ἑτέροις, ἐκέλευσεν ἐξάγειν δι' ἀγορᾶς μαστιγοῦντας, εἶτ' ἀποκτεῖναι. ταῦτα πράττουσιν αὐτοῖς, καὶ τὸν ἄνθρωπον αἰκιζομένοις, στροφάς τε παντοδαπὰς ὑπ' ὀδύνης στρεφόμενον, καὶ κινήσεις ἄλλας ἀτερπεῖς τῷ περιπαθεῖν κινου-

Tullus audivit, ingenti est lætitia elatus, dextraque ei data, Surge, (inquit) Marci, bonoque esto animo. Per enim commode nobis cecidit, hoc quod te contuleris: tu a Volscis expecta majora. Inde benigne Marcium invitavit. Insequentibus diebus contulerunt inter se consilia belli.

At civitatem Romanam nobilitatis adversus plebem ex Marcii potissimum orta damnatione exagitabat simultas, ac multa prodigia aruspices, sacerdotes, privati denuntiaverunt haud contemnenda. Unum hoc evenisse fertur: Titus Latinus, de plebe homo, quietus probusque alioquin, & liber superstitione, multoque magis vanitate. Huic somnium fuit: Visus Jupiter præcipere, iret, senatui denuntiaret malum supplicationis præsultorem, quem miserant sibi, displicuisse. Hoc ostentum sibi ait primum parum curæ fuisse. Ubi iterum ac tertium neglexisset oblatum, egregium filium se amisisse, corporisque repentino languore & debilitate correptum. Hæc in curiam lectulo delatus exposuit. Quibus editis, confestim convalescere eum corpus sensisse, surgentemque suis pedibus domum memorant revertisse. Miraculo senatus attonitus diligenter de re quæsivit. Fuit ea hujuscemodi: Servum suum quidam aliis servis tradiderat, præceperatque ut cæsum flagellis medio agerent foro, inde interficerent. Hæc agentes, & hominem verberantes, varios flexus præ dolore, motusque indecoros alios magnitudine cruciatus volventem supplicatio

κινούμενον, ἡ πομπὴ κατὰ τύχην ἠκολουθήκει. καὶ πολλοὶ μὲν ἐδυσχέραινον τῶν παρόντων, οὔτ' ὄψιν ἱλαρὰν ὁρῶντες, οὔτε κινήσεις πρεπούσας· οὐδεὶς δ' ἐπεξῆλθεν, ἀλλὰ λοιδορίαι μόνον ἐγίνοντο καὶ κατάραι τῷ πικρῶς οὕτω κολάζοντι. καὶ γὰρ ἐχρῶντο πολλῇ πρὸς τοὺς οἰκέτας ἐπιεικείᾳ τότε, διὰ αὐτουργίαν, καὶ τὸ κοινωνεῖν διαίτης ἡμερώτερον ἔχοντες πρὸς αὐτοὺς καὶ συνηθέστερον. ἦν δὲ μεγάλη κόλασις οἰκέτου πλημμελήσαντος, εἰ ξύλον ἁμάξης, ᾧ τὸν ῥυμὸν ὑπερείδουσιν, ἀράμενος, διεξέλθοι παρὰ τὴν γειτνίασιν. ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν, καὶ ὀφθεὶς παρὰ τῶν συνοίκων καὶ γειτόνων, οὐκέτι πίστιν εἶχεν. ἐκαλεῖτο δὲ φουρκίφερ. ὃ γὰρ οἱ Ἕλληνες ὑποστάτην καὶ στήριγμα, τοῦτο Ῥωμαῖοι φοῦρκαν ὀνομάζουσιν.

Ὡς οὖν ὁ Λατῖνος ἀπήγγειλε τὴν ὄψιν αὐτοῖς, καὶ διηπόρουν ὅστις ἦν ὁ τῆς πομπῆς τότε προηγούμενος ἀτερπὴς καὶ κακὸς ὀρχηστής, ἀνεμνήσθησαν ἔνιοι διὰ τὴν ἀτοπίαν τῆς τιμωρίας ἐκείνου τοῦ θεράποντος, ὃν μαστιγοῦντες ἐξήλασαν δι' ἀγορᾶς, εἶτ' ἐθανάτωσαν. συμφωνησάντων οὖν τῶν ἱερέων, ὅ, τε δεσπότης δίκην ἔδωκε, καὶ τῷ Θεῷ τὴν πομπὴν καὶ τὰς θέας αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἐπετέλουν. ἔοικεν οὖν ὁ Νουμᾶς τά τ' ἄλλα τῶν ἱερῶν σοφώτατος ἐξηγητὴς γεγονέναι, καὶ τοῦτο παγκάλως γε νομοθετῆσαι πρὸς εὐλάβειαν αὐτοῖς. ὅταν γὰρ ἄρχοντες ἢ ἱερεῖς πράττωσί τι τῶν θείων, ὁ κῆρυξ πρόεισι μεγάλῃ φωνῇ βοῶν, Ὅκ ἄγε. σημαίνει δ' ἡ φωνή, Τοῦτο πρᾶττε· προσέχειν κελεύουσα τοῖς ἱεροῖς, καὶ μηδὲν ἔργον ἐμβαλεῖν μεταξύ, μηδὲ χρείαν ἀσχολίας, ὡς τὰ πλεῖστα τῶν ἀνθρωπίνων ἀναγκαίῳ τινὶ τρόπῳ καὶ διὰ βίας πε-

ραινό-

plicatio forte ſequuta eſt. Ea ſpecies minime jucunda, atque motus inconcinni multos præſentium offenderunt, factum tamen nemo vindicavit. Maledixerunt tantum & diras imprecati ſunt tam atrociter mulctanti. Etenim magna id temporis humanitate ſervos proſequebantur, & quia ipſimet obirent operas ſuas, & communem cum illis vitam agerent, habebant eos benignius & familiarius. Habebatur autem punitio ſervi qui peccaverat acerba, ſi lignum plauſtri, quo ſuſtentant temonem, circa viciniam portaret: ita enim punitum quum domeſtici & vicini vidiſſent, nullam habebant deinceps ei fidem, appellabantque eum furciferum. Quod enim Græci ὑποστάτην & στήριγμα, id Romani furcam appellant.

Illud viſum Latinus ubi patribus narravit, atque illis ambiguum fuit qui ille ludorum fuiſſet ingratus & malus præſultor, ſubiit nonnullos ob inſolentiam ſupplicii ſervi illius memoria, quem flagellatum per forum rapuerant, mox occiderant. Sacerdotibus itaque comprobantibus, pependit dominus pœnas, ſupplicationemque Deo ac ludos inſtauraverunt. Videtur autem cum cætera Numa ſacrorum ſapientiſſimus fuiſſe præceptor, tum præclare ſane ad religionem hoc conſtituiſſe. Nam quum magiſtratus & ſacerdotes quid rei divinæ faciunt, antecedens præco magna voce clamat, Hoc age. Qua voce rebus divinis jubent intentos eſſe, neque ullo opere eas vel negotio interpellare, quod pleraque mortalium coactu quodammodo & vi efficiantur.

τελούμενα. θυσίας δὲ καὶ πομπὰς καὶ θέας οὐ μόνον ἐξ αἰτίας τηλικαύτης, ἀλλὰ καὶ διὰ μικρὰς Ῥωμαίοις ἔθος ἐστὶν ἀναλαμβάνειν. ἵππου τε γὰρ ἑνὸς τῶν ἀγόντων τὰς καλουμένας θήσας ἀτονήσαντος, καὶ πάλιν τοῦ ἡνιόχου τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ ἡνίας συλλαβόντος, αὖθις ἐψηφίσαντο τὴν πομπὴν ἐπιτελεῖν. ἐν δὲ τοῖς κάτω χρόνοις μίαν θυσίαν τριακοντάκις ἐποίησαν, ἀεί τινος ἐλλείμματος ἢ προσκρούματος γίνεσθαι δοκοῦντος. τοιαύτη μὲν εὐλάβεια πρὸς τὸ θεῖον Ῥωμαίων.

Ὁ δὲ Μάρκιος καὶ Τύλλος ἐναντία τοῖς δυνατωτάτοις κρύφα διελέγοντο, καὶ παρεκάλουν, ἕως στασιάζουσιν οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς ἀλλήλους, τὸν πόλεμον ἐξενεγκεῖν· τῶν δὲ δυσωπουμένων, ὅτι σπονδαὶ διέτεις ἦσαν αὐτοῖς καὶ ἀνοχαὶ γεγενημέναι, πρόφασιν αὐτοὶ Ῥωμαῖοι παρέσχον, ἔκ τινος ὑποψίας ἢ διαβολῆς ἐν θέαις καὶ ἀγῶσι κηρύξαντες ἀπιέναι Οὐολούσκους πρὸ ἡλίου δύνοντος ἐκ τῆς πόλεως. ἔνιοι δέ φασιν ἀπάτῃ τοῦ Μαρκίου καὶ δόλῳ γενέσθαι τοῦτο, πέμψαντος εἰς Ῥώμην πρὸς τοὺς ἄρχοντας οὐκ ἀληθῆ κατήγορον τῶν Οὐολούσκων, ὡς ἐν ταῖς θέαις διανοουμένων ἐπιθέσθαι τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ τὴν πόλιν ἐμπιπρᾶν· πάντας μὲν γὰρ αὐτοὺς τὸ κήρυγμα τοῦτο δυσμενεστέρους ἐποίησε τοῖς Ῥωμαίοις. ὁ δὲ Τύλλος ἐπὶ μεῖζον αἴρων τὸ πρᾶγμα καὶ παροξύνων, τέλος ἔπεισε, πέμψαντας εἰς Ῥώμην, τήν τε χώραν ἀπαιτεῖν, καὶ τὰς πόλεις ὅσας ἀφῄρηνται πολέμῳ τῶν Οὐολούσκων. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῶν πρέσβεων ἀκούσαντες ἠγανάκτησαν, καὶ ἀπεκρίναντο, προτέρους μὲν ἀναλήψεσθαι τὰ ὅπλα τοὺς Οὐολούσκους, ὑστέρους δὲ καταθήσεσθαι Ῥωμαίους. ἐκ

τούτου

tur. Sacrificia vero ſupplicationeſque & ludos ſolent Romani non ſolum ex tanta occaſione, ſed ex minutula etiam inſtaurare. Siquidem ſi unus equus thenſas ducentium elanguiſſet, itemque ſi læva manu prehendiſſet auriga habenas, ſupplicationem decernebant inſtaurandam. Sequutis temporibus unum ſacrificium tricies inſtaurarunt, quod ſemper aliquid delicti vel offenſionis intervenisse diceretur. Tanta religio erat erga Deos populi Romani.

At Marcius & Tullus principibus gentis adhibitis clam conſultaverunt hortantes eos, dum occupati Romani domeſticis ſeditionibus ſint, ut arma iis inferrent. Sed quum pudor hos deterreret, quod fœdus & inducias in biennium feciſſent, ſpeciem ipſi Romani præbuerunt, ex neſcio qua ſuſpicione vel calumnia inter ſpectacula & ludos juſſis per præconem Volſcis ante ſolis occaſum urbe excedere. Aliqui hoc fallacia & dolo Marcii compoſitum fuiſſe ſunt autores. Miſiſſe hunc ad conſules Romanos falſo Volſcos criminatum, in animo eos habere mediis ludis adoriri Romanos, & urbem inflammare. Incendit hoc edictum omnes gravius in Romanos. Tullus autem rem exaggerans & exacerbans, eis perſuaſit denique, ut miſſis Romam legatis, agrum oppidaque bello Volſcis adempta repeterent. Romani auditis legatis ſtomachantes reſponderunt, priores arma Volſcos capturos, Romanos depoſituros poſteriores. Tullus

τούτου συναγαγὼν ἐκκλησίαν πάνδημον ὁ Τύλλος, ἐπεὶ τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο, συνεβούλευε τὸν Μάρκιον καλέσαι, μηδὲν αὐτῷ μνησικακοῦντας, ἀλλὰ πιστεύσαντας ὅτι συμμαχῶν ὠφελήσει ὅσα πολεμῶν οὐκ ἔβλαψεν.

Ἐπεὶ δὲ κληθεὶς ὁ Μάρκιος, καὶ διαλεχθεὶς πρὸς τὸ πλῆθος, οὐχ ἧττον ἀπὸ τῶν λόγων ἢ τῶν ὅπλων ἀνὴρ δεινὸς ἐφάνη καὶ πολεμικός, καὶ τὸ φρονεῖν καὶ τολμᾶν περιττός, ἀποδείκνυται μετὰ Τύλλου στρατηγὸς αὐτοκράτωρ τοῦ πολέμου. δεδιὼς δὲ τὸν χρόνον ἐν ᾧ παρεσκευάσθαι τοὺς Οὐολούσκους ἔδει, μὴ πολὺς γενόμενος τὸν καιρὸν ἀφέληται τῆς πράξεως, τὰ μὲν ἄλλα τοὺς κατὰ πόλιν δυνατοὺς καὶ ἄρχοντας ἐκέλευε συνάγειν καὶ πορίζειν, αὐτὸς δὲ τοὺς προθυμοτάτους ἄνευ καταλόγου πείσας ἑκόντας αὐτῷ συνελθεῖν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων ἄφνω, καὶ μηδενὸς προσδοκῶντος. ὅθεν ηὐπόρησε λείας τοσαύτης, ὅσην ἄγοντας καὶ φέροντας, καὶ χρωμένους ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοὺς Οὐολούσκους ἀπειπεῖν. ἦν δὲ μικρότατον ἔργον αὐτῷ τῆς στρατείας ἐκείνης, ἡ εὐπορία, καὶ τὸ πολλὰ βλάψαι καὶ κακῶσαι τὴν χώραν· οὗ δ' ἕνεκα ταῦτ' ἔπραττε, μέγα, τὸ τοὺς πατρικίους προσδιαβαλεῖν τῷ δήμῳ. τὰ γὰρ ἄλλα πάντα λυμαινόμενος καὶ διαφθείρων, τοὺς ἐκείνων ἀγροὺς ἰσχυρῶς ἐφύλαττε, καὶ οὐκ εἴα κακουργεῖν, οὐδὲ λαμβάνειν ἐξ ἐκείνων οὐδέν. ὅθεν ἐν διαβολαῖς ἔτι μᾶλλον ἐγένοντο καὶ ταραχαῖς πρὸς ἀλλήλους, οἱ μὲν πατρίκιοι τοῖς πολλοῖς ἐγκαλοῦντες, ὡς ἄνδρα δυνατὸν ἀδίκως ἐκβαλοῦσιν· ὁ δὲ δῆμος ἐκείνους ᾐτιᾶτο διὰ μνησικακίαν ἐπάγειν τὸν Μάρκιον, εἶτα πολεμουμένων ἑτέρων, θεατὰς καθ-

lus exinde omni nomine Volſco contracto, bello decreto, conſuluit ut & Marcium accirent, memoriaque obliterata offenſarum, perſuaderent ſibi plus ſocium tunc allaturum adjumenti, quam nocuiſſet hoſtis.

Qui accerſitus quum verba ad populum feciſſet, nec minus facundia quam armis pollere eum & rei militaris peritum apparuiſſet eſſe, prudentiaque præcellere & audacia, deligitur, collega addito Tullo, dux belli cum libera poteſtate. Qui quum timeret ne temporis, quo ſe paraturi Volſci erant, longior propagatio, rei gerendæ præcideret opportunitatem, reliqua primoribus civitatum & magiſtratibus contrahere & ſubminiſtrare juſſis, ipſe promptiſſimo quoque ſine delectu inducto, ut voluntarii ſequerentur ſe, in fines Romanos repente præter omnium expectationem invaſit. Unde tantum prædæ factum, ut cum agendo tum ferendo atque veſcendo Volſcorum exercitus laſſaretur. Atqui nihil minus illa in expeditione quam prædam & agri vaſtationem morabatur, verum cujus gratia hæc agebat, id magni ducebat, nobilitatem ut committeret cum populo. Quippe fœdatis & proculcatis omnibus aliis, illorum prædia diligenter tutatus eſt, nec lædi vel attingi permiſit quicquam quod eſſet eorum. Unde querelæ inter eos & ſeditio exorta major. Plebem criminata nobilitas eſt, quod virum tantum in exilium egiſſent inique: contra populus accuſavit illos, quod odio inducti Marcium accerſiviſſent, & dum pars altera vexatur

καθῆσθαι, φύλακας τοῦ πλούτου καὶ τῶν χρημάτων, ἔξω τὸν πόλεμον αὐτῶν ἔχοντας. ταῦτα διαπραξάμενος ὁ Μάρκιος, καὶ μεγάλα πρὸς τὸ θαῤῥεῖν καὶ καταφρονεῖν τῶν πολεμίων τοὺς Οὐολούσκους ὠφελήσας, ἀπήγαγεν ἀσφαλῶς.

Ἐπεὶ δὲ πᾶσα ταχὺ καὶ προθύμως ἡ τῶν Οὐολούσκων δύναμις ἠθροίσθη, πολλὴ φανεῖσα, μέρος μὲν ἔγνωσαν ὑπολιπεῖν ταῖς πόλεσιν ὑπὲρ ἀσφαλείας, μέρει δὲ στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους· ἑλέσθαι δὲ τῶν ἡγεμονιῶν ὁ Μάρκιος ἔδωκε τῷ Τύλλῳ τὴν ἑτέραν. ὁ δὲ Τύλλος εἰπὼν ὡς οὐδὲν ἀρετῇ λειπόμενον αὐτοῦ τὸν Μάρκιον ὁρᾷ, τύχῃ δὲ βελτίονι κεχρημένον ἐν ταῖς μάχαις ἁπάσαις, ἐκέλευσεν ἡγεῖσθαι τῶν ἐξιόντων· αὐτὸς δὲ τάς τε πόλεις ὑπομένων φυλάξειν, καὶ τοῖς στρατευομένοις ὑπουργήσειν τὰ πρόσφορα. μᾶλλον οὖν ἐπιῤῥωσθεὶς ὁ Μάρκιος ἐχώρει πρῶτον ἐπὶ Κίρκαιον, πόλιν ἀποικίδα Ῥωμαίων· καὶ ταύτην ἐνδοῦσαν ἑκουσίως οὐδὲν ἠδίκησε. μετὰ δὲ ταύτην ἐπόρθει τὴν Λατίνων χώραν, ἐνταῦθα προσμαχεῖσθαι προσδεχομένων αὐτῷ τοὺς Ῥωμαίους ὑπὲρ τῶν Λατίνων, συμμάχων ὄντων, καὶ πολλάκις αὐτοὺς ἐπικαλουμένων. ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ πλῆθος ἀπρόθυμον ἐγένετο, καὶ τοῖς ὑπάτοις ὀλίγος ἔτι περιῆν τῆς ἀρχῆς χρόνος, ἐν ᾧ κινδυνεύειν οὐκ ἐβούλοντο, καὶ διὰ ταῦτα τοὺς Λατίνους ἀπέπεμψαν· οὕτως ὁ Μάρκιος ἐπ᾽ αὐτὰς τὰς πόλεις ἦγεν, καὶ Τολερίνους καὶ Οὐικάνους καὶ Πεδάνους, ἔτι δὲ Βωλάνους ἀντιστάντας αὐτῷ κατὰ κράτος ἑλὼν, τά τε σώματα λείαν ἐποιήσατο, καὶ τὰ χρήματα διήρπασε. τῶν δὲ προστιθεμένων ἐπιμέλειαν ἐποιεῖτο πολλὴν, ὅπως μηδ᾽ ἄκοντος

tur bello, ipſi ſpectatores deſiderent, qui opum & bonorum foris hoſtem ſuum habeant cuſtodem. Eo Marcius patrato, quum multum Volſcis momenti ad audendum & deſpiciendum hoſtes feciſſet, ſalvum reduxit agmen.

Mox omnes Volſcorum vires magna alacritate coiere. Quæ quum eſſent ingentes, partem relinquere ad oppidorum præſidia ſtatuerunt, reliquos ducere in Romanos. Optionem detulit Tullo Marcius provinciarum: Tullus vero Marcium ait cum nihilo ſe eſſe virtute inferiorem, tum fortuna omnibus in prœliis proſperiore uſum, ideo voluit foris eum exercitui præeſſe, oppidis manſurum ſe præſidio, atque exercitui neceſſaria adminiſtraturum. Hinc magis Marcius confirmatus, primum Circeios, coloniam Romanam, movit: quam in voluntariam deditionem concedentem nihil læſit. Inde perpopulatus eſt agrum Latinum. Pro Latinis ſociis, qui aſſidue Romanorum opem implorabant, expectabat eos ibi dimicaturos ſecum. Verum quia langueſcebat plebs, & pauci dies ſupererant magiſtratus conſulibus, quibus rem adducere in diſcrimen nolebant, ideoque Latinos domum remiſerant; ipſa oppida Marcius tandem aggreſſus eſt. Tolerinos, Vicanos, Pedanos, ad hæc Bolanos, quum mœnia defenderent, vi cepit, homines in prædam redegit, bona eorum diripuit. Qui ad ipſum deſciviſſent, horum magnam egit curam, atque, ut ne invito quidem ſe aliquid paterentur detri-

τοῦ αὐτοῦ βλάπτοιντο, πορρωτάτω στρατοπεδεύων, καὶ τῆς χώρας ἀπεχόμενος.

Ἐπεὶ δὲ καὶ Βόλλας πόλιν οὐ πλείους σταδίους ἑκατὸν ἀπέχουσαν τῆς Ῥώμης ἑλὼν, χρημάτων πολλῶν ἐκράτησε, καὶ πάντας ὀλίγου δεῖν τοὺς ἐν ἡλικίᾳ διέφθειρε. τῶν δὲ Οὐολούσκων οὐδ᾽ οἱ μένειν ἐν ταῖς πόλεσι ταχθέντες ἐκαρτέρουν, ἀλλ᾽ ἐφέροντο σὺν τοῖς ὅπλοις πρὸς τὸν Μάρκιον, ἕνα στρατηγὸν καὶ μόνον ἄρχοντα ἑαυτῶν γινώσκειν ἐκεῖνον εἶναι λέγοντες. ἦν ὄνομα κατὰ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν Ἰταλίαν μέγα, καὶ δόξα θαυμαστὴ τῆς ἀρετῆς, ἑνὸς σώματος μεταθέσει τοσοῦτον ἀπεργασαμένης τὸ παράλογον ἐν τοῖς πράγμασι. τὰ δὲ τῶν Ῥωμαίων οὐδένα κόσμον εἶχε, μάχεσθαι μὲν ἀπεγνωκότων, ἐν δὲ συστάσει καὶ λόγοις στασιαστικοῖς ὁσημέραι πρὸς ἀλλήλους ὄντων. ἄχρις οὗ Λαουίνιον ἀπηγγέλθη περιτειχιζόμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὅπου καὶ Θεῶν ἱερὰ Ῥωμαίοις πατρῴων ἀπέκειτο, καὶ τοῦ γένους ἦσαν αὐτοῖς ἀρχαὶ, διὰ τὸ πρώτην πόλιν ἐκείνην κτίσαι τὸν Αἰνείαν. ἐκ δὲ τούτου, θαυμαστὴ μὲν ἔσχε καὶ ἀθρόα μεταβολὴ γνώμης τὸν δῆμον, ἄτοπος δὲ κομιδῇ καὶ παράλογος τοὺς πατρικίους. ὁ μὲν γὰρ δῆμος ὥρμησε λύειν τὴν τοῦ Μαρκίου καταδίκην, καὶ καλεῖν αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν· ἡ δὲ βουλὴ συναχθεῖσα καὶ σκοποῦσα περὶ τοῦ βουλεύματος, ἀπέγνω καὶ διεκώλυσεν, εἴτε πάντως ἐνίστασθαι φιλονεικοῦσα πᾶσιν οἷς ὁ δῆμος ἐσπούδαζεν, εἴτ᾽ ἄλλως χάριτι τοῦ δήμου τὸν ἄνδρα μὴ βουλομένη κατελθεῖν· εἴτε κἀκεῖνον. αὐτὸν ἤδη πεποιημένη δι᾽ ὀργῆς, ὅτι πάντας ἐποίει κακῶς, οὐχ ὑπὸ πάντων ἀγνωμονηθεὶς, καὶ τῆς πατρίδος αὐτὸν ἔδειξεν ἐχθρὸν, ἐν ᾗ τὸ κυριώτατον καὶ κράτιστον μέρος ἐγίνωσκε συμπαθοῦν αὐτῷ καὶ συναδι-

trimenti, quam remotiſſime ab eorum finibus caſtra locavit, & ab agris eorum abſtinuit.

Poſtquam Bollas oppidum non plus duodecim ab urbe millibus & quingentis paſſibus cepit, ingentique præda capta omnes prope puberes interfecit; & Volſci, qui ad præſidium fuerant relicti urbium, retineri non potuere, ſed ad Marcium cum armis omnes concurrerent, unicumque & ſolum dicerent ſe illum ducem agnoſcere; ingens erat ejus per totam Italiam nomen, atque immenſa laus virtutis, quæ unius migratione corporis, rerum converſionem tam novam effeciſſet. Res erat Romana confuſa. Prœlio decernere abnuebant. Conjurationes quotidianæ & ſeditioſæ inter illos voces erant, donec Lavinium allatum eſt vallo ab hoſtibus clauſum; ubi Deorum penatium ſacra depoſuerant Romani, generiſque inde originem trahebant, quod condidiſſet primum illud oppidum Æneas. Inde magna plebem & ſubita mutatio inceſſit ſententiæ, perquam autem abſurda & importuna nobilitatem. Populus enim voluit Marcii damnationem antiquare, atque revocare eum in civitatem: ſenatus habitus, re in concilio deliberata, id improbavit & interdixit, ſive obſiſtere omnibus quæ cupiebat plebs contendit, ſive alias illum beneficio populi redire noluit in patriam, ſive etiam illum ipſum jam oderat, quod infeſtaret omnes non ab omnibus læſus, & hoſtem ſe declaraſſet patriæ, cujus ſciret præcipuam & optimam partem vicem ſuam do-

δικούμενον. ἐξενεχθείσης δὲ τῆς γνώμης εἰς τοὺς πολλοὺς, ὁ μὲν δῆμος ἄκυρος ἦν τοῦ ψήφῳ καὶ νόμῳ τι ποιεῖν ἄνευ προβουλεύματος.

Ὁ δὲ Μάρκιος ἀκούσας, ἔτι μᾶλλον ἐξετραχυώθη, καὶ τὴν πολιορκίαν ἀπολιπὼν, ἐπὶ τὴν πόλιν ἐπ' ὀργῆς ἐχώρει, καὶ περὶ τὰς λεγομένας Κλοιλείας τάφρους κατεστρατοπέδευσε, τεσσαράκοντα τῆς πόλεως σταδίους ἀφεστώς. ὀφθεὶς δὲ φοβερὸς, καὶ πολὺν θόρυβον παρασχὼν, ὅμως ἐν τῷ παρόντι τὴν στάσιν ἔπαυσεν· οὐδεὶς γὰρ ἔτι τοῖς πολλοῖς ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν, οὔτ' ἄρχων, οὔτε βουλευτὴς περὶ τοῦ τὸν Μάρκιον καταγαγεῖν· ἀλλ' ὁρῶντες ἐν τῇ πόλει διαδρομὰς γυναικῶν, καὶ πρὸς ἱεροῖς ἱκεσίας καὶ δάκρυα πρεσβυτῶν καὶ δεήσεις, πάντα δ' ἐνδεᾶ τόλμης καὶ σωτηρίων λογισμῶν, συνέγνωσαν ὀρθῶς τὸν δῆμον ἐπὶ τὰς διαλλαγὰς τοῦ Μαρκίου τραπέσθαι· τὴν δὲ βουλὴν τοῦ παντὸς ἁμαρτάνειν, ὅτε παύσασθαι καλῶς εἶχεν, ὀργῆς καὶ μνησικακίας ἀρχομένην. ἔδοξεν οὖν πᾶσι πρέσβεις ἀποστεῖλαι πρὸς τὸν Μάρκιον, ἐκείνῳ τε κάθοδον διδόντας εἰς τὴν πατρίδα, καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς λῦσαι δεομένους. οἱ δὲ πεμφθέντες ἀπὸ βουλῆς, ἦσαν μὲν ἐπιτήδειοι τῷ Μαρκίῳ, προσεδέχοντο δὲ πολλὴν περί γε τὰς πρώτας ἀπαντήσεις φιλοφροσύνην παρ' ἀνδρὸς οἰκείου καὶ συνήθους. ἐγίνετο δὲ τοιοῦτον οὐδὲν, ἀλλὰ διὰ τοῦ στρατοπέδου τῶν πολεμίων ἀχθέντες, ἐνετύγχανον αὐτῷ μετ' ὄχλου καθεζομένου καὶ βαρύτητος οὐκ ἀνεκτῆς. ἔχων δὲ τοὺς πρώτους τῶν Οὐολούσκων περὶ αὐτὸν, ἐκέλευε λέγειν ὧν δεόμενοι τυγχάνουσιν. εἰπόντων δὲ λόγους ἐπιεικεῖς καὶ φιλανθρώπους ἐν ἤθει τῷ πρέποντι, καὶ παυσαμένων, ἀπεκρίνατο τὰ μὲν πικρῶς ὑπὲρ

αὐτοῦ

dolere, unaque secum esse violatam. Recitato pro concione senatusconsulto, populus suffragium inire & jubere rem ullam, nisi patres autores facti essent, haud valebat.

Quo nuntiato vehementius multo Marcius exasperatus, omissa obsidione, signa furibundus ad urbem movit, & ad fossas Clœlias castra ad quintum ab urbe lapidem posuit. Quum esset terribilis adventus ejus, multumque concivisset perturbationis, seditionem tamen discussit in præsentia. Nemo enim jam multitudini repugnare, neque magistratus neque senator de reditu Marcii audebat, sed quum aspicerent discurrentes per urbem fœminas, in templis supplices, lacrymantesque senes & precantes, omnia autem destituta animis & sanis consiliis, recte populum animadverterunt ad conciliandum Marcium animum appulisse. Senatum vero longe lateque errare, qui quum deponere iram & simultatem debuisset, tunc susciperet eam. Decernuntur igitur omnium consensu ad Marcium legati, qui reditum illi decretum nuntiarent in patriam, pacemque ab eo peterent. Missi ab senatu necessarii Marcii, magnam expectabant ab eo ob conjunctionem & familiaritatem in primo congressu comitatem: sed incassum. Quippe per hostium castra ducti convenerunt sedentem in cœtu & cum fastu intolerabili. Ibi in principum Volscorum concilio jussit eos, quid petitum venissent, edere. Qui benigna & placida habita, modestaque ut tempus postulabat oratione, quum finem dicendi fecissent, responsum reddidit

qua

αὐτοῦ καὶ πρὸς ὀργὴν ὧν ἔπαθε, τὰ δ' ὑπὲρ τῶν Οὐολούσκων, ὡς στρατηγός, ἀποδοῦναι τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν ὅσην ἀπετέμοντο πολέμῳ, κελεύων, καὶ ψηφίσασθαι Οὐολούσκοις ἰσοπολιτείαν ὥσπερ Λατίνοις· ἄλλην γὰρ οὐκ εἶναι βέβαιον ἢ τὴν ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ δικαίοις ἀπαλλαγὴν τοῦ πολέμου. χρόνον δὲ βουλῆς ἔδωκεν αὐτοῖς ἡμέρας τριάκοντα· καὶ τῶν πρέσβεων ἀπελθόντων, εὐθὺς ἀνέζευξεν ἐκ τῆς χώρας.

Τοῦτο δὴ πρῶτον αἰτίαμα τῶν Οὐολούσκων οἱ πάλαι βαρυνόμενοι τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ φθονοῦντες, ἐλάμβανον· ὧν ἦν καὶ ὁ Τύλλος, ἰδίᾳ μὲν ὑπὸ Μαρκίου μηδὲν ἀδικούμενος, ἐν δ' ἀνθρωπίνῳ πάθει γεγονώς. ἤχθετο γὰρ ἠμαυρωμένος παντάπασι τῇ δόξῃ, καὶ παρορώμενος ὑπὸ τῶν Οὐολούσκων, πάντα μόνον ἡγουμένων αὐτοῖς εἶναι τὸν Μάρκιον, τοὺς δὲ ἄλλους ἀξιούντων, ὅσον ἐκεῖνος αὐτοῖς μεταδώσει δυνάμεως καὶ ἀρχῆς, ἀγαπᾶν ἔχοντας. ὅθεν αἱ πρῶται κατηγορίαι κρύφα διεσπείροντο, καὶ συνιστάμενοι πρὸς ἀλλήλους ἠγανάκτουν, καὶ προδοσίαν ἐκάλουν τὴν ἀνάζευξιν, οὐ τειχῶν οὐδ' ὅπλων, ἀλλὰ καιρῶν, οἷς καὶ τἆλλα πάντα ταῦτα σώζεσθαι καὶ πάλιν ἀπόλλυσθαι πέφυκεν, ἡμερῶν τριάκοντα τῷ πολέμῳ δεδομένων, οὐ μείζονας, οὐδ' ἐν ἐλάττονι χρόνῳ λαμβάνειν μεταβολάς. καίτοι τὸν χρόνον τοῦτον ὁ Μάρκιος οὐκ ἀργὸν διῆγεν, ἀλλὰ τοὺς συμμάχους τῶν πολεμίων ἔφθειρεν ἐπιὼν καὶ περιέκοπτε, καὶ πόλεις ἑπτὰ μεγάλας καὶ πολυανθρώπους ἔλαβεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι βοηθεῖν μὲν οὐκ ἐτόλμων, ἀλλ' ὄκνου πλήρεις ἦσαν αὐτῶν αἱ ψυχαί, καὶ τοῖς ἐκνε-

qua de injuria sibi illata atrox & iratum, qua de Volscis ut imperator, oppida præcipiens agrumque, quæ iis ademerant bello, redderent, ac lege lata Volscis civitatem ut Latinis darent; aliam, nisi æquis & justis conditionibus, non esse stabilem pacem. Spatium iis ad deliberandum triginta dies dedit. A digressu oratorum, confestim recessit ex agro Romano.

Hanc criminandi ansam nonnulli ex Volscis, quos jamdudum illius mordebat stimulabatque potentia, primam arripuere. Ex his erat Tullus, non quod ulla ipse privatim affectus injuria esset, sed quod vitio mortalium communi laboraret. Torquebatur enim quod gloria sua obsolesceret, & ipse despiceretur a Volscis, qui omnia in uno reponebant Marcio, cæteros autem volebant, quantum ipsis impertiretur ille autoritatis & imperii, in eo acquiescere. Hinc primæ querelæ prosseminatæ in occulto sunt, conspirantesque inter se, & factum ejus incusantes, proditionem vocabant illum receptum, non murorum aut armorum, sed temporum, quibus conservari hæc & reliqua, & contra amitti soleant: triginta dierum induciis bello datis; quum majores vel minori spatio intervenire vicissitudines possent. Quamvis hoc spatium Marcius haud segne transegit, sed socios hostium circumvagans solicitavit, populatus est, atque oppida septem magna frequentiaque cepit, quibus tamen ferre Romani suppetias non fuerunt ausi. Ita obtorpuerant animi eorum, & instar corporum plane obstupescen-

ἐκνεναρκηκόσι κομιδῇ καὶ παραλελυμένοις σώμασιν ὁμοίως διέκειντο πρὸς τὸν πόλεμον. ἐπεὶ δ' ὁ χρόνος διῆλθε, καὶ παρῆν αὖθις ὁ Μάρκιος μετὰ τῆς δυνάμεως ἁπάσης, ἐκπέμπουσι πρεσβείαν πάλιν τοῦ Μαρκίου δεηθησομένων ὑφεῖσθαι τῆς ὀργῆς, καὶ τοὺς Οὐολούσκους ἐκ τῆς χώρας ἀπαγαγόντα, πράττειν καὶ λέγειν ὅ, τι ἂν ἀμφοτέροις οἴηται βέλτιον εἶναι. φόβῳ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐνδώσειν Ῥωμαίους· ἐὰν δὲ τινος τῶν φιλανθρώπων οἴηται δεῖν τυχεῖν τοὺς Οὐολούσκους, ἅπαν αὐτοῖς γενέσθαι τὰ ὅπλα καταθεμένοις. πρὸς ταῦθ' ὁ Μάρκιος ἔφη, μηδὲν ὡς Οὐολούσκων ἀποκρίνασθαι στρατηγός· ὡς δὲ Ῥωμαίων ἔτι πολίτης, παραινεῖν καὶ παρακαλεῖν μετριώτερα φρονήσαντας, ἐπὶ τοῖς δικαίοις ἥκειν πρὸς αὐτὸν ἐν ἡμέραις τρισὶν, ἃ προκαλεῖται ψηφισαμένους· εἰ δ' ἕτερα δόξειε γινώσκειν, οὐκ οὖσαν αὐτοῖς ἄδειαν αὖθις μετὰ λόγων κενῶν βαδίζουσιν εἰς τὸ στρατόπεδον.

Ἐπανελθόντων δὲ τῶν πρέσβεων, ἀκούσασα ἡ βουλὴ, καθάπερ ἐν χειμῶνι πολλῷ καὶ κλύδωνι τῆς πόλεως, ἄρασα τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἀφῆκεν. ὅσοι γὰρ ἦσαν ἱερεῖς Θεῶν, ἢ μυστηρίων ὀργιασταὶ, ἢ φύλακες, ἢ τὴν ἀπ' οἰωνῶν πάτριον οὖσαν ἐκ παλαιῶν μαντικὴν ἔχοντες, τούτους πάντας ἀπιέναι πρὸς τὸν Μάρκιον ἐψηφίσαντο κεκοσμημένους ὡς ἐνῆν ἑκάστῳ νόμος ἐν ταῖς ἱερουργίαις· λέγειν δὲ ταῦτα καὶ παρακαλεῖν, ὅπως ἀπαλλάξας τὸν πόλεμον, οὕτω διαλέγηται περὶ τῶν Οὐολούσκων τοῖς πολίταις. ἐδέξατο μὲν οὖν εἰς τὸ στρατόπεδον τοὺς ἄνδρας, ἄλλο δ' οὐδὲν ἔδωκεν, οὐδ' ἔπραξεν, οὐδ' εἶπε μαλακώτερον, ἀλλ' ἐφ' οἷς πρότερον ἐκέλευε ποιεῖσθαι τὰς διαλύσεις, ἢ δέχεσθαι τὸν

τὸν

centium & reſolutorum erant ad bellum moti. Circumacto tempore, quum iterum adeſſet cum omnibus copiis Marcius, alteram legationem miſerunt deprecatum eum, deponeret offenſionem, & reductis ex agro Romano Volſcis, faceret proponeretque ea quæ e re utriuſque populi duceret eſſe. Metu enim nihil populum Romanum remiſſurum: ſiquid indulgendum arbitraretur Volſcis, poſitis armis, omnia aſſequuturos. Ad ea pronuntiavit Marcius, nihil ſe ut Volſcorum ducem reſponſurum, ſed ut civem Romanum adhuc, monere & conſulere ipſis, moderarentur animis ſuis, & intra triduum redirent, atque æqua poſtulata ſua comprobarent. Sin alia ſententia ſit, non ultra ipſis in caſtra cum inanibus verbis tutum fore venire.

Ubi ſenatus reverſis legatis relata audivit, ſicut in gravi tempeſtate & fluctibus civitatis ſacram ancoram jecit. Quotquot enim erant Deorum immortalium ſacerdotes, ſacrifici, æditui, augures, quod patrium iis erat & antiquum ſacerdotium, hi omnes cum inſignibus, quibus utebantur de more in ſacris, ut Marcium adirent decrevere, petitum & obſecratum, poneret bellum, ita de re Volſcorum cum civibus ageret. Hos caſtris quidem recepit, verum nihil conceſſit, nihil fecit vel reſpondit placatius, tantum ut prioribus conditionibus vel paciſcerentur fœdus, vel

bel-

τὸν πόλεμον. ἐπανελθόντων οὖν τῶν ἱερέων, ἔδοξεν ἀτρεμοῦντας ἐν τῇ πόλει τὰ τείχη φυλάττειν, καὶ προσβάλλοντας ἀποκρούεσθαι τοὺς πολεμίους, ἐν τῷ χρόνῳ μάλιστα, καὶ τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης παραλόγοις τιθεμένοις τὰς ἐλπίδας· ἐπεὶ δι' αὐτῶν γε σωτήριον οὐδὲν ἠπίσαντο πράττοντες, ἀλλὰ ταραχὴ, καὶ πτοία, καὶ φήμη πονηρὰ τὴν πόλιν κατεῖχεν. ἄχρις οὗ συνέβη τὶ πρᾶγμα τῶν πολλάκις ὑφ' Ὁμήρου λεγομένων, μὴ πάνυ δὲ πεῖθον τοὺς πολλοὺς, ὅμοιον. λέγοντος γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀναφωνοῦντος ἐπὶ ταῖς μεγάλαις πράξεσι καὶ παραλόγοις,

Τῷ δ' ἀρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε Θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,

καὶ τὸ,

Ἀλλά τις ἀθανάτων τρέψε φρένας, ὅς γ' ἐνὶ θυμῷ
Δήμου θῆκε φάτιν.

καὶ τὸ,

Ἤτοι ὀϊσάμενος, ἢ καὶ Θεὸς ὣς ἐκέλευε,

καταφρονοῦσιν ὡς ἀδυνάτοις πράγμασι καὶ μυθεύμασιν ἀπίστοις τὸν ἑκάστου λογισμὸν τῆς προαιρέσεως ἄπιστον καθιστάντος. οὐ ποιεῖ δὲ τοῦτο Ὅμηρος, ἀλλὰ τὰ μὲν εἰκότα καὶ συνήθη κατὰ λόγον περαινόμενα, τῷ ἐφ' ἡμῖν ἀποδίδωσι· καὶ λέγει δήπου πολλάκις,

Αὐτὰρ ἐγὼ βούλευσα κατὰ μεγαλήτορα θυμόν.

καὶ,

Ὡς φάτο. Πηλείωνι δ' ἄχος γένετ', ἐν δέ οἱ ἦτορ
Στήθεσι λασίοισι διάνδιχα μερμήριζεν.

καὶ

bellum susciperent. Sacerdotibus itaque regressis, urbe decreverunt se tenere & tueri mœnia, itaque impetum hostium repellere, spem in temporis tractu potissimum, & in dubiis eventibus reponentes fortunæ, quando nihil ipsis salutare in mentem veniebat, sed tumultus, pavor, voces turbulentæ occupabant civitatem; quousque accidit quiddam illis, quæ identidem ab Homero referuntur, (cui tamen non satis vulgus fidem adhibet) consimile. Quum enim ille magnis in rebus & minime usitatis dicat atque exclamat,

Illi suggessit rem oculos Dea cæsia Pallas.

Et,

Ast aliquis mentem populo Deus abstulit, ut qui
Pectoribus famam inseruit.———

Item,

Vel meditata facit, vel sic Deus omnia jussit.

Contemnunt eum, quasi rebus impossibilibus & fabulis absonis sui cujusque consilii arbitrio fidem abroget. Quod non facit Homerus, sed verisimilia & usitata ratione effecta nostris adscribit consiliis, aitque frequenter,

Ast ego consilium turgenti pectore cepi.

Et,

Sic ait, at tristi mœrore affectus Achilles
Ambiguas hirto versabat pectore curas.

Et

καὶ πάλιν,

——— ἀλλὰ τὸν οὔτι
Πεῖθ᾽ ἀγαθὰ φρονέοντα δαΐφρονα Βελλεροφόντην.

ἐν δὲ ταῖς ἀτόποις καὶ παραβόλοις πράξεσι καὶ φορᾶς τινος ἐνθουσιώδους καὶ παραστάσεως δεομέναις, οὐκ ἀναιροῦντα ποιεῖ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ κινοῦντα τὴν προαίρεσιν· οὐδ᾽ ὁρμὰς ἐνεργαζόμενον, ἀλλὰ φαντασίας ὁρμῶν ἀγωγούς· αἷς οὐδὲ ποιεῖ τὴν πρᾶξιν ἀκούσιον, ἀλλὰ τῷ ἑκουσίῳ δίδωσιν ἀρχὴν, καὶ τὸ θαῤῥεῖν καὶ τὸ ἐλπίζειν προστίθησιν. ἢ γὰρ ἀπαλλακτέον ὅλως τὰ θεῖα πάσης αἰτίας καὶ ἀρχῆς τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, ἢ τίς ἂν ἄλλος εἴη τρόπος ᾧ βοηθοῦσιν ἀνθρώποις καὶ συνεργοῦσιν; οὐ τὸ σῶμα δήπου πλάττοντες ἡμῶν, οὐδὲ τὰς χεῖρας ὡς δεῖ μετατιθέντες αὐτοὶ καὶ τοὺς πόδας, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς τὸ πρακτικὸν καὶ προαιρετικὸν ἀρχαῖς τισι καὶ φαντασίαις καὶ ἐπινοίαις ἐγείροντες, ἢ τοὐναντίον, ἀποστρέφοντες καὶ ἱστάντες.

Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τότε τῶν γυναικῶν ἄλλαι μὲν πρὸς ἄλλοις ἱεροῖς, αἱ δὲ πλεῖσται καὶ δοκιμώταται περὶ τὸν τοῦ Καπιτωλίου Διὸς βωμὸν ἱκέτευον. ἐν δὲ ταύταις ἦν ἡ Ποπλικόλα τοῦ μεγάλου καὶ πολλὰ Ῥωμαίους ἔν τε πολέμοις καὶ πολιτείαις ὠφελήσαντος ἀδελφὴ, Οὐαλερία. Ποπλικόλας μὲν οὖν ἐτεθνήκει πρότερον, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γεγραμμένοις ἱστορήκαμεν, ἡ δὲ Οὐαλερία δόξαν εἶχεν ἐν τῇ πόλει καὶ τιμὴν, δοκοῦσα τῷ βίῳ μὴ καταισχύνειν τὸ γένος. ὅπερ οὖν λέγω πάθος ἐξαπίνης παθοῦσα, καὶ κατ᾽ ἐπίνοιαν

οὐκ

Et alio loco,

———*ſed non induxerat illa*
Optima verſantem prudenter Bellerophontem.

In rebus vero monſtroſis & inuſitatis, ubi impetus quidam inflammatus atque inſtinctus requiritur, non tollentem inducit Deum, ſed moventem voluntatis arbitrium, neque impulſum infundentem, ſed imagines impulſuum ductrices. Quibus actionem non efficit invitis nobis, verum præbet liberæ voluntati exordium, & fiduciam vel ſpem addit. Aut enim adimenda ſemel Diis erit omnis cauſa & primordium noſtrarum actionum, aut quænam ſuperſit ratio alia qua juvent mortales, & eorum adſint conatibus? Neque enim corpus illi noſtrum componant, neque manus & pedes, ut res requirit, verſent: at agendi vim, quæ eſt in animis noſtris, & voluntatem principiis quibuſdam & viſionibus atque imaginationibus excitent, aut contra avertant, comprimantque.

Romæ interea mulieres partim per alia templa, pleræque & nobiliſſimæ ad Jovis Capitolini aram ſupplices ſe abjecere. Inter quas Poplicolæ ſoror, magni illius viri qui rem Romanam multum belli domique promoverat, Valeria erat. Cæterum Poplicola (ut in illius hiſtoria commemoravimus) jam erat defunctus: Valeriæ, quod genus non deformare vita putaretur, celebre erat nomen, & in honore habebatur. Hæc repente ita, ut dixi, mota, atque ex divino inſtinctu

quum

οὐκ ἀθείαστον ἁψαμένη τοῦ συμφέροντος, αὐτή τε ἀνέστη, καὶ τὰς ἄλλας ἀναστήσασα πάσας, ἧκεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τῆς τοῦ Μαρκίου μητρὸς Οὐολουμνίας. ὡς δ' εἰσῆλθε καὶ κατέλαβε μετὰ τῆς νυοῦ καθεζομένην, καὶ τὰ παιδία τοῦ Μαρκίου πρὸς τοῖς κόλποις ἔχουσαν, ἐν κύκλῳ περιστήσασα τὰς γυναῖκας αὐτῆς, Αὐταί γε ἡμεῖς, εἶπεν, ὦ Οὐολουμνία καὶ σὺ Οὐεργιλία, γυναῖκες ἥκομεν πρὸς γυναῖκας, οὔτε βουλῆς ψηφισαμένης, οὔτ' ἄρχοντος κελεύσαντος. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὡς ἔοικεν, οἰκτείρας τὴν ἱκετείαν, ὁρμὴν παρέστησε δεῦρο τραπέσθαι πρὸς ὑμᾶς καὶ δεηθῆναι, σωτηρίαν μὲν αὐταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ὑμῖν δὲ πεισθείσαις ἐπιφανεστέραν φέροντα δόξαν ἧς αἱ Σαβίνων θυγατέρες ἔσχον, εἰς φιλίαν καὶ εἰρήνην ἐκ πολέμων συναγαγοῦσαι πατέρας καὶ ἄνδρας. δεῦτε πρὸς Μάρκιον ἰοῦσαι μεθ' ἡμῶν, συνάψασθε τῆς ἱκετηρίας, καὶ μαρτυρήσατε τῇ πατρίδι μαρτυρίαν ἀληθῆ καὶ δικαίαν, ὅτι πολλὰ πάσχουσα κακῶς, οὐδὲν οὔτ' ἔπραξε δεινὸν, οὔτ' ἐβούλευσε περὶ ὑμῶν δι' ὀργὴν, ἀλλ' ἀποδίδωσιν ὑμᾶς ἐκείνῳ, κἂν μηδενὸς τυγχάνειν μέλλῃ τῶν ἐπιεικῶν. ταῦτα τῆς Οὐαλερίας εἰπούσης, ἀνεβόησαν αἱ λοιπαὶ γυναῖκες, ἠμείψατο δὲ ἡ Οὐολουμνία, Καὶ τῶν κοινῶν ἡμῖν συμφορῶν, ὦ γυναῖκες, ἴσον μέτεστι, καὶ ἰδίᾳ πράττομεν κακῶς, ἀπολέσασαι τὴν Μαρκίου δόξαν καὶ ἀρετὴν, τὸ σῶμα δ' αὐτοῦ τοῖς τῶν πολεμίων ὅπλοις φρουρούμενον μᾶλλον ἢ σωζόμενον ἐφορῶσαι. μέγιστον δ' ἡμῖν τῶν ἀτυχημάτων ἐστὶν, εἰ τὰ τῆς πατρίδος οὕτως ἐξησθένηκεν, ὥστ' ἐν ἡμῖν ἔχειν τὰς ἐλπίδας. οὐκ οἶδα γὰρ εἴ τινα ποιήσεται λόγον ἡμῶν ἐκεῖνος, εἴ γε μηδένα ποιεῖται τῆς πατρίδος,

ἣν

quum id quod expediret attigisset, surrexit ipsa, cæterasque omnes excitavit, & perrexit domum ad matrem Marcii Volumniam. Quam ingressa quum sedentem apud nurum invenisset, & parvos Marcii liberos in sinu tenentem, circumfusa ei reliquarum corona mulierum, Nos, inquit, quas conspicitis, Volumnia & tu Vergilia, fœminæ ad fœminas accessimus sine ullo senatusconsulto vel magistratuum edicto; sed Deus (ut arbitror) nostrorum misertus suppliciorum incendit nos, ut vos adiremus, oraremusque rem nobis ipsis quidem aliisque civibus salutarem, vobis vero, si nos audietis, gloriosiorem quam Sabinorum retulerunt filiæ ex bello, quæ amicitiam & pacem inter parentes virosque conciliavere. Agite dum, pergite una nobiscum supplices, ac date patriæ verum hoc atque justum testimonium, quanquam cladibus afflicta multis fuerit, nihil læsisse eam vos tamen, neque irate de vobis consuluisse, immo vos reddere illi, etiamsi nihil impetratura sit æqui. Sic fatam Valeriam assensu sunt cæteræ subsequutæ: quibus respondit Volumnia, Et communium periculorum mulieres vobiscum in partem venimus, & privatim male nobiscum agitur, quæ Marcii perdidimus gloriam virtutemque. Corpus quidem ejus contemplamur hostium armis custodiri potius quam conservari. Extrema vero hæc nobis miseria, si ita desperata respub. est, in nobis ut repositam spem habeat suam. Haud scio enim an nullam rationem ille sit nostri habiturus, si quidem nullam habeat patriæ,

quam

ὧν ϗ μητρὸς ϗ γυναικὸς ϗ παίδων προετίμησεν. οὐ μὴν ἀλλὰ χρῆσθε ἡμῖν λαβοῦσαι, ϗ κομίζετε πρὸς ἐκεῖνον, εἰ μηδὲν ἄλλο, ταῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἱκεσίαις ἐναποπνεῦσαι δυναμένας.

Ἐκ τούτου, τά τε παιδία ϗ τὴν Οὐεργιλίαν ἀναστήσασα μετὰ τῶν ἄλλων γυναικῶν, ἐβάδιζεν εἰς τὸ στρατόπεδον τῶν Οὐολούσκων. ἡ δ' ὄψις αὐτῶν τότε οἰκτρὰν ϗ τοῖς πολεμίοις ἐνεποίησεν αἰδῶ ϗ σιωπήν. ἔτυχε δ' ὁ Μάρκιος ἐπὶ βήματος καθεζόμενος μετὰ τῶν ἡγεμονικῶν. ὡς οὖν εἶδε προσιούσας τὰς γυναῖκας, ἐθαύμασεν· ἐπιγνοὺς δὲ τὴν γυναῖκα πρώτην βαδίζουσαν, ἐβούλετο μὲν ἐμμένειν τοῖς ἀτρέπτοις ἐκείνοις ϗ ἀπαραιτήτοις λογισμοῖς· γενόμενος δὲ τοῦ πάθους ἐλάττων, ϗ συνταραχθεὶς πρὸς τὴν ὄψιν, οὐκ ἔτλη καθεζομένῳ προσελθεῖν, ἀλλὰ καταβὰς θᾶττον ἢ βάδην, ϗ ἀπαντήσας, πρώτην μὲν ἠσπάσατο τὴν μητέρα ϗ πλεῖστον χρόνον, ἔτι δὲ τὴν γυναῖκα ϗ τὰ τέκνα, μήτε δακρύων ἔτι, μήτε τοῦ φιλοφρονεῖσθαι φειδόμενος, ἀλλ' ὥσπερ ὑπὸ ῥύματος φέρεσθαι τοῦ πάθους ἑαυτὸν ἐνδεδωκώς.

Ἐπεὶ δὲ τούτων ἄδην εἶχε, ϗ τὴν μητέρα βουλομένην ἤδη λόγων ἄρχειν ᾔσθετο, τοὺς τῶν Οὐολούσκων προβούλους παραστησάμενος, ἤκουσε τῆς Οὐολουμνίας τοιαῦτα λεγούσης, Ὁρᾷς μὲν ὦ παῖ, κἂν αὐταὶ μὴ λέγωμεν, ἐσθῆτι ϗ μορφῇ τῶν ἀθλίων σωμάτων τεκμαιρόμενος, οἵαν οἰκουρίαν ἡμῖν ἡ σὴ φυγὴ περιεποίησε. λόγισαι δὲ νῦν ὡς ἀτυχέσταται πασῶν ἀφίγμεθα γυναικῶν, αἷς τὸ ἥδιστον θέαμα, φοβερώτατον ἡ τύχη πεποίηκεν, ἐμοὶ μὲν υἱὸν, ταύτῃ δ' ἄνδρα τοῖς τῆς πατρίδος τείχεσιν ἰδεῖν ἀντικαθήμενον. ὃ

δ'

quam & matri & conjugi & liberis prætulit. Veruntamen utamini nobis, & adducite ad illum; si nihil aliud, in suppliciis pro patria emori poterimus.

Inde pueros & Vergiliam secum trahens profecta est cum cæteris matronis ad castra Volscorum. Excitavit hæc earum miseranda species etiam apud hostem verecundiam & silentium. Sedebat cum primoribus Marcius pro tribunali. Ut adesse mulieres vidit, cœpit mirari. Inde agnita uxore, quæ prima in agmine erat, conabatur obstinationem & atrocitatem suam retinere. Cæterum ad illius conspectum victus animo & consternatus, haud sustinuit ut adirent sedentem, sed propere descendit occurritque, ac primum matrem perdiu osculatus, inde uxorem ac liberos, nullum modum jam lacrymandi & complectendi eos fecit, sed sicut undis animi perturbationi permisit se auferendum.

Ut his satiatus matrem velle sensit verba facere, adhibitis Volscorum proceribus audivit Volumniam hunc in modum disserentem, Qualem conditionem domi tuum nobis, fili, exilium peperit, ut nos taceamus, ex veste & miserorum corporum facie conjiciens vides. Nunc tecum reputa omnium nos calamitosissimas fœminarum adesse, quibus quod spectaculum esset jucundissimum, fortuna horrendissimum reddidit; mihi ut filium, huic ut virum patriam obsidentem cernat. Quæ

M 2 vero

δ' ἐστὶ τοῖς ἄλλοις ἀτυχίας πάσης καὶ κακοπραγίας παραμύθιον, εὔχεσθαι θεοῖς, ἡμῖν ἀπορώτατον γέγονεν. οὐ γὰρ οἷόν τε καὶ τῇ πατρίδι νίκην ἅμα καὶ σοὶ σωτηρίαν αἰτεῖσθαι παρὰ τῶν θεῶν, ἀλλ' ἅ τις ἂν ἡμῖν καταράσαιτο τῶν ἐχθρῶν, ταῦτα ταῖς ἡμετέραις ἔνεστιν εὐχαῖς. ἀνάγκη γὰρ, ἢ τῆς πατρίδος ἢ σοῦ στέρεσθαι γυναικὶ σῇ καὶ τέκνοις. ἐγὼ δ' οὐ περιμενῶ ταύτην μοι διαιτῆσαι τὴν τύχην ζώσῃ τὸν πόλεμον· ἀλλ' εἰ μή σε πείσαιμι φιλίαν καὶ ὁμόνοιαν διαφορᾶς καὶ κακῶν θέμενον, ἀμφοτέρων γενέσθαι εὐεργέτην μᾶλλον, ἢ λυμεῶνα τῶν ἑτέρων, οὕτω διανοοῦ καὶ παρασκεύαζε σεαυτὸν, ὡς τῇ πατρίδι μὴ προσμίξαι δυνάμενος, πρὶν ἢ νεκρὰν ὑπερβῆναι τὴν τεκοῦσαν. οὐ γὰρ ἐκείνην με δεῖ τὴν ἡμέραν ἀναμένειν, ἐν ᾗ τὸν υἱὸν ἐπόψομαι θριαμβευόμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἢ θριαμβεύοντα κατὰ τῆς πατρίδος. εἰ μὲν οὖν ἀξιῶ σε τὴν πατρίδα σῶσαι Οὐολούσκους ἀπολέσαντα, χαλεπή σοι καὶ δυσδιαίτητος, ὦ παῖ, πρόκειται σκέψις. οὔτε γὰρ διαφθείρειν τοὺς πολίτας καλὸν, οὔτε τοὺς πεπιστευκότας προδοῦναι δίκαιον. νῦν δ' ἀπαλλαγὴν κακῶν αἰτούμεθα, σωτήριον μὲν ἀμφοτέροις ὁμοίως, ἔνδοξον δὲ καὶ καλὴν μᾶλλον Οὐολούσκοις, ὅτι τῷ κρατεῖν δόξουσι διδόναι τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, οὐχ ἧττον λαμβάνοντες εἰρήνην καὶ φιλίαν. ὧν μάλιστα μὲν αἴτιος ἔσῃ γινομένων, μὴ γινομένων δὲ, μόνος αἰτίαν ἕξεις παρ' ἀμφοτέροις. ἄδηλος δ' ὢν ὁ πόλεμος τοῦτ' ἔχει πρόδηλον, ὅτι σοὶ νικῶντι μὲν, ἀλάστορι τῆς πατρίδος εἶναι περίεστιν· ἡττωμένῳ δὲ, δόξεις ὑπ' ὀργῆς εὐεργέταις ἀνδράσι καὶ φίλοις τῶν μεγίστων συμφορῶν αἴτιος γεγονέναι.

Ταῦτα

vero cæteris rerum eſt allevatio aſperarum & adverſarum, vota ut Diis faciant, id nobis eſt implicatiſſimum. Neque enim licet nobis & patriæ victoriam, & tibi a Diis poſcere ſalutem, ſed quæ nobis inimici imprecentur, hæc noſtræ habent preces. Aut enim patria neceſſe eſt, aut te orbentur conjunx tua & liberi. Ego vero non expectabo ut fortuna me viva hoc decernat bellum, verum, niſi induxero te ut reconciliata gratia, compoſitiſque controverſiis & offenſionibus, utriuſque partis benefactor ſis potius quam peſtis alterius, ſic habeto, & ad id te compara, te patriam, priuſquam exanimem tranſcenderis genitricem tuam, non oppugnaturum. Neque enim illa mihi operienda eſt dies, qua vel triumphari de filio a civibus, vel filium aſpiciam de patria triumphantem. Quod ſi abs te poſtulem ut conſerves, proditis Volſcis, patriam tuam, difficilis, fili, & perplexa tibi deliberatio propoſita ſit. Neque enim perdere honeſtum eſt cives, neque fidem ſequutos tuam prodere juſtum. Nunc malorum finem petimus, quod utriſque quidem pariter ſalubre, Volſcis autem honorificum magis & pulchrum eſt, qui ob id quod ſuperiores ſint, maxima dicentur nobis tribuiſſe beneficia, quum non ſecus ipſi accipiant pacem & amicitiam. Quæ ſi ſequutæ erunt, tu imprimis fueris autor ; ſin minus, in ſolum te culpa utrinque conferetur. Bellum autem quum ſit incertum, hoc habet certi tamen, quod victori id ſupererit tibi, immaniſſima peſtis ut patriæ ſis : victus vero, cenſeberis per iram benemeritis & amicis fuiſſe maximarum effector ærumnarum.

Ita

Ταῦτα τῆς Οὐολουμνίας λεγούσης ὁ Μάρκιος ἠκροᾶτο μηδὲν ἀποκρινόμενος. ἐπεὶ δὲ καὶ παυσαμένης, εἱστήκει σιωπῶν πολὺν χρόνον, αὖθις ἡ Οὐολουμνία, Τί σιγᾷς, εἶπεν, ὦ παῖ; πότερον ὀργῇ καὶ μνησικακίᾳ πάντα συγχωρεῖν καλόν; οὐ καλὸν δὲ μητρὶ χαρίσασθαι δεομένῃ περὶ τηλικούτων; ἢ τὸ μεμνῆσθαι πεπονθότα κακῶς ἀνδρὶ μεγάλῳ προσήκει, τὸ δ' εὐεργεσίας αἷς εὐεργετοῦνται παῖδες ὑπὸ τῶν τεκόντων σέβεσθαι καὶ τιμᾶν, οὐκ ἀνδρός ἔργον ἐστὶ μεγάλου καὶ ἀγαθοῦ; καὶ μὴν οὐδενὶ μᾶλλον ἔπρεπε τηρεῖν χάριν ὡς σοί, πικρῶς οὕτως ἀχαριστίαν ἐπεξιόντι. καίτοι παρὰ τῆς πατρίδος ἤδη μεγάλας δίκας ἀπείληφας, τῇ μητρὶ δ' οὐδεμίαν χάριν ἀποδέδωκας. ἦν μὲν οὖν ὁσιώτατον ἄνευ τινὸς ἀνάγκης τυχεῖν με παρὰ σοῦ δεομένην οὕτω καλῶν καὶ δικαίων· μὴ πείθουσα δὲ τί φείδομαι τῆς ἐσχάτης ἐλπίδος; καὶ ταῦτ' εἰποῦσα προσπίπτει τοῖς ποσὶν αὐτοῦ μετὰ τῆς γυναικὸς ἅμα καὶ τῶν τέκνων. ὁ δὲ Μάρκιος ἀναβοήσας, Οἷα εἴργασαί με ὦ μῆτερ, ἐξανίστησιν αὐτὴν, καὶ τὴν δεξιὰν πιέσας σφόδρα, νενίκηκας, εἶπεν, εὐτυχῆ μὲν τῇ πατρίδι νίκην, ἐμοὶ δ' ὀλέθριον. ἄπειμι γὰρ ὑπὸ σοῦ μόνος ἡττώμενος. τοῦτο δ' εἰπὼν, καὶ βραχέα τῇ μητρὶ καὶ τῇ γυναικὶ διαλεχθεὶς ἰδίᾳ, τὰς μὲν ἀπέπεμψεν εἰς Ῥώμην πάλιν αὐτὰς δεομένας, τῆς δὲ νυκτὸς παρελθούσης ἀπήγαγεν Οὐολούσκους, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐδ' ὁμοίως διακειμένους ἅπαντας. οἱ μὲν γὰρ ἐμέμφοντο καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν πρᾶξιν, οἱ δὲ οὐδέτερα, πρὸς διάλυσιν καὶ εἰρήνην οἰκείως ἔχοντες. ἔνιοι δὲ δυσχεραίνοντες τὰ πραττόμενα, τὸν Μάρκιον ὅμως οὐ πονηρὸν ἐνόμιζον, ἀλλὰ συγγνωστὸν, ἐπικλασθέντα τηλικαύταις ἀνάγ-

Ita dicentem quum audiret Marcius, neque ullum responsum redderet, sed diu tacitus substitit, iterum Volumnia, Quid siles, inquit, fili? Iræne & offensioni omnia dare præclarum est, turpe autem matri supplicanti de tantis rebus indulgere? An vero meminisse injuriarum magno est viro decorum, merita erga filios parentum venerandis & colendis iis pensare a præstanti & bono viro est alienum? Atqui nemini ita congruat referre gratiam, ut tibi, qui tam acriter persequeris ingratitudinem. Et quidem a patria magnas jam pœnas recepisti, matri vero gratiam retulisti nullam. At erat in primis pium citra necessitatem abs te oranti mihi tam honestam & justam petitionem concedi: si non obtineam, quid extremam spem extraho? Sic fata, procubuit una cum conjuge & liberis ad genua ejus. Hic Marcius quum exclamasset, Quo me adegisti mater? sustulit eam, dextraque arcte pressa, Victoria, inquit, læta patriæ, mihi funesta es potita: abibo enim abs una te victus. His dictis, paulisper cum matre & uxore seorsum colloquutus, petentes eas remisit retro Romam. Nocte elapsa, Volscos reduxit non perinde neque pariter eos omnes animatos. Alii enim & illum & factum ejus improbabant, neutrum alii, ad reconciliationem & pacem propensiores: nonnulli, etsi quæ agerentur culparent, non male sentiebant tamen de Marcio, sed veniam dandam quod tantis succubuit necessitatibus,

ἀνάγκαις. ἀντεῖπε δ' οὐδείς, ἀλλὰ πάντες εἵποντο μὲν ἀρετὴν μᾶλλον αὐτοῦ θαυμάζοντες ἢ τὴν ἐξουσίαν.

Ὁ δὲ Ῥωμαίων δῆμος ἐν ὅσῳ φόβῳ καὶ κινδύνῳ καθειστήκει τοῦ πολέμου παρόντος, αἴσθησιν παρέσχε μᾶλλον λυθέντος. ἅμα γὰρ ἀφεώρων τοὺς Οὐολούσκους ἀναζευγνύοντας οἱ περὶ τὰ τείχη, καὶ πᾶν εὐθὺς ἱερὸν ἀνεῴγει στεφανηφορούντων, ὥσπερ ἐπὶ νίκῃ, καὶ θυόντων. μάλιστα δὲ τῇ περὶ τὰς γυναῖκας ἀγαπήσει καὶ τιμῇ τῆς τε βουλῆς τοῦ τε πλήθους ἅπαντος, ἔνδηλος ἦν ἡ χαρὰ τῆς πόλεως, καὶ λεγόντων καὶ νομιζόντων γεγονέναι τῆς σωτηρίας περιφανῶς ἐκείνας αἰτίας. ψηφισαμένης δὲ τῆς βουλῆς, ὅ, τι ἂν αὐταῖς ἀξιώσωσι γενέσθαι πρὸς δόξαν ἢ χάριν, τοῦτο ποιῆσαι καὶ παρασχεῖν τοὺς ἄρχοντας· οὐδὲν ἠξίωσαν ἄλλο ἢ τύχης γυναικείας ἱερὸν ἱδρύσασθαι, τὸ μὲν ἀνάλωμα συμβαλλόμεναι παρ' αὐτῶν, ἱερουργίας δὲ καὶ τιμάς, ὅσαι Θεοῖς πρέπουσι, δημοσίᾳ τῆς πόλεως ἀναλαβούσης. ἐπεὶ δ' ἡ βουλὴ τὴν μὲν φιλοτιμίαν ἐπῄνεσε, δημοσίαις δὲ δαπάναις ἐποιήσατο τὸν νεὼν καὶ τὸ ἕδος, οὐδὲν ἧττον αὐταὶ χρήματα συνεισενέγκασαι δεύτερον ἄγαλμα κατεσκεύασαν, ὃ δὴ καί φασι Ῥωμαῖοι καθισάμενον ἐν τῷ ἱερῷ φθέγξασθαί τι τοιοῦτον, ΘΕΟΦΙΛΕΙ ΜΕ ΘΕΣΜΩ ΓΥΝΑΙΚΕΣ ΔΕΔΩΚΑΤΕ.

Ταύτην καὶ δὶς γενέσθαι τὴν φωνὴν μυθολογοῦσιν, ἀγενήτοις ὅμοια καὶ χαλεπὰ πεισθῆναι πείθοντες ἡμᾶς. ἰδίοντα μὲν γὰρ ἀγάλματα φανῆναι καὶ δακρυρροοῦντα, καί τινας μεθιέντα νοτίδας αἱματώδεις, οὐκ ἀδύνατόν ἐστι. καὶ γὰρ ξύλα καὶ λίθοι πολλάκις μὲν εὐρῶτα συνάγουσι γόνιμον ὑγρότητος, πολλὰς

neceſſitatibus. Nemo autem obſtrepuit ei, ſed omnes virtutis ejus magis quam imperii reverentes ſequuti eum ſunt.

Populus vero Romanus quanta trepidatione perfuſus urgente bello fuerit, majorem dedit eo defunctus ſignificationem. Simul enim quoque ſtationes quæ in muris erant, Volſcos conſpexerunt ſe recipientes, mox patefactis omnibus templis, quaſi nuntiata eſſet victoria, coronati victimas cecidere. Præcipue vero gratia & honoribus quos patres populuſque univerſus mulieribus habuerunt, emicuit lætitia civitatis, quum ferrent & haberent illas palam ſalutis fuiſſe autores. Senatus quum decreviſſet, quicquid poſtulaſſent, quod ad ipſarum laudem & præmium pertineret, id conſules facerent & præſtarent; nihil poſtulaverunt aliud quam ut templum fortunæ muliebri ædificaretur, impenſas pollicitæ ſe collaturas: victimæ & reliqua, quæ ad honorem Deorum pertinerent, ut publice præberentur. Quam munificentiam quum collaudaſſent patres, & de publico tamen templum & ſimulacrum poſuiſſent, non eo minus pecunia fœminæ collata alterum ſignum fecere: quod Romani memorant in æde locatum vocem miſiſſe hujuſcemodi, PIA ME RELIGIONE FOEMINÆ DEDICASTIS.

Bis hanc vocem fabulantur auditam, monſtris ſimilia, & abhorrentia a fide perſuadentes nobis. Nam ſudorem ſigna videri emanare lacrymaſque, & ſanguineas quaſdam ſtillas, non ſit impoſſibile. Ligna enim & lapides ſubinde ſitum

λὰς δὲ χροιὰς ἀνιᾶσιν ἐξ ἑαυτῶν, καὶ δέχονται βαφὰς ἐκ τοῦ περιέχοντος· οἷς ἔνια σημαίνειν τὸ δαιμόνιον, οὐδὲν ἂν δόξειε κωλύειν. δυνατὸν δὲ καὶ μυγμῷ καὶ στεναγμῷ ψόφον ὅμοιον ἐκβάλλειν ἀγάλματα, κατὰ ῥῆξιν ἢ διάστασιν μορίων βιαιοτέραν ἐν βάθει γενομένην· ἔναρθρον δὲ φωνὴν καὶ διάλεκτον οὕτω σαφῆ καὶ περιττὴν καὶ ἀρτίστομον ἐν ἀψύχῳ γενέσθαι, παντάπασιν ἀμήχανον· εἰ μηδὲ τὴν ψυχὴν καὶ τὸν Θεὸν ἄνευ σώματος ὀργανικοῦ καὶ διηρμοσμένου μέρεσι λογικοῖς γέγονεν ἠχεῖν καὶ διαλέγεσθαι. ὅπου δ' ἡμᾶς ἡ ἱστορία πολλοῖς ἀποβιάζεται καὶ πιθανοῖς μάρτυσιν, ἀνόμοιον αἰσθήσει πάθος ἐγγινόμενον τῷ φανταστικῷ τῆς ψυχῆς, συναναπείθει τὸ δόξαν· ὥσπερ ἐν ὕπνοις, ἀκούειν οὐκ ἀκούοντες, καὶ βλέπειν οὐ βλέποντες δοκοῦμεν. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῖς ὑπ' εὐνοίας καὶ φιλίας πρὸς τὸν Θεὸν ἄγαν ἐμπαθῶς ἔχουσι, καὶ μηδὲν ἀθετεῖν, μηδ' ἀναίνεσθαι τῶν τοιούτων δυναμένοις, μέγα πρὸς πίστιν ἐστὶ τὸ θαυμάσιον καὶ μὴ καθ' ἡμᾶς τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. οὐδὲν γὰρ οὐδαμῶς ἀνθρωπίνῳ προσέοικεν, οὔτε φύσιν, οὔτε τέχνην, οὔτε ἰσχὺν, οὐδ' εἴ τι ποιεῖ τῶν ἡμῖν ἀποιήτων, καὶ μηχανᾶται τῶν ἀμηχάνων, παράλογόν ἐστιν. ἀλλὰ μᾶλλον ἐν πᾶσι διαφέρων, πολὺ μάλιστα τοῖς ἔργοις ἀνόμοιός ἐστι καὶ παρηλλαγμένος. ἀλλὰ τῶν μὲν θείων τὰ πολλὰ, καθ' Ἡράκλειτον, ἀπιστίη διαφυγγάνει μὴ γινώσκεσθαι.

Τὸν δὲ Μάρκιον, ὡς ἐπανῆλθεν εἰς τὸ Ἄντιον ἀπὸ τῆς στρατιᾶς, μισῶν πάνυ καὶ βαρυνόμενος διὰ φόβον ὁ Τύλλος ἐπεβούλευεν ἀνελεῖν εὐθὺς, ὡς εἰ

situm contrahunt, unde gignitur mador. Varios etiam edunt sua sponte colores & accipiunt tincturas ex aere, quibus divinitus aliquid nihil sane prohibeat portendi. Jam fieri queat ut stridori muris & gemitui signa similem vocem reddant ex ruptura vel distractione partium interiorum violentiore. Perfecta vero vox & sermo tam clarus, absolutus & dilucidus ex inanimato nulla ratione fieri potest ut exeat; quum ne animus quidem nec Deus citra corpus organicum & instructum congruentibus ad sermonem instrumentis queat vocem edere & disserere. At ubi historia multis nos & locupletibus urgeat testibus, similem sensui ibi statuendum est motum subeuntem imaginativam facultatem, quæ est in animo, inducere opinationem, quomodo in somno audire ea videmur quæ non audiamus, quæ non videamus ea videre. Veruntamen qui perquam flagranti ardore & amore persequuntur Deum, atque ideo nihil aspernari neque respuere tale valent, his divinæ potentiæ humanam sortem excedens multum fidei facit majestas. Nulla enim in re usquam conditionem humanam repræsentat, nec natura, nec motu, nec arte, nec viribus, neque si quid faciat quod efficere nos nequimus, & molitur, quod non valemus moliri, id absurdum sit. Immo vero qui in omnibus est absimilis nobis, multo maxime absimilis in operibus & diversus est. Verum res divinæ magna ex parte (ut Heraclitus ait) prætereunt ex diffidentia nostram cognitionem.

Porro Marcium, postquam Antium ab expeditione est reversus, perosus pariter & ob metum infestus Tullus tentavit mox per insidias

εἰ νῦν διαφύγοι, λαβὴν ἑτέραν οὐ παρέξοντα. πολλοὺς δὲ συστήσας καὶ παρασκευάσας ἐπ' αὐτόν, ἐκέλευσεν εὐθύνας ὑποσχεῖν τοῖς Οὐολούσκοις ἀποδόντα τὴν ἀρχήν. ὁ δὲ φοβούμενος ἰδιώτης γενέσθαι, τοῦ Τύλλου στρατηγοῦντος καὶ δυναμένου μέγιστον ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις, ἔλεγε τὴν ἀρχὴν ἀποδώσειν Οὐολούσκοις ἐὰν κελεύωσι· καὶ γὰρ λαβεῖν πάντων κελευόντων. εὐθύνας δὲ διδόναι καὶ λόγον, οὐδὲ νῦν παραιτεῖσθαι τοῖς βουλομένοις Ἀντιατῶν. γενομένης οὖν ἐκκλησίας, οἱ παρεσκευασμένοι τῶν δημαγωγῶν ἀνιστάμενοι παρώξυνον τὸ πλῆθος. ἐπεὶ δ' ἀναστάντι τῷ Μαρκίῳ τὸ μὲν ἄγαν θορυβοῦν ὑπ' αἰδοῦς ἐνεδίδου καὶ παρεῖχεν ἀδεῶς λέγειν, οἱ δὲ βέλτιστοι καὶ μάλιστα χαίροντες εἰρήνῃ τῶν Ἀντιατῶν ἐγένοντο φανεροὶ μετ' εὐνοίας ἀκουσόμενοι καὶ δικαίως κρινοῦντες, ἔδεισεν ὁ Τύλλος τὴν ἀπολογίαν τοῦ ἀνδρός. ἦν γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα δεινὸς εἰπεῖν· καὶ τὰ πρόσθεν ἔργα μείζονα τὴν χάριν εἶχε τῆς ὕστερον αἰτίας. μᾶλλον δ' ὅλως τὸ ἔγκλημα τοῦ μεγέθους τῆς χάριτος ἦν μαρτύριον. οὐ γὰρ ἂν ἔδοξαν ἀδικεῖσθαι, τὴν Ῥώμην ὑποχείριον μὴ λαβόντες, εἰ μὴ τοῦ λαβεῖν ἐγγὺς ἐγένοντο διὰ Μάρκιον. οὐκέτ' οὖν ἔδοξε διαμέλλειν, οὐδὲ πειρᾶσθαι τῶν πολλῶν, ἀλλ' ἐκκεκραγότες οἱ θρασύτατοι τῶν συνεστώτων, ὡς οὐκ ἔστιν ἀκουστέον, οὐδὲ περιοπτέον Οὐολούσκοις τὸν προδότην τυραννοῦντα, καὶ μὴ κατατιθέμενον τὴν ἀρχήν, προσπεσόντες ἀθρόοι διέφθειραν αὐτόν, καὶ προσήμυνεν οὐδεὶς τῶν παρόντων. ὅτι δὲ τοῖς πλείστοις οὐκ ἐπράχθη κατὰ γνώμην, ἐδήλωσαν αὐτίκα, συνδραμόντες ἐκ τῶν πόλεων ἐπὶ τὸ σῶμα καὶ θάψαντες ἐντί-


μως,

tias sustollere: adversus quem parem occasionem, hæc si effugisset, non esset habiturus. In quem quum multos concitasset subornassetque, jussit ei abdicare se imperio, & rationem gesti imperii Volscis reddere. At timens Marcius, imperatore Tullo, cujus maximæ inter suos cives opes essent, privatus esse, Volscis ait se redditurum, si juberent, imperium, quod omnium jussu suscepisset; neque rationem nunc quidem recusare, si quis poscat Antiatium, reddere. Convocato ad concilium populo, parati ex composito concionatores quidam exsurrexerunt, plebemque inflammaverunt. Verum quum surgente Marcio, ardor tumultus reverentia ejus languesceret, & libere dicendi daretur ei facultas, atque optimus quisque Antiatium, & qui præcipue otio delectabantur, non dissimularent benigne se audituros atque æque judicaturos; veritus Tullus est Marcii defensionem. Quippe erat cum primis disertus, ac priora facta beneficentiam posteriore culpa habebant majorem: immo crimen erat illud prorsus magnitudinis testimonium ejus beneficii. Neque enim injuria affectos arbitrati se fuissent, quia Romam non redegerant in ditionem, nisi per Marcium rem eo deduxissent. Igitur visum est non ultra procrastinare vel tentare vulgus, sed qui in conjuratione erant audacissimi, non audiendum vociferantes proditorem, neque permittendum ut dominatum in Volscos usurparet, nec deponere vellet provinciam, globo facto trucidaverunt eum, neque tulit ei quisquam adsistentium opem. Displicuisse autem plurimis rem confestim declaraverunt. Concurrerunt enim ex oppidis, & corpus ejus honorifi-

cc

μως, καὶ τὸν τάφον ὅπλοις καὶ λαφύροις κοσμήσαντες ὡς ἀριστέως καὶ στρατηγοῦ. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν τελευτὴν πυθόμενοι, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀπεδείξαντο σημεῖον οὔτε τιμῆς, οὔτ᾽ ὀργῆς πρὸς αὐτόν· αἰτησαμέναις δὲ ταῖς γυναιξὶν ἐπέτρεψαν ἀποπενθῆσαι δέκα μῆνας, ὥσπερ ἔθος ἦν ἑκάστῃ πατέρα καὶ παῖδα καὶ ἀδελφόν. οὗτος γὰρ ἦν ὅρος τοῦ μακροτάτου πένθους, ὃν ὥρισε Νουμᾶς Πομπίλιος, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γεγραμμένοις δεδήλωται. τὸν δὲ Μάρκιον εὐθὺς ἐπόθει τὰ Οὐολούσκων πράγματα. πρῶτον μὲν γὰρ στασιάσαντες πρὸς Αἰκανοὺς συμμάχους καὶ φίλους ὄντας ὑπὲρ ἡγεμονίας, ἄχρι τραυμάτων καὶ φόνων προῆλθον· ἔπειτα μάχῃ κρατηθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων, ἐν ᾗ Τύλλος ἀπέθανε, καὶ τὸ ἀνθοῦν μάλιστα τῆς δυνάμεως διεφθάρη, διαλύσεις αἰσχίστας ἠγάπησαν ὑπήκοοι γενόμενοι, καὶ τὸ προσταττόμενον αὐτοῖς ποιήσειν ὁμολογήσαντες.

ce extulerunt, monumentumque decorarunt, ut bellatoris & imperatoris insignis, armis ac manubiis. Populus Romanus morte ejus nuntiata, signum vel honoris vel iræ in eum nullum aliud edidit, sed postulantibus mulieribus lugere eum, ut quæque parentem, vel filium, vel fratrem solet, decem menses permisere. Hic luctus terminus erat longissimus, quem Numa Pompilius (ut in illius vita recensuimus) definivit. At Marcium illico Volscorum res desideraverunt. Primum enim certamine quod cum Æquis sociis & amicis contraxerant, utri imperatorem darent, orta seditio in vulnera & cædes erupit. Deinde ab Romanis fusi acie, in qua cecidit Tullus, & præcipuus exercitus flos periit, fœdam pacem accipere, qua in populi Romani ditionem fuerunt redacti, & pacti imperata facere sustinuerunt.







Ἐκκειμένων δὲ τῶν πράξεων ὅσας ἡγούμεθα λόγου καὶ μνήμης ἀξίας εἶναι, τὰς μὲν πολεμικὰς ἐπ' οὐδέτερον ποιούσας ῥοπὴν μεγάλην ὁρᾶν ἐστιν. ὁμαλῶς γὰρ ἀμφότεροι πολλὰ μὲν στρατιωτικῆς ἔργα τόλμης καὶ ἀνδρείας, πολλὰ δὲ καὶ τέχνης καὶ προνοίας στρατηγοῦντες ἐπεδείξαντο. πλὴν εἰ μή τις θέλοι τὸν Ἀλκιβιάδην, ὅτι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἐν πολλοῖς ἀγῶσι νικῶν καὶ κατορθῶν διετέλεσεν, ἀποφαίνειν τελειότερον στρατηγόν. ἐπεὶ τό γε παρόντας καὶ ἄρχοντας ὀρθοῦν ἀεὶ προδήλως τὰ οἰκεῖα, καὶ προδηλότερον αὖ πάλιν βλάπτειν μεθισταμένους, ἀμφοτέροις ὑπῆρξε. πολιτείαν δὲ τὴν μὲν Ἀλκιβιάδου τὴν ἄγαν λαμυρὰν, καὶ τὸ μὴ καθαρεῦον ἀναγωγίας ἢ βωμολοχίας, ἐν τῷ πρὸς χάριν ὁμιλεῖν τοῖς πολλοῖς, οἱ σώφρονες ἐβδελύττοντο· τὴν δὲ Μαρκίου παντάπασιν ἄχαριν καὶ ὑπερήφανον καὶ ὀλιγαρχικὴν γενομένην ἐμίσησεν ὁ Ῥωμαίων δῆμος. οὐδετέραν μὲν οὖν ἐπαινετέον. ὁ δὲ δημαγωγῶν καὶ χαριζόμενος, τῶν ὅπως οὐ δόξουσι δημαγωγεῖν προπηλακιζόντων τοὺς πολλοὺς, ἀμεμπτότερος. αἰσχρὸν μὲν γὰρ τὸ κολακεύειν δῆμον

REBUS horum gestis, quas dictu & cognitu dignas putavimus, expositis, bellicas neutram in partem magnopere cernimus inclinare. Multa enim militaris audaciæ & virtutis exempla, multa etiam artis & prudentiæ in imperio juxta uterque edidit. Nisi Alcibiadem, quod terra marique perpetua victoria & secunda sit usus fortuna, excellentiorem declarare ducem libeat. Nam habuit hoc uterque, quod quando præsentes fuerunt, & exercitui præfuerunt, res publicas suas manifeste erexerint, & contra manifestius depresserint, quum descivissent. At actiones Alcibiadis domi illas nimium blandas, dissolutionisque & titillationis in ancillando plebi maculam detestabantur prudentes: e diverso Marcii austeras, superbas, atque nimium pro nobilitate pugnantes, oderat populus Romanus. Neutræ igitur commendandæ. Atqui popularis & obsequiosus inculpatior sit illis, qui, quo alieni a populo colendo videantur, insultant ei. Turpe est enim ad potentiam assequendam assentari

δῆμον ἐπὶ τὴν δύναμιν· τὸ δ᾽ ἰσχύειν ἐκ τοῦ φοβερὸν εἶναι, καὶ κακοῦν καὶ πιέζειν, πρὸς τῷ αἰσχρῷ καὶ ἄδικον ἐστιν.

Ὅτι τοίνυν ἁπλοῦς τις ὁ Μάρκιος ὑπείληπται τῷ τρόπῳ γεγονέναι καὶ αὐθέκαστος, ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης πανοῦργος ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ ἀναλήθης, οὐκ ἄδηλόν ἐστιν. μάλιστα δὲ κατηγοροῦσιν αὐτοῦ κακοήθειαν καὶ ἀπάτην, ᾗ τοὺς Λακεδαιμονίων πρέσβεις παρακρουσάμενος, ὡς Θουκυδίδης ἱστόρηκε, τὴν εἰρήνην ἔλυσεν. ἀλλ᾽ αὕτη μὲν ἡ πολιτεία, καίπερ εἰς πόλεμον αὖθις ἐμβαλοῦσα τὴν πόλιν, ἰσχυρὰν ἐποίησε καὶ φοβερὰν τὴν Μαντινέων καὶ Ἀργείων συμμαχίαν, δι᾽ Ἀλκιβιάδου προσγενομένην. Μάρκιος δ᾽ ὅτι μὲν ἀπάτῃ καὶ αὐτὸς ἐξεπολέμησε Ῥωμαίους καὶ Οὐολούσκους διαβαλὼν ψευδῶς τοὺς ἥκοντας ἐπὶ τὴν θέαν, Διονύσιος ἱστόρηκεν. ἡ δ᾽ αἰτία φαυλότερον ποιεῖ τὸ ἔργον. οὐ γὰρ ἐκ φιλονεικίας οὐδὲ πολιτικῆς μάχης ἢ ἁμίλλης, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ᾽ ὀργῇ χαριζόμενος, παρ᾽ ἧς οὐδένα φησὶν ὁ Δίων ἀπολαβεῖν χάριν, πολλὰ τῆς Ἰταλίας μέρη συνετάραξε, καὶ πολλὰς πόλεις οὐδὲν ἀδικούσας, τῷ πρὸς τὴν πατρίδα θυμῷ παρανάλωσε. καίτοι καὶ Ἀλκιβιάδης δι᾽ ὀργὴν μεγάλων αἴτιος συμφορῶν κατέστη τοῖς πολίταις, ἀλλ᾽ ὅτε πρῶτον ἔγνω μεταμελομένους, εὐγνωμόνησε· καὶ πάλιν ἀπορριφεὶς, οὐκ ἐπεῖδε τοῖς στρατηγοῖς ἁμαρτάνουσιν, οὐδὲ παρεῖδε κακῶς βουλευομένους καὶ κινδυνεύοντας· ἀλλ᾽, ὅπερ Ἀριστείδης ἐπαινεῖται μάλιστα πράξας πρὸς Θεμιστοκλέα, τοῦτ᾽ ἐποίησε, πρὸς τοὺς τότ᾽ ἄρχοντας, οὐ φίλους ὄντας, ἐλθὼν, καὶ φράσας τὸ δέον καὶ διδάξας. Μάρ-

tari populo: verum potentia ex timore collecta & injuria atque oppressione cum fœda tum iniqua sit.

Jam moribus constat candidum Marcium & apertum fuisse, vafrum Alcibiadem in repub. tractanda & fallacem. Præcipue autem improbitatem ejus reprehendunt & dolum, quo Lacedæmoniorum circumventis oratoribus (ut autor est Thucydides) pacem diremit. At enim hæc actio licet implicaverit denuo civitatem bello, validam tamen atque formidabilem Mantineorum & Argivorum societate, quam adjunxit ei Alcibiades, reddidit. Marcium quoque fraude cum Volscis commisisse Romanos, falsis criminibus onerando eos qui ad ludos proficiscebantur, Dionysius memoriæ prodidit. Jam causa magis infame effecit factum. Neque enim ex contentione, neque ex civili pugna vel concertatione, sicut ille, sed iræ indulgens, a qua nemo unquam (ut inquit Dion) gratiam reportavit, multas Italiæ partes concussit, multasque nihil merentes obiter ob indignationem in patriam afflixit urbes. Quamvis Alcibiades quoque civibus impellente bile multarum extitit machinator calamitatum, ut primum tamen pœnitere cognovit eos, mollitus est; ac quum iterum fuisset ab iis repudiatus, non probavit prætorum errores, neque male consulentibus & periclitantibus connivit: verum factum, quod erga Themistoclem præcipue celebratur Aristidis, idem erga illos duces, quamvis inimicos, egit; quos adiit, indicavitque, atque docuit quid ex usu esset. Marcius vero pri-

Μάρκιος δὲ πρῶτον μὲν ὅλην κακῶς ἐποίει τὴν πόλιν, οὐχ ὑφ᾽ ὅλης παθὼν, ἀλλὰ τοῦ βελτίστου καὶ κρατίστου μέρους συναδικηθέντος αὐτῷ καὶ συναλγήσαντος· ἔπειτα πολλαῖς πρεσβείαις καὶ δεήσεσι μίαν ἰωμένων ὀργὴν καὶ ἀνίαν, οὐ τεγχθεὶς οὐτ᾽ εἴξας, ἐδήλωσεν ἐπὶ τῷ διαφθεῖραι τὴν πατρίδα καὶ καταβαλεῖν, οὐχ ὅπως ἀπολάβῃ καὶ κατέλθῃ, βαρὺν πόλεμον καὶ ἄσπονδον ἐπανῃρημένος. τούτῳ γε φήσει τις διαφέρειν. Ἀλκιβιάδην μὲν γὰρ ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ Σπαρτιατῶν, διὰ δέος ἅμα καὶ μῖσος αὐτῶν μεταστῆναι πρὸς Ἀθηναίους· Μαρκίῳ δὲ πάντα δίκαια ποιοῦντας Οὐολούσκους, οὐ καλῶς εἶχεν ἐγκαταλιπεῖν. καὶ γὰρ ἡγεμὼν ἀποδέδεικτο, καὶ μεγίστην πίστιν εἶχε μετὰ δυνάμεως, οὐχ ὡς ἐκεῖνος, ἀποχρωμένων μᾶλλον ἢ χρωμένων αὐτῷ Λακεδαιμονίων, ἐν τῇ πόλει περιιὼν, καὶ κυλινδούμενος αὖθις ἐν τῷ στρατοπέδῳ, τέλος εἰς τὰς Τισαφέρνου χεῖρας ἀφῆκεν αὐτόν· εἰ μὴ νὴ Δία μὴ φθαρῆναι τὰς Ἀθήνας παντάπασι, ποθῶν κατελθεῖν, ἐθεράπευε.

Χρήματα τοίνυν ὁ μὲν Ἀλκιβιάδης καὶ λαβεῖν οὐκ εὖ πολλάκις ἐκ δωροδοκιῶν, καὶ διαθέσθαι κακῶς εἰς τρυφὴν καὶ ἀκολασίαν ἱστόρηται· Μάρκιον δὲ, σὺν τιμῇ διδόντες οἱ στρατηγοὶ, λαβεῖν οὐκ ἔπεισαν. διὸ καὶ μάλιστα τοῖς πολλοῖς ἐπαχθὴς ἦν ἐν ταῖς περὶ χρεῶν διαφοραῖς πρὸς τὸν δῆμον, ὡς οὐκ ἐπὶ κέρδεσιν, ἀλλὰ δι᾽ ὕβριν καὶ περιφρόνησιν τοῖς πένησιν ἐπηρεάζων. Ἀντίπατρος μὲν οὖν ἐν ἐπιστολῇ τινι γράφων περὶ τῆς Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου τελευτῆς, πρὸς τοῖς ἄλλοις, φησὶν, ὁ ἀνὴρ καὶ τὸ πείθειν εἶχε· τὰς δὲ Μαρ-

κίου

primum totam civitatem infestavit, quum læsus non esset a tota, sed optima potissimaque pars esset una cum eo vulnerata, atque de eo doleret. Deinde multis legationibus & precibus quum unam procurarent offensam ac dolorem, quia his inflexus non est neque dedit locum, declaravit ad obterendam atque proruendam, non ad recipiendam patriam & reditum sibi parandum, bellum se atrox atque inexpiabile concitasse. At hoc certe dicas esse inter eos discriminis. Alcibiades ex metu simul & odio Spartiatarum insidiis appetitus ab iis transiit ad Athenienses: Marcio Volscos, quem illi omnibus officiis prosequebantur, parum honestum erat deserere. Siquidem dux creatus ab iis fuerat, summamque acceperat cum potentia fidem; non ut ille, quo abutebantur potius quam utebantur Lacedæmonii, quum oberrasset Spartæ, mox volutatus in castris esset, permisit demum se in Tissaphernis arbitrium; nisi sane redire quum cuperet in patriam, ne perirent funditus Athenæ, observavit illum.

Atqui pecuniam Alcibiadem minus honeste mercenariam frequenter accepisse, & turpiter in luxum profudisse & libidines, memoria proditum est: Marcium ut caperet quod honoris causa dabatur, non induxerunt imperatores. Unde in dissensionibus civilibus de ære alieno multitudini summo fuit odio, quasi non compendii gratia, sed per contumeliam & fastidium insultaret ipsis. Antipater autem in epistola quadam de Aristotelis philosophi obitu scribens, inter cætera, inquit, vi præditus fuit ille ducendi animos.

Marcii

κίου πράξεις καὶ ἀρετὰς τοῦτο μὴ προσὸν ἐπαχθεῖς ἐποίησεν αὐτοῖς τοῖς εὖ παθοῦσι, τὸν ὄγκον αὐτοῦ καὶ τὴν ἐρημίᾳ σύνοικον, ὡς Πλάτων εἶπεν, αὐθάδειαν μὴ ὑπομείναντας. τοῦ δ' Ἀλκιβιάδου τοὐναντίον ἐπισαμένου χρῆσθαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν οἰκείως, οὐδὲν θαυμαστὸν ἐν οἷς κατώρθου, τὴν δόξαν ἀνθεῖν μετ' εὐνοίας καὶ τιμῆς εὐημεροῦσαν· ὅπου καὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἔνια πολλάκις χάριν εἶχε καὶ ὥραν. ὅθεν οὗτος μὲν οὐ μικρὰ βλάψας οὐδ' ὀλίγα τὴν πόλιν, ὅμως ἀπεδείκνυτο πολλάκις ἡγεμὼν καὶ στρατηγός· ἐκεῖνος δὲ μετιὼν ἐπὶ πολλαῖς ἀριστείαις καὶ ἀνδραγαθίαις ἀρχὴν προσήκουσαν, ἐξέπεσεν. οὕτω τὸν μὲν, οὐδὲ πάσχοντες κακῶς, ἐδύναντο μισεῖν οἱ πολῖται· τῷ δὲ περιῆν θαυμαζομένῳ μὴ φιλεῖσθαι.

Καὶ γάρ τοι Μάρκιος μὲν οὐδὲν ἀπεδείξατο τῇ πόλει στρατηγῶν, ἀλλὰ τοῖς πολεμίοις κατὰ τῆς πατρίδος· Ἀλκιβιάδου δὲ καὶ στρατευομένου πολλάκις καὶ στρατηγοῦντος ἀπέλαυσαν οἱ Ἀθηναῖοι, καὶ παρὼν ἐκράτει τῶν ἐχθρῶν ὅσον ἐβούλετο, καὶ μὴ παρόντος, ἴσχυσαν αἱ διαβολαί. Μάρκιος δὲ παρὼν ὑπὸ Ῥωμαίων κατεδικάσθη, παρόντα δὲ Οὐολοῦσκοι διέφθειραν, οὐ δικαίως μὲν οὐδ' ὁσίως· αἰτίαν δὲ τοῦ εὐλόγου παρέσχεν αὐτὸς, ὅτι δημοσίᾳ τὰς διαλύσεις μὴ προσδεξάμενος, ἰδίᾳ δὲ πεισθεὶς ὑπὸ τῶν γυναικῶν, οὐκ ἔλυσε τὴν ἔχθραν, ἀλλὰ τοῦ πολέμου μένοντος, ἀπώλεσε τὸν καιρὸν καὶ διέφθειρε. πείσαντα γὰρ ἔδει τοὺς πεπιστευκότας ἀπελθεῖν, εἰ τοῦ πρὸς ἐκείνους δικαίου πλεῖστον ἐποιεῖτο λόγον. εἰ δὲ μηδὲν ἐφρόντιζε Οὐολούσκων, ἀλλὰ τὴν ὀργὴν ἐμπλῆσαι τὴν ἑαυ-

Marcii vero res gestæ & virtutes, quod hoc claudicarent uno, illis ipsis de quibus bene merebatur acerba fuerunt, qui supercilium ejus, & solitudinis, ut Plato ait, pervicaciam contubernalem non tulerunt. E diverso Alcibiadis, qui comiter agere cum adeuntibus noverat, non est mirum rerum ab eo præclare gestarum florentem gloriam cum benevolentia civium & honore fuisse favorabilem. Quandoquidem etiam offensæ nonnullæ ejus sæpe acceptæ illis fuerunt & delectabiles. Inde hic quanquam non modicis neque paucis incommodis affecerat rempublicam, dux tamen prætorque identidem designatus est: ille quum ob multa decora & strenue facta legitime ambivisset consulatum, est præteritus. Ita superiorem cives non poterant, vel læsi, odisse: alter hoc assequebatur, ut quum admirarentur eum, non amarent tamen.

Enimvero nihil Marcius reipub. imperator præstitit, sed contra patriam hostibus multa: Alcibiadis benefacta & militis subinde & ducis sensit populus Atheniensis, ac præsens, quantum volebat, erat adversariis superior, absente quidem eo, valebant calumniæ. At Marcius damnatus a populo Romano præsens est, Volsci præsentem interemerunt, improbe quidem ac nefarie: colorem præbuit ipse tamen probabilem, quod quum publice ad conditiones pacis non descendisset, privatim adductus a fœminis, odium hostile non sustulisset tamen, sed flagrante adhuc bello, tempora perdidisset & corrupisset. Decuerat vero iis qui ipsius sequuti fidem fuerant persuasis se recipere, si maximam sui erga illos officii ducebat rationem: sin nulla Volscorum cura tangebatur, sed ut iræ satisfaceret suæ intulit bel-

ἑαυτοῦ βουλόμενος ἐπῆγε τὸν πόλεμον, εἶτ' ἔληξεν, οὐ διὰ τὴν μητέρα καλῶς εἶχε φείσασθαι τῆς πατρίδος, ἀλλὰ καὶ σὺν τῇ πατρίδι τῆς μητρός. μέρος γὰρ ἦν καὶ ἡ μήτηρ καὶ ἡ γυνὴ τῆς πατρίδος ἣν ἐπολιόρκει. τὸ δὲ δημοσίαις ἱκεσίαις καὶ δεήσεσι πρέσβεων καὶ λιταῖς ἱερέων ἀπηνῶς χρησάμενον, εἶτα χαρίσασθαι τῇ μητρὶ τὴν ἀναχώρησιν, οὐ τῆς μητρὸς ἦν τιμὴ, ἀλλ' ἀτιμία τῆς πατρίδος, οἴκτῳ καὶ παραιτήσει διὰ μίαν γυναῖκα σωζομένης, ὡς οὐκ ἀξίας σώζεσθαι δι' αὐτήν. ἐπίφθονος γὰρ ἡ χάρις, καὶ ὠμὴ καὶ ἀχάριστος ἀληθῶς, καὶ πρὸς οὐδετέρους ἔχουσα τὸ εὔγνωμον. ἀνεχώρησε γὰρ μήτε πεισθεὶς ὑπὸ τῶν πολεμουμένων, μήτε πείσας τοὺς συμπολεμοῦντας. ὧν αἴτιον ἁπάντων, τὸ ἀνομίλητον τοῦ τρόπου, καὶ λίαν ὑπερήφανον καὶ αὔθαδες, ὃ καθ' αὑτὸ μὲν, ἐπαχθές ἐστι τοῖς πολλοῖς, τῷ δὲ φιλοτίμῳ προσὸν, γίνεται παντάπασιν ἄγριον καὶ ἀπαραίτητον. οὐ γὰρ θεραπεύουσι τοὺς πολλοὺς, ὡς μὴ δεόμενοι τιμῆς, εἶτα χαλεπαίνουσι μὴ τυγχάνοντες. ἐπεὶ τό γε μὴ λιπαρῆ μηδὲ θεραπευτικὸν ὄχλων εἶναι, καὶ Μέτελλος εἶχε, καὶ Ἀριστείδης, καὶ Ἐπαμινώνδας· ἀλλὰ τῷ καταφρονεῖν ἀληθῶς ὧν δῆμός ἐστι καὶ δοῦναι καὶ ἀφελέσθαι κύριος, ἐξοστρακιζόμενοι καὶ ἀποχειροτονούμενοι καὶ καταδικαζόμενοι πολλάκις, οὐκ ὠργίζοντο τοῖς πολίταις ἀγνωμονοῦσιν, ἀλλ' ἠγάπων αὖθις μεταμελομένους, καὶ διηλλάττοντο παρακαλούντων. τὸν γὰρ ἥκιστα θεραπευτικὸν, ἥκιστα πρέπει τιμωρητικὸν εἶναι τῶν πολλῶν· ὡς τὸ χαλεπαίνειν μάλιστα μὴ τυγχάνοντα τῆς τιμῆς, ἐκ τοῦ σφόδρα γλίχεσθαι φυόμενον.


Ἀλ-

bellum, qua expleta id prosequi desiit, non matris gratia parcere oportebat patriæ, sed una cum patria parenti. Nempe pars erat & mater & conjunx ejus quam oppugnabat patriæ. At publicis obsecrationibus precibusque legatorum & suppliciis sacerdotum spretis, receptus matri condonatus, non genitricis honos, sed labes erat patriæ: quæ commiseratione & deprecatione unius fœminæ causa est incolumitatem consequuta, velut indigna quæ conservaretur propter semetipsam. Invidiosa igitur hæc & crudelis fuit, atque importuna profecto gratia, neutramque in partem recta: signa enim removit nec assensus hostibus, nec cum assensu sociorum. Quorum fuit fons omnium austeritas morum, intolerabilis arrogantia & pervicacia, quæ sua sponte est vulgo invisa, consociata vero cum ambitione efferatur prorsus, atque intolerabilis evadit. Siquidem nec prensant, qui his vitiis contacti sunt, multitudinem, perinde ut si non cupidi sint honorum, deinde stomachantur repulsam passi. Quippe supplicem se non præbere neque blandum plebi, id Metellus etiam & Aristides & Epaminondas habuere: sed quod vere floccifacerent ea quorum erat in nutu posita populi delatio & ereptio. At in exilium pulsi decennale, repulsam passi, & damnati sæpius, non fuerunt infesti civibus insolentiæ ejus causa: verum amplexi eos sunt, ubi fuerunt pœnitentia ducti, & in gratiam redierunt cum petentibus. Ut enim quisque minime obsequitur plebi, ita minime debet eam ulcisci: quod maxima offensio ob repulsam ex immodica nascatur gloriæ siti.


Atqui

Ἀλκιβιάδης μὲν οὖν οὐκ ἠρνεῖτο τιμώμενος χαίρειν, καὶ δυσφορεῖν παρορώμενος, ὅθεν ἐπειρᾶτο προσφιλὴς εἶναι τοῖς παροῦσι καὶ κεχαρισμένος· Μάρκιος δὲ θεραπεύειν μὲν οὐκ εἴα τοὺς τιμᾶν δυναμένους καὶ αὔξειν τὸ ὑπερήφανον, ὀργὴν δὲ καὶ λύπην ἀμελουμένῳ τὸ φιλότιμον παρεῖχε. καὶ ταῦτ᾽ ἐστιν ἅ τις ἂν αἰτιάσαιτο τοῦ ἀνδρός· τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα, λαμπρά. σωφροσύνης δὲ καὶ χρημάτων ἐγκρατείας ἕνεκα τοῖς ἀρίστοις καὶ καθαρωτάτοις τῶν Ἑλλήνων ἄξιον αὐτὸν παραβάλλειν, οὐκ Ἀλκιβιάδῃ μὰ Δία τῷ θρασυτάτῳ περὶ ταῦτα, καὶ ὀλιγωροτάτῳ τοῦ καλοῦ γενομένῳ.


Atqui Alcibiades honoribus delatis non ibat inficias delectari se, & angi præteritum: unde acceptus & gratus studebat esse iis quibuscum agebat. Marcio vero ut coleret illos qui provehere eum ad honores & augere poterant, non permittebat superbia, ira autem & ægritudine incendebat neglectum ambitio. Atque hæc sunt quæ in eo viro culpes, cætera sunt splendida omnia. Temperantia & abstinentia cum præstantissimis & innocentissimis Græcis, nedum cum Alcibiade, hercle audacissimo in his & honesti maxime contemptore, sit conferendus.



TIMO-



ΤΙΜΟΛΕΩΝ.



ΤΑ μὲν Συρακουσίων πράγματα πρὸ τῆς Τιμολέοντος εἰς Σικελίαν ἀποστολῆς οὕτως εἶχεν. ἐπεὶ Δίων μὲν ἐξελάσας Διονύσιον τὸν τύραννον, εὐθὺς ἀνῃρέθη δόλῳ, καὶ διέστησαν οἱ σὺν Δίωνι Συρακουσίους ἐλευθερώσαντες· ἡ δὲ πόλις, ἄλλον ἐξ ἄλλου μεταβάλλουσα συνεχῶς τύραννον, ὑπὸ πλήθους κακῶν μικρὸν ἀπέλιπεν ἔρημος εἶναι· τῆς δ' ἄλλης Σικελίας, ἡ μὲν ἀνάστατος καὶ ἄπολις παντάπασιν ἤδη διὰ τοὺς πολέμους ὑπῆρχεν, αἱ δὲ πλεῖσται πόλεις ὑπὸ βαρβάρων μιγάδων καὶ στρατιωτῶν ἀμίσθων κατείχοντο, ῥᾳδίως προσιεμένων τὰς μεταβολὰς τῶν δυναστειῶν· Διονύσιος ἔτει δεκάτῳ ξένους συναγαγών, καὶ τὸν τότε κρατοῦντα τῶν Συρακουσίων Νησαῖον ἐξελάσας, ἀνέλαβε τὰ πράγματα πάλιν, καὶ καθεστήκει τύραννος ἐξ ἀρχῆς, παραλόγως μὲν ὑπὸ μικρᾶς δυνάμεως τὴν μεγίστην τῶν πώποτε τυραννίδων ἀπολέσας, παραλογώτερον δ' αὖθις, ἐκ φυγάδος καὶ ταπεινοῦ

τῶν

Apud Syracusanos ante Timoleontis in Siciliam expeditionem hoc modo se res habebant. Postquam Dion qui Dionysium tyrannum exegerat, brevi post dolo sublatus, & dissensio orta est inter eos qui Dionis in liberandis Syracusanis socii fuerant, atque ex assidua aliorum ex aliis tyrannorum vicissitudine tantis demersa miseriis urbs, parum ut abfuerit quin deserta, reliqua vero Sicilia in totum vasta jam incultaque per bella esset, pleraque autem oppida a barbaris mixtis tenerentur & militibus vagis, qui proni erant ad conversiones dominatus; Dionysius anno decimo conscripsit externum militem, ac Nysæo qui id temporis Syracusarum potiebatur ejecto, recuperavit imperium, & tyrannus denuo factus est; ac qui mirabili modo maxima omnium quæ unquam fuerunt tyrannide a parva manu exutus fuerat, mirabiliore exul & abjectus evasit iterum

rum

τῶν ἐκβαλόντων κύριος γενόμενος. οἱ μὲν οὖν ὑπομείναντες ἐν τῇ πόλει τῶν Συρακουσίων ἐδούλευον οὔτ' ἄλλως ἐπιεικεῖ τυράννῳ, καὶ τότε παντάπασιν ὑπὸ συμφορῶν ἀπηγριωμένῳ τὴν ψυχήν· οἱ δὲ βέλτιστοι καὶ γνωριμώτατοι πρὸς Ἱκέτην τραπέντες, τὸν δυναστεύοντα τῶν Λεοντίνων, ἐπέτρεψαν αὑτοὺς ἐκείνῳ, καὶ στρατηγὸν εἵλοντο τοῦ πολέμου, βελτίω μὲν οὐδενὸς ὄντα τῶν ὁμολογουμένως τυράννων, ἑτέραν δ' οὐκ ἔχοντες ἀποστροφήν, καὶ πιστεύσαντες Συρακουσίῳ τὸ γένος ὄντι, καὶ κεκτημένῳ δύναμιν ἀξιόμαχον πρὸς τὸν τύραννον.

Ἐν τούτῳ δὲ Καρχηδονίων στόλῳ μεγάλῳ παραγενομένων εἰς Σικελίαν, καὶ τοῖς πράγμασιν ἐπαιωρουμένων, φοβηθέντες οἱ Σικελιῶται, πρεσβείαν ἐβούλοντο πέμπειν εἰς τὴν Ἑλλάδα, καὶ παρὰ Κορινθίων βοήθειαν αἰτεῖν, οὐ μόνον διὰ τὴν συγγένειαν, οὐδ' ἀφ' ὧν ἤδη πολλάκις εὐεργέτηντο πιστεύοντες ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ καθόλου τὴν πόλιν ὁρῶντες φιλελεύθερον καὶ μισοτύραννον οὖσαν ἀεί, καὶ τῶν πολέμων τοὺς πλείστους καὶ μεγίστους πεπολεμηκυῖαν, οὐχ ὑπὲρ ἡγεμονίας καὶ πλεονεξίας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. ὁ δ' Ἱκέτης, ἅτε δὴ τῆς στρατηγίας ὑπόθεσιν τὴν τυραννίδα πεποιημένος, οὐ τὴν Συρακουσίων ἐλευθερίαν, κρύφα μὲν ἤδη πρὸς τοὺς Καρχηδονίους διείλεκτο, φανερῶς δὲ τοὺς Συρακουσίους ἐπῄνει, καὶ τοὺς πρέσβεις εἰς Πελοπόννησον συνεξέπεμψεν· οὐ βουλόμενος ἐλθεῖν συμμαχίαν ἐκεῖθεν, ἀλλ' ἐάν, ὅπερ εἰκὸς ἦν, οἱ Κορίνθιοι διὰ τὰς Ἑλληνικὰς ταραχὰς καὶ ἀσχολίας ἀπείπωσι τὴν βοήθειαν, ἐλπίζων ῥᾷον ἐπὶ τοὺς Καρχηδονίους τὰ πράγ-

rum illorum qui ipſum expulerant dominus. Igitur qui in urbe Syracuſana hæſerant, tyranno ſerviebant nec alias moderato, & tum a cladibus animi prorſus efferati. Optimates & nobiliſſimi quique Icetem Leontinorum principem reſpexerunt, eique ſe permittentes ducem belli cepere, nihilo quidem manifeſtis tyrannis meliorem, verum quia refugium non erat aliud ad manum, ejus fidem, quod eſſet Syracuſis oriundus, & validas copias ad reſiſtendum haberet tyranno, ſunt ſequuti.

Quum interea Carthaginenſes magna claſſe Siciliam appuliſſent, atque inſulæ imminerent, perculſi Siculi, decreverunt legatos in Græciam ad opem a Corinthiis petendam mittere. Quibus non tantum ob neceſſitudinem, & quia multa jam beneficia in ſe eorum extabant, fidem habebant, ſed & quod plane libertatis amantem, & infeſtam ſemper tyrannis viderent eam civitatem eſſe; plurimaque & maxima bella non pro imperio & dominatu, ſed pro Græcorum ſuſcepiſſe libertate. Icetes vero, qui ducatus ſui argumentum tyrannidem præſtituerat, non Syracuſanorum libertatem, occulta jam colloquia habuerat cum Carthaginenſibus. Syracuſanos tamen palam laudavit, adjunxitque in Peloponneſum legatos; non quia auxilia inde deſideraret accire, ſed ſi Corinthii (quod erat veriſimile) ob tumultus Græciæ & occupationes abnuerent ſuppetias, quod facilius res ad Pœnos inclinaturum ſpe-

πράγματα μετάξειν, καὶ χρήσεσθαι συμμάχοις καὶ συναγωνισταῖς ἐκείνοις ἐπὶ τοὺς Συρακουσίους, ἢ κατὰ τοῦ τυράννου. ταῦτα μὲν οὖν ὀλίγον ὕστερον ἐξηλέγχθη.

Τῶν δὲ πρέσβεων παραγενομένων, οἱ Κορίνθιοι κήδεσθαι μὲν ἀεὶ τῶν ἀποικίδων πόλεων καὶ μάλιστα τῆς Συρακουσίων εἰωθότες, οὐδενὸς δ' αὐτοῖς τότε τῶν Ἑλληνικῶν κατὰ τύχην παρενοχλοῦντος, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ καὶ σχολῇ διάγοντες, ἐψηφίσαντο προθύμως βοηθεῖν. ζητουμένου δὲ στρατηγοῦ, καὶ τῶν ἀρχόντων γραφόντων καὶ προβαλλομένων τοὺς εὐδοκιμεῖν ἐν τῇ πόλει σπουδάζοντας, εἷς ἐκ τῶν πολλῶν ἀναστὰς ὠνόμασε Τιμολέοντα τὸν Τιμοδήμου, μήτε προσιόντα τοῖς κοινοῖς ἔτι, μήτ' ἐλπίδος τοιαύτης γενόμενον ἢ προαιρέσεως, ἀλλὰ Θεοῦ τινος, ὡς ἔοικεν, εἰς νοῦν ἐμβαλόντος τῷ ἀνθρώπῳ. τοσαύτη καὶ περὶ τὴν αἵρεσιν εὐθὺς ἔλαμψεν τύχης εὐμένεια, καὶ ταῖς ἄλλαις πράξεσιν ἐπηκολούθησε χάρις, ἐπικοσμοῦσα τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρός. ἦν μὲν οὖν γονέων ἐπιφανῶν ἐν τῇ πόλει, Τιμοδήμου καὶ Δημαρίστης, φιλόπατρις δὲ καὶ πρᾶος διαφερόντως, ὅσα μὴ σφόδρα μισοτύραννος εἶναι καὶ μισοπόνηρος. ἐν δὲ τοῖς πολέμοις οὕτω καλῶς καὶ ὁμαλῶς ἐκέκρατο τὴν φύσιν, ὥστε πολλὴν μὲν ἐν νέῳ σύνεσιν, οὐκ ἐλάττω δὲ γηρῶντος ἀνδρείαν ἐπιφαίνεσθαι ταῖς πράξεσιν. ἀδελφὸν δ' εἶχε Τιμοφάνην, πρεσβύτερον, οὐδὲν αὐτῷ προσόμοιον, ἀλλ' ἔμπληκτον, καὶ διεφθαρμένον ἔρωτι μοναρχίας ὑπὸ φίλων φαύλων καὶ ξένων στρατιωτικῶν ἀεὶ περὶ αὐτὸν ὄντων, ἔχειν τι δοκοῦντα ῥαγδαῖον ἐν ταῖς στρατείαις καὶ φιλοκίνδυνον. ᾧ καὶ τοὺς πολίτας προσα-

ſperaret ſe, ſociiſque his atque auxiliariis adverſus Syracuſanos vel tyrannum uſurum. Id quod paulo poſt compertum fuit.

Poſt quam advenerunt legati, Corinthii coloniarum ſuarum perpetuo curam, præcipue Syracuſanorum ſoliti agere, nec ullo negotio ipſi tunc Græciæ forte implicati, ſed in pace & otio agentes, prompte decreverunt auxilium. Quum dux quæreretur, ſuggererentque & ſubjicerent magiſtratus eos cives qui inclareſcere ſtudebant, unus de vulgo exſurgens Timoleontem nominavit Timodemi filium, qui rem publicam nondum attigerat, neque in eam venerat ſpem vel inſtitutum, ſed nimirum Dei alicujus inſtinctu in mentem hominis venit. Tantus ibi ſtatim in deſignando eo effulſit fortunæ favor, & alia ejus geſta ad decorandam virtutem ejus tam ſecunda proſequuta eſt aura. Parentes habuit Timodemum & Demariſten, illuſtres cives. Fuit patriæ amans & mirifice placidus, niſi quod tyrannis eſſet & improbis admodum infeſtus. In armis tam bene & modice temperato erat ingenio, ut inſignis in juvene prudentia, & virtus ſeneſcentis non minor in rebus geſtis eluceret. Fratrem Timophanem habebat ætate majorem, longe ſibi diſparem, ſtolidumque atque dominandi libidine a pravis amicis & militibus extraneis, quibus ſemper cinctus erat, corruptum, fervidum (ut videbatur) in expeditionibus, & periculorum contemptorem: qua re civium gratiam in ſe

προσαγόμενος, ὡς ἀνὴρ πολεμικὸς καὶ δραστήριος, ἐφ' ἡγεμονιῶν ἐτάττετο. καὶ πρὸς ταῦτα Τιμολέων αὐτῷ συνήργει, τὰ μὲν ἁμαρτήματα παντάπασιν ἀποκρύπτων, ἢ μικρὰ φαίνεσθαι ποιῶν, ἃ δ' ἡ φύσις ἐξέφερεν ἀστεῖα κατακοσμῶν καὶ συναύξων.

Ἐν δὲ τῇ πρὸς Ἀργείους καὶ Κλεωναίους μάχῃ τῶν Κορινθίων, ὁ μὲν Τιμολέων ἔτυχεν ἐν τοῖς ὁπλίταις τεταγμένος, τὸν δὲ Τιμοφάνην τῶν ἱππέων ἡγούμενον καταλαμβάνει κίνδυνος ὀξύς. ὁ γὰρ ἵππος αὐτὸν ἀπεσείσατο πληγῇ περιπεσὼν εἰς τοὺς πολεμίους, καὶ τῶν ἑταίρων οἱ μὲν εὐθὺς ἐσκορπίσθησαν φοβηθέντες· οἱ δὲ παραμείναντες, ὀλίγοι πρὸς πολλοὺς μαχόμενοι, χαλεπῶς ἀντεῖχον. ὡς οὖν ὁ Τιμολέων κατεῖδε τὸ συμβεβηκός, δρόμῳ προσβοηθήσας, καὶ τὴν ἀσπίδα τοῦ Τιμοφάνους κειμένου προθέμενος, καὶ πολλὰ μὲν ἀκοντίσματα, πολλὰς δὲ πληγὰς ἐκ χειρὸς ἀναδεξάμενος εἰς τὸ σῶμα καὶ τὰ ὅπλα, μόλις ἐώσατο τοὺς πολεμίους, καὶ διέσωσε τὸν ἀδελφόν. ἐπεὶ δ' οἱ Κορίνθιοι, δεδιότες μὴ πάθοιεν οἷα καὶ πρότερον ὑπὸ τῶν συμμάχων, ἀποβαλόντες τὴν πόλιν, ἐψηφίσαντο τρέφειν ξένους τετρακοσίους, καὶ τούτων ἄρχοντα Τιμοφάνην κατέστησαν. ὁ δὲ τῶν καλῶν καὶ δικαίων ὑπεριδὼν, εὐθέως ἐπέραινεν ἐξ ὧν ποιήσεται τὴν πόλιν ὑφ' αὑτῷ, καὶ συχνοὺς ἀνελὼν ἀκρίτους τῶν πρώτων πολιτῶν, ἀνέδειξεν αὐτὸς ἑαυτὸν τύραννον. βαρέως δὲ φέρων ὁ Τιμολέων, καὶ συμφορὰν ποιούμενος ἑαυτοῦ τὴν ἐκείνου κακίαν, ἐπεχείρησεν μὲν αὐτῷ διαλέγεσθαι, καὶ παρακαλεῖν, ἀφέντα τὴν μανίαν καὶ δυστυχίαν τῆς ἐπιθυμίας ἐκείνης, ζητεῖν τινα τῶν ἡμαρτημένων ἐπανόρθωσιν πρὸς

ſe trahens quaſi bellator & ſtrenuus ad imperia adſpiravit. Atque hiſce in rebus erat ei Timoleon adjutor, qui peccata ejus aut prorſus obtegebat aut offuſcabat, dotes vero a natura collatas cohoneſtabat amplificabatque.

Quum dimicarent cum Argivis & Cleonæis Corinthii, ſtabat Timoleon inter pedites. Ibi Timophanes præfectus equitibus in anceps diſcrimen incidit. Equus vulnere afflictus excuſſit eum inter hoſtes. Sodales ejus partim metu diſſipati; qui ſubſtitere, pauci cum multis dimicantes ægre reſtabant. Ubi Timoleon eam fortunam animadvertit, properavit opem ferre, atque tegens jacentem Timophanem clypeo ſuo, multis jaculis multiſque comminus ictibus corpore & armis exceptis, magno labore repulit hoſtes, & fratrem eripuit. Porro veriti Corinthii ne in idem relaberentur mali quo ante, quum per ſocios amiſiſſent urbem, decreverunt quadringentos milites conductitios alere, atque his impoſuere Timophanem. Qui omni poſthabito honeſto & bono, rationem inire protinus cœpit, quemadmodum urbem ſui arbitrii faceret, ac magno numero principum civitatis indicta cauſa necato, declaravit ſemet ipſe tyrannum. Id graviter ferens Timoleon, atque illius improbitatem ſuum ratus infortunium, anniſus eſt agere cum eo, & monere ut omiſſa iſta veſana & importuna libidine, aliquam rationem quæreret eluendorum apud cives delictorum ſuo-

πρὸς τοὺς πολίτας. ἀπωσαμένου δ' ἐκείνου καὶ καταφρονήσαντος, οὕτω παραλαβὼν τῶν μὲν οἰκείων Αἰσχύλον, ἀδελφὸν ὄντα τῆς Τιμοφάνους γυναικὸς, τῶν δὲ φίλων τὸν μάντιν, ὃν Σάτυρον μὲν Θεόπομπος, Ἔφορος δὲ καὶ Τίμαιος Ὀρθαγόραν ὀνομάζουσιν, καὶ διαλιπὼν ἡμέρας ὀλίγας, αὖθις ἀνέβη πρὸς τὸν ἀδελφόν· καὶ περιστάντες αὐτὸν οἱ τρεῖς καθικέτευον, ἀλλὰ νῦν γε χρησάμενον λογισμῷ μεταβαλέσθαι. τοῦ δὲ Τιμοφάνους πρῶτον μὲν αὐτῶν καταγελῶντος, ἔπειτα δὲ πρὸς ὀργὴν ἐκφερομένου καὶ χαλεπαίνοντος, ὁ μὲν Τιμολέων ἀποχωρήσας μικρὸν αὐτοῦ, καὶ συγκαλυψάμενος, εἱστήκει δακρύων· ἐκεῖνοι δὲ τὰ ξίφη σπασάμενοι, ταχὺ διαφθείρουσιν αὐτόν.

Τῆς δὲ πράξεως διαβοηθείσης, οἱ μὲν κράτιστοι τῶν Κορινθίων ἐπῄνουν τὴν μισοπονηρίαν καὶ μεγαλοψυχίαν τοῦ Τιμολέοντος, ὅτι χρηστὸς ὢν καὶ φιλοίκειος, ὅμως τὴν πατρίδα τῆς οἰκίας, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον προετίμησεν τοῦ συμφέροντος, ἀριστεύοντα μὲν ὑπὲρ τῆς πατρίδος διασώσας τὸν ἀδελφὸν, ἐπιβουλεύσαντα δὲ αὐτῇ καὶ καταδουλωσάμενον ἀποκτείνας. οἱ δὲ μὴ δυνάμενοι ζῆν ἐν τῇ δημοκρατίᾳ, καὶ πρὸς τοὺς δυνάστας ἀποβλέπειν εἰωθότες, τῷ μὲν θανάτῳ τοῦ τυράννου προσεποιοῦντο χαίρειν, τὸν δὲ Τιμολέοντα λοιδοροῦντες, ὡς ἀσεβὲς ἐξειργασμένον καὶ μυσῶδες ἔργον, εἰς ἀθυμίαν περιέστησαν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν μητέρα δυσφορεῖν πυθόμενος, καὶ φωνάς τε δεινὰς καὶ κατάρας ἐπ' αὐτὸν ἀρᾶσθαι φρικώδεις, ἐβάδιζε παραμυθησόμενος, ἡ δὲ προσιδεῖν οὐχ ὑπέμεινε τὴν ὄψιν, ἀλλὰ τὴν οἰκίαν ἀπέκλεισε, τότε δὴ παντάπασι περίλυπος γενόμενος, καὶ συνταραχθεὶς τὴν διάνοιαν,

ὡρ-

suorum. Quo repellente & repudiante monitionem suam, adsciscit tandem sibi ex necessariis fratrem uxoris Timophanis Æschylum, atque ex amicis vatem, quem Satyrum Theopompus, Ephorus & Timæus Orthagoram vocant; atque intermissis paucis diebus ascendit iterum ad fratrem, circumsistentesque hi tres eum, tunc saltem resipisceret mutaretque sententiam, obsecraverunt. Sed quum eos Timophanes primum rideret, deinde in iram irrumperet & indignaretur, recessit Timoleon paululum a fratre, obvolutoque capite, constitit lacrymabundus; illi strictis gladiis hominem confestim obtruncarunt.

Re divulgata, Corinthiorum primores improbitatis odium in Timoleonte & magnitudinem animi extulerunt, quod, quamvis mitis & in suos esset pius, patriam tamen propinquitati, honestumque & rectum potius duxisset utili; qui præclare pro patria certantem servasset fratrem, eundem, postquam insidiis eam circumvenit & oppressit, interemisset. Qui vero vivere in æquabili libertate non poterant, & erant dominos soliti respicere, tyranni quidem cæde simulabant lætari se, sed Timoleontem, ut impium & nefandum facinus ausum, insectando animum ejus infregere. Ut vero matrem quoque iniquo animo ferre intellexit id factum, & devovere caput suum dirasque imprecari sibi, atque profectum ad ipsam leniendam, illa ne in conspectum quidem admisit, sed præclusit fores; tum oppressus penitus dolore,

atque

ὥρμησε μὲν, ὡς διαφθερῶν ἑαυτὸν, ἀπέχεσθαι τροφῆς· τῶν δὲ φίλων οὐ περιϊδόντων, ἀλλὰ πᾶσαν δέησιν καὶ πᾶσαν ἀνάγκην προσενεγκαμένων, ἔγνω ζῆν καθ' ἑαυτὸν ἐκ μέσου γενόμενος, καὶ πολιτείαν μὲν ἅπασαν ἀφῆκεν, τοὺς δὲ πρώτους χρόνους οὐδὲ κατιὼν εἰς πόλιν, ἀλλ' ἀδημονῶν καὶ πλανώμενος ἐν τοῖς ἐρημοτάτοις τῶν ἀγρῶν διετέλεσεν.

Οὕτως αἱ κρίσεις, ἂν μὴ βεβαιότητα καὶ ῥώμην ἐκ λόγου καὶ φιλοσοφίας προσλάβωσιν ἐπὶ τὰς πράξεις, σείονται καὶ παραφέρονται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τυχόντων ἐπαίνων καὶ ψόγων, ἐκκρουόμεναι τῶν οἰκείων λογισμῶν. δεῖ γὰρ οὐ μόνον τὴν πρᾶξιν καλὴν εἶναι καὶ δικαίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν ἀφ' ἧς πράττεται μόνιμον καὶ ἀμετάπτωτον, ἵνα πράττωμεν δοκιμάσαντες· μηδ' ὥσπερ οἱ λίχνοι, τὰ πλήσμια τῶν ἐδεσμάτων ὀξυτάτῃ διώκοντες ἐπιθυμίᾳ, τάχιστα δυσχεραίνουσιν ἐμπλησθέντες· οὕτως ἡμεῖς ἐπὶ ταῖς πράξεσι συντελεσθείσαις ἀθυμῶμεν δι' ἀσθένειαν, ἀπομαραινομένης τῆς τοῦ καλοῦ φαντασίας. αἰσχρὸν γὰρ ἡ μετάνοια ποιεῖ καὶ τὸ καλῶς πεπραγμένον· ἡ δ' ἐξ ἐπιστήμης ὡρμημένη καὶ λογισμοῦ προαίρεσις, οὐδ' ἂν πταίσωσιν αἱ πράξεις, μεταβάλλεται. διὸ Φωκίων μὲν ὁ Ἀθηναῖος, τοῖς ὑπὸ Λεωσθένους πραττομένοις ἐναντιωθεὶς, ἐπειδὴ κατορθοῦν ἐκεῖνος ἐδόκει, καὶ θύοντας ἑώρα καὶ μεγαλαυχουμένους τῇ νίκῃ τοὺς Ἀθηναίους, εἶπεν ὡς ἐβούλετο ἂν αὐτῷ ταῦτα μὲν πεπρᾶχθαι, βεβουλεῦσθαι δ' ἐκεῖνα. σφοδρότερον δ' Ἀριστείδης ὁ Λοκρὸς, εἷς ὢν τῶν Πλάτωνος ἑταίρων, αἰτοῦντος μὲν αὐτῷ γυναῖκα Διονυσίου τοῦ πρεσβυτέρου μίαν τῶν θυγατέρων, ἥδιον ἂν ἔφη νεκρὰν ἰδεῖν τὴν κα-

atque animo perculsus, instituit conficere se inedia. Verum amicis curam ejus gerentibus, variasque preces & omnem adhibentibus vim, statuit privatus in solitudine degere: atque a republica prorsus removit se, diu etiam urbe abstinuit, mœrensque & vagans in prædiis maxime solis agebat.

Usque adeo judicia, nisi stabilitatem & nervos ex ratione & philosophia factis suis accommodaverint, vacillant, & quibusvis laudibus vel probris transversum auferuntur, suaque ipsis consilia facile extorquentur. Debet enim non actio modo honesta & justa esse, sed & firma atque immota a qua efficiatur opinio, ut cum judicio agamus: non sicut voraces, qui cibariorum saginam acerrima persequuntur aviditate, sed citissime nauseant saturi; ita rebus nos perpetratis abjiciamus animum per imbecillitatem, elanguescente honesti specie. Reddit enim pœnitentia vel id quod recte factum est turpe: at profecta ex certa ratione deliberatio, ne si impingant quidem actiones, variat. Quapropter Atheniensis Phocion cœptis reluctatus Leosthenis, ubi magnificas res gerere ille visus est, victimasque populum Atheniensem cædentem, ac gestientem victoria vidit, Lætarer quidem, inquit, si hæc gessissem: sed non pœnitet me consiliorum. Acrius Aristides Locrensis, Platonis sodalium unus, quum ab eo Dionysius major unius filiarum ejus nuptias petisset: Mortuam, inquit, malim puellam aspicere, quam ma-

κόρην, ἢ τυράννῳ συνοικοῦσαν. ἀποκτείναντος δὲ τοὺς παῖδας αὐτοῦ μετ' ὀλίγον χρόνον τοῦ Διονυσίου, καὶ πυθομένου πρὸς ὕβριν, εἰ τὴν αὐτὴν ἔτι γνώμην ἔχοι περὶ τῆς ἐκδόσεως τῶν θυγατέρων, ἀπεκρίνατο, τοῖς μὲν γεγενημένοις λυπεῖσθαι, τοῖς δ' εἰρημένοις μὴ μεταμελεῖσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως μείζονος καὶ τελειοτέρας ἀρετῆς ἐστιν.

Τὸ δὲ Τιμολέοντος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις πάθος, εἴτ' οἶκτος ἦν τοῦ τεθνηκότος, εἴτε τῆς μητρὸς αἰδὼς, οὕτω κατέκλασε καὶ συνέτριψεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, ὥστ' εἴκοσι σχεδὸν ἐτῶν διαγενομένων, μηδεμιᾶς ἐπιφανοῦς μηδὲ πολιτικῆς ἅψασθαι πράξεως. ἀναγορευθέντος οὖν αὐτοῦ, καὶ τοῦ δήμου προθύμως δεξαμένου καὶ χειροτονήσαντος, ἀναστὰς Τηλεκλείδης, ὁ τότε καὶ δυνάμει καὶ δόξῃ πρωτεύων ἐν τῇ πόλει, παρεκάλει τὸν Τιμολέοντα περὶ τὰς πράξεις ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι καὶ γενναῖον. Ἂν μὲν γὰρ, ἔφη, καλῶς ἀγωνίσῃ, τύραννον ἀνῃρηκέναι δόξομεν· ἂν δὲ φαύλως, ἀδελφόν. παρασκευαζομένου δὲ τοῦ Τιμολέοντος τὸν ἔκπλουν, καὶ στρατιώτας συνάγοντος, ἐκομίσθη γράμματα πρὸς τοὺς Κορινθίους παρ' Ἱκέτου, μηνύοντα τὴν μεταβολὴν αὐτοῦ καὶ προδοσίαν. ὡς γὰρ τάχιστα τοὺς πρέσβεις ἐξέπεμψεν, τοῖς Καρχηδονίοις προσθέμενος ἀναφανδὸν, ἔπραττε μετ' ἐκείνων, ὅπως Διονύσιον ἐκβαλὼν Συρακουσῶν, αὐτὸς ἔσται τύραννος. καὶ δεδοικὼς μὴ πρότερον ἐλθούσης ἐκ Κορίνθου δυνάμεως καὶ στρατηγοῦ, διαφύγωσιν αἱ πράξεις αὐτὸν, ἔπεμψεν ἐπιστολὴν τοῖς Κορινθίοις φράζουσαν, ὡς οὐδὲν δέοι πράγματα καὶ δαπάνας ἔχειν αὐτοὺς, πλέοντας εἰς Σικελίαν καὶ κινδυνεύοντας, ἄλλως

τε

matrimonio junctam cum tyranno. Ut paulo post, liberos ejus interemit Dionysius, & per ludibrium quæsivit, num de filiarum nuptiis in eadem maneret sententia, Factis respondit angi se ipsius, non pœnitere dictorum suorum. Cæterum majoris hæc fortassis sunt & consummatioris virtutis.

At Timoleontis mentem perturbatio animi ex iis quæ acta erant, sive defuncti miseratio, sive pudor matris erat, ita fregit & oppressit, ut viginti prope interjectos annos actionem insignem vel publicam attigerit nullam. Ergo renunciato eo, ac populo libenter id suffragiis approbante, exsurgens Teleclides, opibus tunc & claritate princeps civitatis, hortatus Timoleontem est, ut illa in provincia bonum & egregium virum se præberet: Si enim decertaveris, inquit, præclare, tyrannum occidisse te arbitrabimur: sin ignaviter, fratrem. Interea dum classem instruit Timoleon & delectum habet, redditæ sunt Corinthiis ab Icete literæ, quibus mutationem & proditionem suam declaravit: nam simul atque legatos misit, Carthaginiensibus sociatus aperte agebat cum illis, ut, exacto Dionysio, ipse tyrannidem sibi quæreret. Veritus autem ne, prævenientibus Corintho copiis & duce, cœpta frustrarentur se, misit Corinthiis epistolam, qua significavit ne fatigarent se, neu impensas subirent in expeditionem Siciliensem, nec pericula eo nomine susciperent, maxime quum id

ve-

του Καρχηδονίων ἀπαγορευόντων, καὶ παραφυλαττομένων ναυσὶ πολλαῖς τὸν στόλον, οὓς αὐτὸς ἀναγκασθείς, ἐκείνων βραδυνόντων, ποιήσαιτο συμμάχους ἐπὶ τὸν τύραννον. τούτων δὲ τῶν γραμμάτων ἀναγνωσθέντων, εἰ καί τις ἠπίως εἶχε πρότερον τῶν Κορινθίων πρὸς τὴν στρατείαν, τότε πάντας ἡ πρὸς τὸν Ἱκέτην ὀργὴ παρώξυνεν, ὥστε συγχορηγῆσαι προθύμως τῷ Τιμολέοντι, καὶ συμπαρασκευάσαι τὸν ἔκπλουν.

Γενομένων δὲ τῶν νεῶν ἑτοίμων, καὶ τοῖς στρατιώταις ὧν ἔδει πορισθέντων, αἱ μὲν ἱέρειαι τῆς Κόρης ὄναρ ἔδοξαν ἰδεῖν τὰς Θεὰς πρὸς ἀποδημίαν τινὰ στελλομένας, καὶ λεγούσας ὡς Τιμολέοντι μέλλουσι συμπλεῖν εἰς Σικελίαν. διὸ καὶ τριήρη κατασκευάσαντες ἱερὰν οἱ Κορίνθιοι, ταῖν Θεαῖν ἐπωνόμασαν. αὐτὸς δ' ἐκεῖνος εἰς Δελφοὺς πορευθείς, ἔθυσε τῷ Θεῷ, καὶ καταβαίνοντος εἰς τὸ μαντεῖον αὐτοῦ, γίνεται σημεῖον. ἐκ γὰρ τῶν κρεμαμένων ἀναθημάτων ταινία τις ἀπορρυεῖσα, καὶ φερομένη, στεφάνους ἔχουσα καὶ νίκας ἐμπεποικιλμένας, περιέπεσε τῇ κεφαλῇ τοῦ Τιμολέοντος, ὡς δοκεῖν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ στεφανούμενον ἐπὶ τὰς πράξεις προπέμπεσθαι. ναῦς δὲ Κορινθίας ἔχων ἑπτά, Κερκυραίας δὲ δύο, καὶ τὴν δεκάτην Λευκαδίων προσπαρασχόντων, ἀνήχθη. καὶ νυκτὸς ἐμβαλὼν εἰς τὸ πέλαγος, καὶ πνεύματι καλῷ χρώμενος, ἔδοξεν αἰφνιδίως ῥαγέντα τὸν οὐρανὸν ὑπὲρ τῆς νεὼς ἐκχέαι πολὺ καὶ περιφανὲς πῦρ. ἐκ δὲ τούτου λαμπὰς ἀρθεῖσα ταῖς μυστικαῖς ἐμφερής, καὶ συμπαραθέουσα τὸν αὐτὸν δρόμον, ᾗ μάλιστα τῆς Ἰταλίας ἐπεῖχον οἱ κυβερνῆται, κατέσκηψεν. οἱ δὲ μάντεις τὸ φάσμα τοῖς ὀνείρασι τῶν ἱερειῶν μαρτυρεῖν ἀπεφαίνοντο, καὶ τὰς

Θεὰς

vetent Carthaginenſes, & magno numero navium claſſem ipſorum captent, quos ipſe illorum ſubactus cunctatione paraſſet adverſus tyrannum ſocios. His recitatis literis, ſi quis ante Corinthiorum lentus ad eam expeditionem fuerat, tunc cuncti ira flagrarunt in Icetem, ut prompte Timoleonti neceſſaria præberent, & ad apparandam juvarent claſſem.

Qua jam inſtructa, ſubminiſtratiſque omnibus quibus opus erat exercitui, ſacerdotes Proſerpinæ Cererem & Proſerpinam viſæ ſunt videre ad peregre proficiſcendum ſe ornantes, & cum Timoleonte dicentes navigaturas ſe in Siciliam. Quare triremem ſacram Corinthii paraverunt Deabus nuncupatam. Timoleon vero Delphos ipſe profectus, ſacra Apollini fecit, cui in adytum deſcendenti hoc fit prodigium: Ex ſuſpenſis donis vitta delapſa, quæ coronis & victoriis erat diſtincta, caput Timoleontis eſt amplexa, ut coronatus a Deo ad res gerendas mitti videretur. Naves habebat Corinthias ſeptem, duas Corcyrenſes, decimam Leucadii præbuere, cum quibus ſolvit. Nocte quum in alto eſſet, & ſecundo vento veheretur, viſum ei repente cœlum eſt fiſſum, & ſuper navem copioſam effudiſſe & luculentam flammam. Inde fax elata myſticis germana, comitanſque eos & tenens eundem curſum, quam potiſſimum Italiæ partem gubernatores petebant, in eam eſt delata. Vates hanc ſpeciem conſonare cum ſacerdotum ſomniis aſſeverarunt, & huic expeditioni

θεὰς συνεφαπτομένας τῆς στρατείας προφαίνειν ἐξ οὐρανοῦ τὸ σέλας. εἶναι γὰρ ἱερὰν τῆς Κόρης τὴν Σικελίαν· ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τὴν ἁρπαγὴν αὐτόθι μυθολογοῦσι γενέσθαι, καὶ τὴν νῆσον ἐν τοῖς γάμοις ἀνακαλυπτήριον αὐτῇ δοθῆναι.

Τὰ μὲν οὖν παρὰ τῶν θεῶν οὕτω τὸν στόλον ἐθάρρυνεν, καὶ σπεύδοντες ὡς τὸ πέλαγος διαπλέοντες, ἐκομίζοντο παρὰ τὴν Ἰταλίαν. τὰ δ' ἀπὸ τῆς Σικελίας ἀγγελλόμενα, πολλὴν ἀπορίαν τῷ Τιμολέοντι, καὶ δυσθυμίαν τοῖς στρατιώταις παρεῖχεν. ὁ γὰρ Ἱκέτης, μάχῃ νενικηκὼς Διονύσιον, καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῶν Συρακουσῶν κατειληφὼς, ἐκεῖνον μὲν εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὴν καλουμένην νῆσον συνεσταλμένον αὐτὸς συνεπολιόρκει καὶ συμπεριετείχιζε· Καρχηδονίους δὲ φροντίζειν ἐκέλευεν, ὅπως οὐκ ἐπιβήσοιτο Τιμολέων Σικελίας, ἀλλ' ἀπωσθέντων ἐκείνων, αὐτοὶ καθ' ἡσυχίαν διανεμοῦνται πρὸς ἀλλήλους τὴν νῆσον. οἱ δὲ πέμπουσιν εἴκοσι τριήρεις εἰς Ῥήγιον, ἐφ' ὧν ἔπλεον πρεσβευταὶ παρ' αὐτοῦ πρὸς Τιμολέοντα, κομίζοντες λόγους τοῖς πραττομένοις ὁμοίους. παραλογαὶ γὰρ εὐπρεπεῖς, καὶ φάσεις ἦσαν ἐπὶ μοχθηροῖς βουλεύμασιν, ἀξιούντων αὐτὸν μὲν, εἰ βούλοιτο, Τιμολέοντα σύμβουλον ἥκειν παρ' Ἱκέτην, καὶ κοινωνὸν εὖ διαπεπραγμένων ἁπάντων· τὰς δὲ ναῦς καὶ τοὺς στρατιώτας ἀποστέλλειν εἰς Κόρινθον, ὡς τοῦ πολέμου μικρὸν ἀπολείποντος συνῃρῆσθαι, Καρχηδονίων δὲ κωλύειν τὴν διάβασιν, καὶ μάχεσθαι πρὸς βιαζομένους ἑτοίμων ὄντων. ὡς οὖν καταπλεύσαντες εἰς τὸ Ῥήγιον οἱ Κορίνθιοι, τοῖς τε πρεσβεύμασιν τούτοις ἐνέτυχον, καὶ τοὺς Φοίνικας οὐ πρόσω ναυλοχοῦντας κατεῖδον, ἤχθοντο

μὲν

tioni esse præsto Deas, atque hoc jubare cælitus prælucere. Esse enim Proserpinæ Siciliam sacram: nam raptam quoque ibi fabulantur, atque hanc insulam ei nuptiali dono datam.

Ac divinitus quidem ad hunc modum his ominibus confirmata classis fuit, qui pelagus cursim emensi Italiam legebant. Quæ vero ex Sicilia annuntiabantur, ingentem Timoleonti perplexitatem, & angorem objiciebant militibus. Siquidem Dionysium Icetes acie fusum ac Syracusarum plerisque partibus occupatis, arci & illi parti, quæ insula dicitur, circumsidebat, & circumvallabat inclusum; Carthaginensibus curæ esse jusserat, ne Timoleon attingeret Siciliam, sed ipsi repulsis illis libere inter se insulam partirentur. Miserunt hi viginti triremes Rhegium, in quibus illius ad Timoleontem legati vehebantur, quibus mandata factis dederat congruentia. Speciosæ enim captiones erant, & verba ad flagitiosa tegenda consilia: postulaverunt enim ut ipse (si ei videretur) proficisceretur Timoleon ad Icetem, illique in consilio adesset, & omnium esset successuum consors; naves copiasque, quod bellum pene patratum esset, remitteret Corinthum, arcere Carthaginenses classem ipsius trajectu, & armis repellere, si vi agant, paratos esse. Ut igitur Rhegium Corinthii decurrere, & cum his oratoribus venerunt in colloquium, nec procul in ancoris consistentes conspexerunt naves Punicas, delusos

μὲν ὑβρισμένοι, καὶ παρίστατο πᾶσιν ὀργὴ πρὸς τὸν Ἰκέτην, καὶ δέος ὑπὲρ Σικελιωτῶν, οὓς σαφῶς ἑώρων ἆθλα λειπομένους καὶ μισθὸν Ἰκέτῃ μὲν προδοσίας, Καρχηδονίοις δὲ τυραννίδος. ἐδόκει δ' ἀμήχανον ὑπερβαλέσθαι καὶ τὰς αὐτόθι τῶν βαρβάρων ναῦς διπλασίας ἐφορμούσας, καὶ τὴν ἐκεῖ μεθ' Ἰκέτου δύναμιν ἣ στρατηγήσαντες ἥκοιεν.

Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Τιμολέων τοῖς πρεσβευταῖς καὶ τοῖς ἄρχουσι τῶν Καρχηδονίων ἐντυχὼν, ἐπιεικῶς ἔφη πείθεσθαι μὲν οἷς κελεύουσι· (τί γὰρ ἂν καὶ περαίνειν ἀπειθῶν;) ἐθέλειν δὲ ταῦτα πόλεως Ἑλληνίδος καὶ φίλης κοινῆς τῆς Ῥηγίνων ἐναντίον ἀκούσας καὶ εἰπὼν ἀπαλλάττεσθαι. καὶ γὰρ αὐτῷ τοῦτο πρὸς ἀσφάλειαν διαφέρειν, κἀκείνους ἐμμένειν βεβαιότερον οἷς ἐπαγγέλλονται περὶ Συρακουσίων, δήμῳ μάρτυρι τὰς ὁμολογίας παρακαταθεμένους. ταῦτα δ' ὑπέμεινεν αὐτοῖς ἀπάτην ἐπὶ τῇ διαβάσει τεχνάζων, καὶ συνετέχναζον οἱ τῶν Ῥηγίνων στρατηγοὶ πάντες, ἐπιθυμοῦντες ἐν Κορινθίοις τὰ πράγματα τῶν Σικελιωτῶν γενέσθαι, καὶ φοβούμενοι τὴν τῶν βαρβάρων γειτνίασιν. διὸ συνῆγον ἐκκλησίαν, καὶ τὰς πύλας ἀπέκλειον, ὡς μὴ πρὸς ἄλλο τι τρέπεσθαι τοὺς πολίτας· καὶ παρελθόντες εἰς τὸ πλῆθος, ἐχρῶντο μήκει λόγων, ἕτερος ἑτέρῳ παραδιδοὺς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν, πρὸς οὐδὲν τέλος, ἀλλὰ διάγοντες ἄλλως τὸν χρόνον, ἕως ἀναχθῶσιν αἱ τῶν Κορινθίων τριήρεις, καὶ Καρχηδονίους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας κατέχοντες ἀνυπόπτως, ἅτε καὶ τοῦ Τιμολέοντος παρόντος, καὶ παρέχοντος δόκησιν ὅσον οὔπω πρὸς τὸν λόγον ἀνίστασθαι καὶ δημηγορεῖν. ὡς δ' ἀπήγγειλέ τις αὐτῷ κρύφα τὰς μὲν ἄλλας τριήρεις ἀνῆχθαι, μίαν

delusos se dolebant, exarseruntque omnes in Icetem, & timuerunt Siculis, quos aperte videbant præmium relictos & mercedem Iceti proditionis, Pœnis tyrannidis: neque cernebant ulla ratione superare se posse & præsentem barbarorum duplo tanto majorem quam ipsi essent imminentem classem, & illas quæ cum Icete erant, quibuscum militaturi venerant, copias.

Cæterum cum legatis & præfectis Pœnorum Timoleon congressus, placide ait se jussis eorum pariturum: quid enim profecturum non parendo? Velle autem, simul atque hæc ultro citroque coram Græca civitate utrisque amica edidissent Rhegio, se recipere: id & suæ securitatis interesse, & illos fidelius promissis suis de Syracusanis staturos, si apud populum testem pacta edidissent. Hæc proposuit, dolum iis ad transmittendum struens: qua in re administros omnes habebat Rheginorum prætores, qui Corinthios cupiebant in Sicilia rerum potiri, & vicinitatem metuebant barbarorum. Itaque advocaverunt concionem, &, ne cives diverterent alio, portas clausere. Inde progressi in medium, duxerunt in longum orationes, tradideruntque alter alteri idem argumentum, nihil aliud quærentes, nisi ut tempus, dum solvissent naves Corinthiorum, extraherent, detinerentque in concione nihil suspicantes Pœnos; utpote Timoleonte præsente, quem expectabant jamjam exsurrecturum ad dicendum & concionandum. Ut nuntiatum ei a quodam clam est cæteras naves in altum provectas, solam

μίαν δὲ τὴν ἐκείνου περιμένειν ὑπολελειμμένην, διεκδὺς τὸν ὄχλον ἅμα τῶν περὶ τὸ βῆμα Ῥηγίνων συνεπικρυπτόντων, καὶ καταβὰς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ἐξέπλευσεν διὰ ταχέων, καὶ κατήχθησαν εἰς Ταυρομένιον τῆς Σικελίας, ὑποδεχομένου καὶ καλοῦντος αὐτοὺς ἔτι πάλαι προθύμως Ἀνδρομάχου, τοῦ τὴν πόλιν ἔχοντος καὶ δυναστεύοντος. οὗτος ἦν πατὴρ Τιμαίου τοῦ ἱστορικοῦ· καὶ πολὺ κράτιστος τῶν τότε δυναστευόντων ἐν Σικελίᾳ γενόμενος, τῶν τε ἑαυτοῦ πολιτῶν ἡγεῖτο νομίμως καὶ δικαίως, καὶ πρὸς τοὺς τυράννους φανερὸς ἦν ἀεὶ διακείμενος ἀπεχθῶς καὶ ἀλλοτρίως. διὸ καὶ Τιμολέοντι τότε τὴν πόλιν ὁρμητήριον παρέσχε, καὶ τοὺς πολίτας ἔπεισε συναγωνίζεσθαι τοῖς Κορινθίοις, καὶ συνελευθεροῦν τὴν Σικελίαν.

Οἱ δ᾽ ἐν τῷ Ῥηγίῳ Καρχηδόνιοι, τοῦ Τιμολέοντος ἀνηγμένου, καὶ τῆς ἐκκλησίας διαλυθείσης, χαλεπῶς φέροντες ἐν τῷ κατεστρατηγῆσθαι, διατριβὴν τοῖς Ῥηγίνοις παρεῖχον, εἰ Φοίνικες ὄντες οὐκ ἀρέσκοιντο τοῖς δι᾽ ἀπάτης πραττομένοις. πέμπουσι δ᾽ οὖν εἰς τὸ Ταυρομένιον πρεσβευτὴν ἐπὶ τριήρους, ὃς πολλὰ διαλεχθεὶς πρὸς τὸν Ἀνδρόμαχον, ἐπαχθῶς καὶ βαρβαρικῶς ἀνατεινάμενος, εἰ μὴ τὴν ταχίστην ἐκβάλλει τοὺς Κορινθίους, τέλος ὑπτίαν τὴν χεῖρα δείξας, εἶτ᾽ αὖθις καταστρέψας, ἠπείλησε τοιαύτην οὖσαν αὐτῷ τὴν πόλιν, τοιαύτην ποιήσειν. γελάσας δ᾽ ὁ Ἀνδρόμαχος, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀπεκρίνατο· τὴν δὲ χεῖρα, νῦν μὲν ὑπτίαν, ὡς ἐκεῖνος, νῦν δὲ πρηνῆ προτείνας, ἐκέλευσεν ἀποπλεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ βούλοιτο τὴν ναῦν ἀντὶ τοιαύτης γενέσθαι τοιαύτην. ὁ δ᾽ Ἰκέτης πυθόμενος τὴν τοῦ Τιμολέοντος διάβασιν, καὶ φοβηθεὶς,

lam ipsius relictam operiri, elapsus per turbam, simul Rheginis, qui suggestum circumsistebant, eum tegentibus, quum ad mare descendisset, propere solvit. Tauromenium Siciliæ appulere, excipiente eos propense, a quo erant jampridem accersiti, illius oppidi principe & dynaste Andromacho. Pater hic Timæi historici fuit, longe omnium qui tunc dominabantur in Sicilia optimus. Is cives suos legitimo & justo imperio habebat, neque dissimulabat omnibus tyrannis infestum se esse & alienum. Quare Timoleonti hoc oppidum belli sedem aperuit, suosque induxit populares ut arma conjungerent cum Corinthiis, sociosque se ad liberandam Siciliam præberent.

At Pœni, qui Rhegii erant, dimissa a Timoleontis profectione concione, indigne ferentes impositum sibi esse, jocum præbuerunt Rheginis quod Pœnis displicerent res per fallacias gestæ. Hinc legatum cum triremi Tauromenium mittunt: qui post multa odiosa verba apud Andromachum facta & fulmina barbarica, nisi actutum ejiceret Corinthios, postremo manum supinam ostendit, inde invertit, additis minis civitatem ejus se, quæ talis esset, talem redditurum. Et ridens Andromachus, nihil aliud responsi dedit: sed manum, ut ille, nunc supinam protendens nunc pronam, jussit cum nave abire, nisi eam pro tali effici vellet talem. Icetes autem de transmissione Timoleontis certior factus, metuque per-

θεὶς, μετεπέμψατο πολλὰς τῶν Καρχηδονίων τριήρεις. ὅτε καὶ παντάπασι συνέβη τοὺς Συρακουσίους ἀπογνῶναι τὴν σωτηρίαν, ὁρῶντας τοῦ μὲν λιμένος αὐτῶν Καρχηδονίους κρατοῦντας, τὴν δὲ πόλιν Ἱκέτην ἔχοντα· τῆς δ' ἄκρας κυριεύοντα Διονύσιον· Τιμολέοντα δὲ, ὥσπερ ἐκ κρασπέδου τινὸς λεπτοῦ, τῆς Ταυρομενιτῶν πολίχνης, τῇ Σικελίᾳ προσηρτημένον, ἐπ' ἐλπίδος ἀσθενοῦς, καὶ βραχείας δυνάμεως. χιλίων γὰρ αὐτῷ στρατιωτῶν, καὶ τροφῆς τούτοις ἀναγκαίας πλέον οὐδὲν ὑπῆρχεν. οὐδ' ἐπίστευον αἱ πόλεις, διάπλεαι κακῶν οὖσαι, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀπηγριωμέναι τοὺς ἡγουμένους στρατοπέδων, μάλιστα διὰ τὴν Καλλίππου καὶ Φάρακος ἀπιστίαν. ὧν ὁ μὲν Ἀθηναῖος ὢν, ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος, ἀμφότεροι δὲ φάσκοντες ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἥκειν καὶ καταλύειν τοὺς μονάρχους, χρυσὸν ἔδειξαν τῇ Σικελίᾳ τὰς ἐν τῇ τυραννίδι συμφορὰς, καὶ μακαριωτέρους δοκεῖν ἐποίησαν τοὺς καταστρέψαντας ἐν τῇ δουλείᾳ τῶν ἐπιδόντων τὴν αὐτονομίαν.

Οὐδὲν οὖν ἐκείνων βελτίονα τὸν Κορίνθιον ἔσεσθαι προσδοκῶντες, ἀλλὰ ταῦτα πάλιν ἥκειν ἐπ' αὐτοὺς σοφίσματα καὶ δελεάσματα μετ' ἐλπίδων χρηστῶν, καὶ φιλανθρώπων ὑποσχέσεων, εἰς μεταβολὴν δεσπότου καινοῦ τιθασευομένους, ὑπώπτευον καὶ διεκρούοντο τὰς τῶν Κορινθίων προκλήσεις· πλὴν Ἀδρανιτῶν, οἳ πόλιν μικρὰν μὲν, ἱερὰν δ' οὖσαν Ἀδρανοῦ, Θεοῦ τινὸς τιμωμένου διαφερόντως ἐν ὅλῃ Σικελίᾳ, κατοικοῦντες, ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους, οἱ μὲν Ἱκέτην προσαγόμενοι καὶ Καρχηδονίους, οἱ δὲ πρὸς Τιμολέοντα διαπεμπόμενοι. καί πως ἀπ' αὐτομάτου συνέτυχε, σπευδόντων ἀμφοτέρων, εἰς

ἕνα

perculsus, multas accersivit Carthaginensium naves. Tunc vero omnem spem Syracusani salutis deposuerunt, quum Pœnos cernerent portum suum tenere, potiri urbe Icetem, arcem habere Dionysium in potestate, Timoleontem vero ex Tauromenitarum oppidulo, quasi ex minuta fimbria, adhærentem Siciliæ, eumque tenui spe & angustis copiis succinctum. Neque enim plus mille militibus & commeatu his necessario habebat: neque credebant eis civitates Siciliæ, quod oppressæ malis essent & in omnes exasperatæ exercituum duces, præcipue ob Callippi & Pharacis perfidiam: quorum hic Lacedæmonius, Atheniensis ille, quum libertatis eorum causa & obterendorum dominorum ferret uterque se venisse, auream rem esse Siciliæ tyrannidis calamitates ostenderant, effecerantque beatiores ut viderentur illi qui sub tyrannide expiraverant, quam qui libertate superstites fruerentur.

Itaque nihilo illis Corinthium potiorem expectantes fore, sed referri denuo sibi eadem cum magnifica spe & benignis pollicitationibus commenta & blandimenta, quo ad conversionem novi domini lactarentur, suspectas habebant repudiabantque Corinthiorum exhortationes, præterquam Adranitæ, qui angustum quidem oppidum, sed Deo sacrum Adrano, quem tota Sicilia venerantur religiosissime colentes, mutuis inter se agitabantur seditionibus. Horum una pars Icetem & Pœnos accersebat, altera adsciscebat Timoleontem. Accidit autem forte fortuna, dum pro se maturat

turat

ἵνα καιρὸν ἀμφοτέροις γενέσθαι τὴν παρουσίαν. ἀλλ' Ἱκέτης μὲν ἧκεν πεντακισχιλίους στρατιώτας ἔχων, Τιμολέοντι δὲ οἱ σύμπαντες ἦσαν οὐ πλείους χιλίων διακοσίων· οὓς ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ Ταυρομενίου, σταδίων πρὸς τὸ Ἀδρανὸν ὄντων τετταράκοντα καὶ τριακοσίων, τῇ μὲν πρώτῃ τῶν ἡμερῶν οὐ πολὺ μέρος τῆς ὁδοῦ προέλαβε, καὶ κατηυλίσατο· τῇ δ' ὑστεραίᾳ συντόνως ὁδεύσας, καὶ χαλεπὰ χωρία διελθὼν, ἤδη τῆς ἡμέρας καταφερομένης ἤκουσεν ἄρτι προσμιγνύναι τὸν Ἱκέτην τῷ πολιχνίῳ, καὶ καταστρατοπεδεύειν. οἱ μὲν οὖν λοχαγοὶ καὶ ταξίαρχοι τοὺς πρώτους ἐπέστησαν, ὡς ἐμφαγοῦσι καὶ διαναπαυσαμένοις χρησόμενοι προθυμοτέροις· ὁ δὲ Τιμολέων ἐπιπορευόμενος ἐδεῖτο ταῦτα μὴ ποιεῖν, ἀλλ' ἄγειν κατὰ τάχος, καὶ συνάπτειν τοῖς πολεμίοις ἀσυντάκτοις οὖσιν, ὡς εἰκὸς ἄρτι παυομένους ὁδοιπορίας, καὶ περὶ σκηνὰς καὶ δεῖπνον ἀσχόλους ὄντας. καὶ λέγων ἅμα ταῦτα, τὴν ἀσπίδα λαβὼν ἡγεῖτο πρῶτος, ὥσπερ ἐπὶ νίκην πρόδηλον. οἱ δ' εἵποντο τεθαῤῥηκότες, ἔλαττον ἢ τριάκοντα σταδίους ἔτι τῶν πολεμίων ἀπέχοντες. ὡς δὲ καὶ τούτους διῆλθον, ἐπιπίπτουσιν αὐτοῖς ταραττομένοις καὶ φεύγουσιν, ὡς πρῶτον ᾔσθοντο προσιόντας. ὅθεν δὴ ἀνῃρέθησαν μὲν οὐ πολλῷ πλείους τριακοσίων, ἑάλωσαν δὲ δὶς τοσοῦτοι ζῶντες· ἐλήφθη δὲ τὸ στρατόπεδον. οἱ δὲ Ἀδρανῖται τὰς πύλας ἀνοίξαντες προσέθεντο τῷ Τιμολέοντι, μετὰ φρίκης καὶ θαύματος ἀπαγγέλλοντες ὡς ἐνισταμένης τῆς μάχης οἱ μὲν ἱεροὶ τοῦ νεὼ πυλῶνες αὐτόματοι διανοιχθεῖεν, ὀφθείη δὲ τοῦ Θεοῦ τὸ μὲν δόρυ σειόμενον ἐκ τῆς αἰχμῆς ἄκρας, τὸ δὲ πρόσωπον ἱδρῶτι πολλῷ ῥεόμενον.

Ταῦ-

turat uterque, ut sub idem tempus adessent ambo. Verum ducebat Icetes secum quinque millia militum, Timoleon milites habebat non amplius mille ducentos. Cum his a Tauromenio movit, quod distat ab Adrano quadraginta duo millia quingentos passus, nec multum itineris primo die emensus, castrametatus est. Postero die ducto raptim agmine, ac superatis asperis locis, præcipiti jam in vesperum die accepit ad oppidum accessisse Icetem, juxtaque castra ponere. Hic manipulorum & ordinum ductores consistere principes jubent, ut refecti cibo & quiete dimicarent alacrius. Cæterum advolans Timoleon oravit, omitterent hoc, & citatum agmen raperent, quo inconditos hostes (ut verisimile erat) recentes ab itinere atque ad tentoria & cœnam parandam occupatos adorirentur. Simul cum dicto arrepto clypeo ante ordines procedit, velut ad certam victoriam. Sequuti cæteri sunt animo erecto. Aberant ab hostibus minus quatuor millia passuum: quibus confectis, incidunt in tumultuantes, & fugam capessentes ut primum adesse eos sensere. Quod in causa fuit ut trecenti, nec multo plus ceciderint, bis totidem vivi in eorum potestatem venerint: castra quoque capta. Adranitæ patefactis portis in Timoleontis partes concessere, cum horrore & stupore nuntiantes fuisse sacra vestibula templi in ipso articulo prœlii sua sponte patefacta, visam Dei hastam summa cuspide vibrare, faciemque ejus largo sudore manare.

Hæc

Ταῦτα δ', ὡς ἔοικεν, οὐ τὴν τότε νίκην ἐσήμαινε μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς μετὰ ταῦτα πράξεις, αἷς ἐκεῖνος ὁ ἀγὼν ἀρχὴν εὐτυχῆ παρέσχεν. καὶ γὰρ πόλεις εὐθὺς ἐπιπρεσβευόμεναι προσετίθεντο τῷ Τιμολέοντι, καὶ Μάμερκος ὁ Κατάνης τύραννος, πολεμιστὴς ἀνὴρ καὶ χρήμασιν ἐρρωμένος, ἔδωκεν αὐτὸν εἰς συμμαχίαν. τὸ δὲ μέγιστον, αὐτὸς Διονύσιος ἀπειρηκὼς ἤδη ταῖς ἐλπίσι, καὶ μικρὸν ἀπολιπὼν ἐκπολιορκεῖσθαι, τοῦ μὲν Ἱκέτου κατεφρόνησεν αἰσχρῶς ἡττημένου, τὸν δὲ Τιμολέοντα θαυμάζων, ἔπεμψεν ἐκείνῳ καὶ Κορινθίοις παραδιδοὺς αὐτὸν καὶ τὴν ἀκρόπολιν. δεξάμενος δ' ὁ Τιμολέων τὴν ἀνέλπιστον εὐτυχίαν, ἀποστέλλει τοὺς περὶ Εὐκλείδην καὶ Τηλέμαχον ἄνδρας Κορινθίους εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ στρατιώτας τετρακοσίους, οὐχ ὁμοῦ πάντας, οὐδὲ φανερῶς, ἀδύνατον γὰρ ἦν, ἐφορμούντων πολεμίων, ἀλλὰ κρύφα καὶ κατ' ὀλίγους παρεισπεσόντας. οἱ μὲν οὖν στρατιῶται παρέλαβον τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὰ τυραννεῖα μετὰ τῆς παρασκευῆς, καὶ τῶν χρησίμων πρὸς τὸν πόλεμον. ἵπποι τε γὰρ ἐνῆσαν οὐκ ὀλίγοι, καὶ πᾶσα μηχανημάτων ἰδέα, καὶ βελῶν πλῆθος. ὅπλων δ' ἀπέκειντο μυριάδες ἑπτὰ τεθησαυρισμένων ἐκ παλαιοῦ, στρατιῶται δὲ διχίλιοι τῷ Διονυσίῳ παρῆσαν, οὓς ἐκεῖνος, ὡς τἆλλα τῷ Τιμολέοντι παρέδωκεν. αὐτὸς δὲ χρήματα λαβὼν καὶ τῶν φίλων οὐ πολλοὺς, ἔλαθεν ἐκπλεύσας τὸν Ἱκέτην. καὶ κομισθεὶς εἰς τὸ τοῦ Τιμολέοντος στρατόπεδον, τότε πρῶτον ἰδιώτης καὶ ταπεινὸς ὀφθεὶς, ἐπὶ μιᾶς νεὼς καὶ χρημάτων ὀλίγων εἰς Κόρινθον ἀπεστάλη· γεννηθεὶς μὲν καὶ τραφεὶς ἐν τυραννίδι

τῇ

Hæc profecto non eam tantum victoriam spoponderunt, verum etiam res consequentes, quibus feliciter aperuit illud certamen fores. Etenim civitates missis extemplo legatis conjunxerunt se Timoleonti. Jam Mamercus Catanæ tyrannus, vir bello fortis & pecuniosus, societatem ejus quæsivit; & quod erat præcipuum, Dionysius spem jam despondens, quum tantum non obsidione expugnatus esset, Icetem fœde fusum despexit: ad Timoleontem autem, quem habebat in admiratione, legatis missis, in fidem ejus & Corinthiorum se arcemque permisit. Hanc prosperam tam inexpectatam fortunam Timoleon amplexus, Euclidem & Telemachum, cives Corinthios, in arcem mittit cum militibus quadringentis, non simul omnibus, neque propalam (quippe id fieri portum insidentibus hostibus non poterat) sed furtim & catervatim irrepsere. Hi milites arcem & tyranni cum omni instrumento sedem atque cum rebus ad bellum necessariis accepererunt. Equorum ibi inventus haud exiguus numerus, omnisque generis machinæ & telorum vis ingens. Armorum recondita erant LXX millia, quæ fuerant ex longo tempore parata. Habebat insuper duo millia militum Dionysius, quos Timoleonti ille præter cætera tradidit. Ipse cum pecunia & paucis amicis in Timoleontis est castra clam Icete devectus. Ac tunc primum privatus & demissus est visus, unoque navigio cum modico pecuniæ Corinthum deportatus, qui in tyrannide natus fuisset & enutritus omnium

nium

τῇ πασῶν ἐπιφανεστάτῃ καὶ μεγίστῃ, κατασχὼν δὲ ταύτην ἔτη δέκα, δώδεκα δ' ἄλλα μετὰ τὴν Δίωνος στρατείαν ἐν ἀγῶσι καὶ πολέμοις διαφορηθείς· ἃ δ' ἔπραξε τυραννῶν, οἷς ἔπαθεν ὑπερβαλόμενος. καὶ γὰρ υἱῶν ἐνηλίκων θανάτους, καὶ θυγατέρων καταπορνεύσεις παρθένων ἐπεῖδε, καὶ τὴν αὐτὴν ἀδελφὴν καὶ γυναῖκα, ζῶσαν μὲν, εἰς τὸ σῶμα ταῖς ἀσελγεστάταις ὑπὸ τῶν πολεμίων ἡδοναῖς παρανομηθεῖσαν, βίᾳ δ' ἀποθανοῦσαν μετὰ τῶν τέκνων, καὶ καταποντισθεῖσαν εἰς τὸ πέλαγος. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς περὶ Δίωνος ἀκριβῶς γέγραπται.

Τοῦ δὲ Διονυσίου καταπλεύσαντος εἰς Κόρινθον, οὐδεὶς ἦν Ἑλλήνων ὃς οὐχὶ θεάσασθαι καὶ προσειπεῖν ἐπόθησεν αὐτόν· ἀλλ' οἵ τε χαίροντες ἐπὶ ταῖς συμφοραῖς διὰ μῖσος ἄσμενοι συνῆλθον, οἷον ἐῤῥιμμένον ὑπὸ τῆς τύχης πατήσοντες· οἵ τε πρὸς τὴν μεταβολὴν τρεπόμενοι καὶ συμπαθοῦντες, ἐθεῶντο πολλὴν ἐν ἀσθενέσι τοῖς ἀνθρώποις καὶ προδήλοις τὴν τῶν ἀδήλων αἰτιῶν καὶ θείων δύναμιν. οὐδὲν γὰρ οὔτε φύσεως ὁ τότε καιρὸς, οὔτε τέχνης, ὅσον ἐκεῖνο τύχης ἔργον ἐπεδείξατο, τὸν Σικελίας ὀλίγον ἔμπροσθεν τύραννον, ἐν Κορίνθῳ διατρίβοντα περὶ τὴν ὀψόπωλιν, ἢ καθήμενον ἐν μυροπωλίῳ, πίνοντα κεκραμένον ἀπὸ τῶν καπηλείων, καὶ διαπληκτιζόμενον ἐν μέσῳ τοῖς ἀφ' ὥρας ἐργαζομένοις γυναίοις, τὰς δὲ μουσουργοὺς ἐν ταῖς ᾠδαῖς διδάσκοντα, καὶ περὶ θεατρικῶν ᾀσμάτων ἐρίζειν σπουδάζοντα πρὸς ἐκείνας περὶ μέλους ἁρμονίας. ταῦτα δ' οἱ μὲν ἄλλως ἀλύοντα, καὶ φύσει ῥάθυμον ὄντα καὶ φιλακόλαστον, ᾤοντο ποιεῖν τὸν Διονύσιον· οἱ δ'

nium clariſſima & maxima, quam decem annos tenuerat, alios fuerat duodecim a bello per Dionem geſto certaminibus & bellis jactatus. Hic ſcelera ſua ſuperavit calamitatibus: filiorum enim adultorum funera, filias virgines conſpexit conſtupratas, ſororis ejuſdemque conjugis obſcœniſſimis libidinibus ab hoſtibus violatum corpus, eam inde vi cum liberis peremptam & in altum demerſam: quæ in Dionis hiſtoria ſumus accuratius perſequuti.

Dionyſium, poſtquam delatus Corinthum eſt, nemo fuit inter Græcos quin aſpicere & appellare deſideraret. Alii cladibus ejus ex odio læti libenter eo concurrerunt, ut a fortuna velut præcipitatum conculcarent; alii inclinationem reſpicientes atque vicem ejus dolentes, contemplabantur in rebus infirmis mortalium & manifeſtis exemplis obſcurarum & divinarum virtutem cauſarum. Nullum enim tantum vel naturæ ea tempeſtas vel artis, quantum illud fortunæ opus edidit, quæ illum oſtendit paulo ante Siciliæ tyrannum, agentem cum muliere quæ exercebat popinam, vel in myropolio ſedentem, bibentem ex cauponis dilutum, & altercantem in publico cum mulierculis, quæ formam quæſtui habebant, pſaltrias in cantibus docentem, & circa cantilenas theatricas cum iis enixe de modorum digladiantem concentu. Hæc facere ideo Dionyſium aliqui, quod alias torpidus & ignavus ſua ſponte eſſet atque protervus, exiſtimabant: alii quo

δ' ὑπὲρ τοῦ καταφρονεῖσθαι καὶ μὴ φοβερὸν εἶναι τοῖς Κορινθίοις, μηδ' ὕποπτον, ὡς βαρυνόμενον τὴν μεταβολὴν τοῦ βίου, καὶ πραγμάτων ἐφιέμενον, ἐπιτηδεύειν, καὶ ὑποκρίνεσθαι παρὰ φύσιν πολλὴν ἀβελτηρίαν ἐπιδεικνύμενον ἐν τῷ σχολάζειν.

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λόγοι τινὲς αὐτοῦ μνημονεύονται, δι' ὧν ἐδόκει συμφέρεσθαι τοῖς παροῦσιν οὐκ ἀγεννῶς. τοῦτο μὲν γὰρ, εἰς Λευκάδα καταχθεὶς πόλιν ἀπῳκισμένην ὑπὸ Κορινθίων, ὥσπερ τὴν Συρακουσίων, ταυτὸν ἔφη πεπονθέναι τοῖς ἐν ἁμαρτήμασι γενομένοις τῶν νεανίσκων. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι τοῖς μὲν ἀδελφοῖς ἱλαρῶς συνδιατρίβουσι, τοὺς δὲ πατέρας αἰσχυνόμενοι φεύγουσιν· οὕτως αὐτὸς αἰδούμενος τὴν μητρόπολιν, ἡδέως ἂν αὐτόθι μετ' ἐκείνων κατοικεῖν. τοῦτο δὲ, ἐν Κορίνθῳ ξένου τινὸς ἀγροικότερον εἰς τὰς μετὰ τῶν φιλοσόφων διατριβὰς, αἷς τυραννῶν ἔχαιρεν, χλευάζοντος αὐτὸν, καὶ τέλος, ἐρωτῶντος τί δὴ τῆς Πλάτωνος ἀπολαύσειεν σοφίας; Οὐδὲν, ἔφη, σοὶ δοκοῦμεν ὑπὸ Πλάτωνος ὠφελῆσθαι, τύχης μεταβολὴν οὕτω φέροντες; πρὸς δὲ τὸν μουσικὸν Ἀριστόξενον, καί τινας ἄλλους, πυνθανομένους ὁπόθεν αὐτῷ, καὶ τίς ἡ πρὸς Πλάτωνα γένοιτο μέμψις, πολλῶν ἔφη κακῶν τὴν τυραννίδα μεστὴν οὖσαν, οὐδὲν ἔχειν τηλικοῦτον, ἡλίκον τὸ μηδένα τῶν λεγομένων φίλων μετὰ παῤῥησίας διαλέγεσθαι· καὶ γὰρ αὐτὸς ὑπ' ἐκείνων ἀποστερηθῆναι τῆς Πλάτωνος εὐνοίας. ἐπεὶ δὲ τῶν βουλομένων τις εὐφυῶν εἶναι, σκώπτων τὸν Διονύσιον ἐξέσειε τὸ ἱμάτιον εἰσιὼν πρὸς αὐτὸν, ὡς δὴ πρὸς τύ-

quo contemneretur, nec formidabilis Corinthiis foret vel suspectus, quasi graviter ferret vicissitudinem vitæ, & dominandi cupiditate flagraret, magnamque affectasse & simulasse præter ingenium suum, atque ad otium fallendum præ se tulisse stoliditatem.

Et quidem commemorantur nonnulla ejus dicta quæ declararunt non tulisse eum præsentem fortunam abjecte: quod partim hinc intelligas; Leucadem delatus (quæ colonia erat, sicut Syracusæ, Corinthiorum) idem sibi ait quod adolescentibus qui peccassent usu venire: ut enim illi hilariter versantur cum fratribus, sed ex verecundia patrum conspectum fugiunt; ita rubore se urbis quæ autor originis suæ sit, libentem apud illos ibi mansurum. Partim inde, quod quum hospes quidam Corinthi de ejus cum philosophis consuetudine, qua capiebatur in dominatu, asperius ei insultaret, rogaretque ad postremum, quemnam ex Platonis cepisset sapientia fructum, Nihilne (inquit) tibi profectus videmur a Platone assequuti, qui ita vices feramus fortunæ? Ad musicum Aristoxenum & certos alios qui quærebant unde & quænam adversus Platonem ei offensio extitisset, Tyrannis (inquit) cum multis est referta malis, tum longe maximo, quod nemo ex iis qui dicuntur amici, libere loquatur: siquidem illorum se opera Platonis fuisse benevolentia spoliatum. Quum quidam ex illis qui faceti volebant esse, ad ludibrium vestem, ingressus ad eum sicut ad tyrannum,

τύραννον, ἀντισκώπτων ἐκεῖνος, ἐκέλευε τοῦτο ποιεῖν ὅταν ἐξίῃ παρ' αὐτοῦ, μή τι τῶν ἔνδον ἔχων ἀπέλθῃ. Φιλίππου δὲ τοῦ Μακεδόνος παρὰ πότον τινὰ λόγον μετ' εἰρωνείας ἐμβαλόντος περὶ τῶν μελῶν καὶ τῶν τραγῳδιῶν, ἃς ὁ πρεσβύτερος Διονύσιος κατέλιπεν, καὶ προσποιουμένου διαπορεῖν ἐν τίνι χρόνῳ ταῦτα ποιεῖν ἐκεῖνος ἐσχόλαζεν· οὐ φαύλως ἀπήντησεν ὁ Διονύσιος, εἰπὼν, Ἐν ᾧ σὺ, κἀγὼ, καὶ πάντες οἱ μακάριοι δοκοῦντες εἶναι, περὶ κώθωνα διετρίβομεν. Πλάτων μὲν οὖν οὐκ ἐπεῖδεν ἐν Κορίνθῳ Διονύσιον, ἀλλ' ἔτυχεν ἤδη τεθνηκώς· ὁ δὲ Σινωπεὺς Διογένης ἀπαντήσας αὐτῷ πρῶτον, Ὡς ἀναξίως, ἔφη, Διονύσιε ζῇς. Ἐπιστάντος δὲ ἐκείνου, καὶ εἰπόντος, Εὖ ποιεῖς, ὦ Διόγενες, συναχθόμενος ἡμῖν ἠτυχηκόσιν. Τί γάρ; εἶπεν ὁ Διογένης, οἴει μέ σοι συναλγεῖν, οὐ διαγανακτεῖν, ὅτι τοιοῦτον ἀνδράποδον ὢν, καὶ τοῖς τυραννείοις, ὥσπερ ὁ πατὴρ, ἐπιτήδειος ἐγγηράσας ἀποθανεῖν, ἐνταῦθα παίζων καὶ τρυφῶν διάγεις μεθ' ἡμῶν; ὥστέ μοι παραβάλλοντι τούτοις τὰς Φιλίστου φωνὰς, ἃς ἀφίησι περὶ τῶν Λεπτίνου θυγατέρων ὀλοφυρόμενος, ὡς ἐκ μεγάλων ἀγαθῶν τῶν τῆς τυραννίδος εἰς ταπεινὴν ἀφιγμένων δίαιταν, φαίνεσθαι θρήνους γυναικὸς ἀλαβάστρους καὶ πορφύρας καὶ χρυσία ποθούσης. ταῦτα μὲν οὖν οὐκ ἀλλότρια τῆς τῶν βίων ἀναγραφῆς, οὔτε ἄχρηστα δόξειν οἰόμεθα μὴ σπεύδουσι μήτε ἀσχολουμένοις ἀκροαταῖς.

Τῆς δὲ Διονυσίου δυστυχίας παραλόγου φανείσης, οὐχ ἧττον ἡ Τιμολέοντος εὐτυχία τὸ θαυμαστὸν ἔσχεν. ἐπιβὰς γὰρ Σικελίας ἐν ἡμέραις πεντήκοντα,

rannum, excuteret, ridiculo in eum retorto, id facere eum juſſit quum exiret a ſe, ne quid rerum ſuarum auferret. Philippo Macedoni ſermonem inter pocula cavilloſe inferenti de cantilenis & tragœdiis quas Dionyſius major reliquerat, atque ambigere fingenti ſe quonam iſtas tempore illi vacaſſet facere, non inſcite occurrens Dionyſius, Quo tempore (inquit) tu & ego atque omnes qui videmur beati, compotationibus indulgebamus. At Plato qui jam deceſſerat, non vidit Corinthi Dionyſium. Diogenes vero Sinopenſis occurrens ei, Quam indigne, inquit, agis Dionyſi! Siſtente illo ac dicente, Recte Diogenes facis, quod calamitatem noſtram graviter feras. Ibi Diogenes, Enimvero (inquit) tu me vicem cenſes dolere tuam, non ſtomachari, tale mancipium quum ſis, & dignus qui, ſicut parens, in ipſa ſede tyrannidis conſeneſcens ſpiritum deponas, quod nobiſcum hic in ludis degas & deliciis? Unde componenti mihi cum his Philiſti voces, quas de Leptinis filiabus mittit plangens, ex magnis eas tyrannidis fortunis ad vitam recidiſſe ſordidam, lamentationes videantur mulieris alabaſtros, purpuram & aurum deſiderantis. Atque hæc quidem non abhorrentia a vitarum deſcriptione, neque auditoribus inutilia non properantibus nec occupatis habenda exiſtimavi.

Quanquam vero aſperitas Dionyſii rerum eſt inuſitatior viſa, non minus tamen fuit Timoleontis ſtupenda proſperitas: quippe quinquaginta diebus quam applicuit in Siciliam,

κοντα, τὴν τε ἀκρόπολιν τῶν Συρακουσίων παρέλαβεν, καὶ Διονύσιον εἰς Πελοπόννησον ἐξέπεμψεν. ὅθεν ἐπιρρωσθέντες οἱ Κορίνθιοι πέμπουσιν αὐτῷ δισχιλίους ὁπλίτας, καὶ διακοσίους ἱππεῖς. οἱ κομισθέντες ἄχρι Θουρίων, τὴν ἐκεῖθεν περαίωσιν, ὑπὸ Καρχηδονίων πολλαῖς ναυσὶ κατεχομένης τῆς θαλάσσης, ἄπορον ὁρῶντες, ὡς ἐν ἀνάγκῃ καιρὸν περιμένοντες ἀτρεμεῖν αὐτόθι, πρὸς κάλλιστον ἔργον ἀπεχρήσαντο τῇ σχολῇ. Θουρίων γὰρ τῶν ἐπὶ Βρεττίους στρατευόντων τὴν πόλιν παραλαβόντες ὥσπερ πατρίδα, καθαρῶς καὶ πιστῶς διεφύλαξαν. ὁ δ' Ἱκέτης τὴν μὲν ἀκρόπολιν τῶν Συρακουσῶν ἐπολιόρκει, καὶ σῖτον ἐκώλυεν εἰσπλεῖν τοῖς Κορινθίοις· Τιμολέοντι δὲ δύο ξένους παρασκευάσας δολοφονήσοντας αὐτὸν, ὑπέπεμψεν εἰς Ἀδρανὸν, οὔτε ἄλλως περὶ τὸ σῶμα συντεταγμένην ἔχοντι φυλακὴν, καὶ τότε παντάπασι διὰ τὸν Θεὸν ἀνειμένως καὶ ἀνυπόπτως σχολάζοντι μετὰ τῶν Ἀδρανιτῶν. οἱ δὲ πεμφθέντες κατὰ τύχην πυθόμενοι μέλλοντα θύειν αὐτὸν, ἧκον εἰς τὸ ἱερὸν ὑπὸ τοῖς ἱματίοις ἐγχειρίδια κομίζοντες, καὶ τοῖς περιεστῶσι τὸν βωμὸν ἀναμιχθέντες, ἐγγυτέρω κατὰ μικρὸν ἐπεχείρουν. καὶ ὅσον οὔπω παρακελευομένων ἀλλήλοις ἐνάρχεσθαι, παίει τις αὐτῶν τὸν ἕτερον κατὰ τῆς κεφαλῆς ξίφει, καὶ πεσόντος, οὔθ' ὁ παίσας ἔμεινεν, οὔθ' ὁ μετὰ τοῦ πληγέντος ἥκων, ἀλλὰ ἐκεῖνος μὲν, ὥσπερ εἶχεν τὸ ξίφος, φυγὼν πρός τινα πέτραν ὑψηλὴν ἀπεπήδησεν· ἅτερος δὲ τοῦ βωμοῦ λαβόμενος, ἄδειαν ᾐτεῖτο παρὰ τοῦ Τιμολέοντος ἐπὶ τῷ πάντα μηνῦσαι. καὶ λαβὼν, ἐμήνυσε κατ' αὐτοῦ καὶ κατὰ τοῦ τεθνηκότος, ὡς πεμφθεῖεν ἐκεῖνον ἀποκτενοῦντες. ἐν τούτῳ δὲ καὶ τὸν ἀπὸ τῆς πέ-

ciliam, arcem Syracuſanam in poteſtatem accepit, Dionyſiumque in Peloponneſum miſit. Unde erecti Corinthii, duo millia peditum miſerunt ei cum equitibus ducentis, qui Thurium uſque provecti, quum tranſmiſſionem illinc obſidentibus mare magna claſſe Pœnis obſtructam cernerent, neceſſe habuerunt, dum tempus expectant, ibi conſiſtere. Hoc otio ſunt ad pulcherrimum opus abuſi. Quum nempe Thurii arma inferrent Brutiis, urbem ſibi creditam, tanquam patriam, magna integritate & fide cuſtodierunt. At Icetes obſidebat arcem Syracuſanam, & frumentationem invehi ad Corinthios prohibebat. Ad hæc, duos milites externos ad interficiendum per inſidias Timoleontem ſubornatos clam miſit Adranum. Ille nec alias cingebat ſe ſtatione armata, & tunc plane Dei fiducia ſecure & citra ullam ſuſpicionem feriabatur cum Adranitis. Qui miſſi fuerant, quum forte ſacrificaturum intellexiſſent, gladiis ſub pallio ſuccincti, in templum conceſſerunt, immiſtique circumſiſtentibus aram, ſenſim moverunt propius. Tantum non his mutuo ad invadendum eum cohortantibus, quidam alterum eorum gladio ſecundum caput vulnerat. Quo prolabente, nec percuſſor restitit, nec ſocius ſaucii, ſed ille gladium tenens ad rupem quandam profugit editam. Alter ara apprehenſa, indicium totius rei profeſſus, fidem dari ſibi petiit a Timoleonte. Qua data, indicavit ſe & illum qui fuerat occiſus, ad ipſum interficiendum miſſos. Interea illum a rupe alii retraxerunt

πέτρας κατεῖχον ἕτεροι, βοῶντα μηδὲν ἀδικεῖν, ἀλλ' ἀνῃρηκέναι δικαίως τὸν ἄνθρωπον ὑπὲρ πατρὸς τεθνηκότος, ὃν ἐκεῖνος ἀπολωλέκει πρότερον ἐν Λεοντίνοις. καὶ μαρτυροῦντας εἶχεν ἐνίους τῶν παρόντων, θαυμάζοντας ἅμα τῆς τύχης τὴν εὐμηχανίαν, ὡς δι' ἑτέρων ἕτερα κινοῦσαν, καὶ συνάγουσαν πάντα πόρρωθεν καὶ συγκαταπλέκουσαν τοῖς πλεῖστον διαφέρειν δοκοῦσι, καὶ μηδὲν ἔχειν πρὸς ἄλληλα κοινόν, ἀεὶ τοῖς ἀλλήλων χρῆται καὶ τέλεσι καὶ ἀρχαῖς. τὸν μὲν οὖν ἄνθρωπον ἐστεφάνωσαν οἱ Κορίνθιοι δέκα μναῖς, ὅτι τῷ φυλάττοντι δαίμονι τὸν Τιμολέοντα πάθος ἔχρησε δίκαιον, καὶ τὸν ἐκ πολλοῦ παρόντα θυμὸν αὐτοῦ, πρότερον οὐ κατανάλωσε, ἀλλὰ μετ' αἰτίας ἰδίας πρὸς τὴν ἐκείνου σωτηρίαν ἀπὸ τύχης διετήρησεν. ἡ δ' εἰς τὸν παρόντα καιρὸν εὐτυχία, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα ταῖς ἐλπίσιν ἐπῆρεν, ὁρῶντας ὡς ἱερὸν ἄνδρα, καὶ σὺν Θεῷ τιμωρὸν ἥκοντα τῇ Σικελίᾳ τὸν Τιμολέοντα σέβεσθαι καὶ φυλάττειν.

Ὡς δ' ταύτης διήμαρτεν τῆς πείρας ὁ Ἱκέτης, καὶ πρὸς Τιμολέοντα πολλοὺς ἑώρα συνισαμένους, μεμψάμενος αὐτὸς ἑαυτὸν ὅτι τηλικαύτης παρούσης τῆς Καρχηδονίων δυνάμεως, ὥσπερ αἰσχυνόμενος αὐτῇ κατὰ μικρὸν χρῆται, καὶ λάθρα κλέπτων καὶ παρεισάγων τὴν συμμαχίαν, μετεπέμπετο Μάγωνα τὸν στρατηγὸν αὐτῶν μετὰ τοῦ στόλου παντός. ὁ δ' εἰσέπλει φοβερὸς ναυσὶ πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν καταλαμβάνων τὸν λιμένα, πεζῶν δ' μυριάδας ἓξ ἀποβιβάζων καὶ κατασρατοπεδεύων ἐν τῇ πόλει τῶν Συρακουσίων· ὥστε πάντας οἴεσθαι τὴν πάλαι λεγομένην καὶ προσδοκωμένην ἐκβαρβάρωσιν

ἥκειν

runt vociferantem, nihil commeritum se, jure occiso illo homine patri parentasse defuncto, quem prius in Leontinis interemerat ille; testesque ex corona nonnullos citavit stupentes artificium fortunæ, quæ aliorum ministerio alia moveat, atque omnia quamvis remota connectat & complicet iis quæ plurimum videntur diffidere, nec communione inter se sociata ulla, atque assidue illis ita mutuo utatur, ut vicissim alterius finis primordium sit alterius. Corinthii huic homini præmium decem minas donaverunt, quod Deo Timoleontis tutelari justam iram suam commodasset, nec ante inveteratam illam simultatem effudisset, verum cum privata causa sua forte fortuna reservasset ad illius salutem. Hæc autem ejus præsens fœlicitas spem quoque in futurum erexit spectatorum, ut velut sanctum virum & ad vindicandam Siciliam a Deo missum venerarentur ac custodia sepirent.

Ubi vero hic conatus fefellit Icetem, multos autem ille ad Timoleontem videt deficere, reprehendit semetipse quod tanta manus quum præsto esset Pœnorum, uteretur ea quasi verecundia carptim, qui clam & furtim auxilia introduceret. Itaque ducem eorum Magonem cum tota classe accivit. Ille magno cum terrore invectus portum est, atque centum quinquaginta navibus eum occupavit, peditum sexaginta millia exposuit in terram, castra in urbe Syracusana locavit, ut omnes decantatam olim & denuntiatam, quæ occupatura Siciliam esset, existimarent jam

ad-

ἥκειν ἐπὶ τὴν Σικελίαν. οὐδέποτε γὰρ Καρχηδονίοις ὑπῆρξε πρότερον, μυρίους πολεμήσασι πολέμους ἐν Σικελίᾳ, λαβεῖν τὰς Συρακούσας. ἀλλὰ τότε δεξαμένου τοῦ Ἱκέτου καὶ παραδόντος, ἦν ὁρᾷν τὴν πόλιν στρατόπεδον βαρβάρων οὖσαν. οἱ δὲ τὴν ἀκρόπολιν τῶν Κορινθίων κατέχοντες, ἐπισφαλῶς καὶ χαλεπῶς ἀπήλλαττον, τροφῆς μὲν ἱκανῆς οὐκ ἔτι παρούσης, ἀλλὰ ἐνδεόμενοι διὰ τὸ φρουρεῖσθαι τοὺς λιμένας, ἀεὶ ἐν ἀγῶσι καὶ μάχαις περὶ τὰ τείχη, καὶ πρὸς πᾶν μηχάνημα, καὶ πρὸς πᾶσαν ἰδέαν πολιορκίας μερίζοντες αὑτούς.

Οὐ μὴν ἀλλ' ὁ Τιμολέων παρεβοήθει, σῖτον ἐκ Κατάνης μικραῖς ἁλιάσι καὶ λεπτοῖς ἀκατίοις ἀποστέλλων, ἃ μάλιστα χειμῶσι παρεισέπιπτεν διὰ τῶν βαρβαρικῶν τριηρῶν, ὑποπορευόμενα πρὸς τὸν κλύδωνα καὶ τὸν σάλον ἐκείνων διϊσταμένων. ἃ δὴ συνορῶντες οἱ περὶ τὸν Μάγωνα καὶ τὸν Ἱκέτην, ἐβούλοντο τὴν Κατάνην ἑλεῖν, ἐξ ἧς ἔπλει τὰ ἐπιτήδεια τοῖς πολιορκουμένοις, καὶ λαβόντες τῆς δυνάμεως τὴν μαχιμωτάτην, ἐξέπλευσαν ἐκ τῶν Συρακουσῶν. ὁ δὲ Κορίνθιος Λέων, οὗτος γὰρ ἦν ἄρχων τῶν πολιορκουμένων, κατιδὼν ἀπὸ τῆς ἄκρας τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν πολεμίων ἀργῶς καὶ ἀμελῶς φυλάττοντας, ἐξαίφνης ἐπέπεσε διεσπαρμένοις αὐτοῖς· καὶ τοὺς μὲν ἀνελὼν, τοὺς δὲ τρεψάμενος, ἐκράτησε καὶ κατέσχε τὴν λεγομένην Ἀχραδινήν· ὃ κράτιστον ἐδόκει καὶ ἀθραυστότατον ὑπάρχειν τῆς Συρακουσίων μέρος πόλεως, τρόπον τινὰ συγκειμένης καὶ συνηρμοσμένης ἐκ πλειόνων πόλεων. εὐπορήσας δὲ καὶ σίτου καὶ χρημάτων, οὐκ ἀφῆκε τὸν τόπον, οὐδὲ ἀνεχώρησε πάλιν

adesse barbariem. Nunquam enim Carthaginensibus ante copia fuerat, sexcentis in Sicilia gestis bellis, Syracusarum potiundi. Tunc vero recipiente eos Icete & tradente urbem, illam videres castra esse barbarorum. Corinthii autem, qui arcem insidebant, in ancipiti periculo & gravi malo versabantur: quippe copia non erat iis necessariorum, sed laborabant jam, quod septi portus stationibus essent, commeatus difficultate, cogebanturque in continuis certaminibus & pugnis ad tuendos muros, qui omni genere machinamentorum atque artis oppugnabantur, partiri se.

Verum subsidium ferebat Timoleon, frumentum Catana submittens parvis piscatoriis navibus minutisque acatiis, quæ tempestatibus potissimum per medias barbarorum naves evadebant in arcem, quum illas undæ & fluctus dispellerent, occulte permeantia. Quibus animadversis, Mago & Icetes Catanam, unde supportabantur obsessis necessaria, deliberaverunt capere, & cum fortissimis copiis solverunt Syracusis. At Corinthius Leon, obsessorum præfectus, hostes qui relicti erant ex arce contemplatus solute & secure stationes servare, repente dissipatos adortus est; quorum partim cæsis, partim fugatis, potitus est, & occupavit Acradinam appellatam. Ea urbis Syracusanæ, quæ quodammodo ex pluribus composita & constructa est urbibus, munitissima pars & inviolatissima habebatur. Magnam ibi vim frumenti & pecuniæ nactus, locum hunc non deseruit, ne-

πάλιν ἐπὶ τὴν ἄκραν, ἀλλὰ φραξάμενος τὸν περίβολον τῆς Ἀχραδινῆς, καὶ συνάψας τοῖς ἐρύμασι πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, διεφύλαττε. τοὺς δὲ περὶ τὸν Μάγωνα καὶ τὸν Ἱκέτην, ἐγγὺς ἤδη τῆς Κατάνης ὄντας, ἱππεὺς ἐκ Συρακουσῶν καταλαβὼν, ἀπήγγειλε τὴν ἅλωσιν τῆς Ἀχραδινῆς. καὶ συνταραχθέντες ἀνεχώρησαν διὰ ταχέων, οὔτε λαβόντες ἐφ᾽ ἣν ἐξῆλθον, οὔτε φυλάξαντες ἣν εἶχον.

Ταῦτα μὲν οὖν ἔτι τῇ προνοίᾳ καὶ ἀρετῇ δίδωσίν τινα πρὸς τὴν τύχην ἀμφισβήτησιν· τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις γενόμενον, παντάπασιν ἔοικε συμβῆναι κατ᾽ εὐτυχίαν. οἱ γὰρ ἐν τοῖς Θουρίοις διατρίβοντες στρατιῶται τῶν Κορινθίων, ἅμα μὲν δεδιότες τὰς Καρχηδονίων τριήρεις, αἳ παρεφύλαττον αὐτοὺς μετὰ Ἄννωνος, ἅμα δ᾽ ἐφ᾽ ἡμέρας πολλὰς ἐξηγριωμένης ὑπὸ πνεύματος τῆς θαλάσσης, πεζῇ διὰ Βρεττίων ὥρμησαν πορεύεσθαι. καὶ τὰ μὲν πείθοντες, τὰ δὲ βιαζόμενοι τοὺς βαρβάρους, εἰς Ῥήγιον κατέβαινον, ἔτι πολὺν χειμῶνα τοῦ πελάγους ἔχοντος. ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος, ὡς οὐ προσεδόκα τοὺς Κορινθίους, καὶ μάτην ᾤετο καθῆσθαι, πείσας αὐτὸς ἑαυτὸν νενοηκέναι τι τῶν σοφῶν καὶ πανούργων πρὸς ἀπάτην, στεφανώσασθαι τοὺς ναύτας κελεύσας, καὶ κοσμήσας τὰς τριήρεις ἀσπίσιν Ἑλληνικαῖς καὶ Φοινικίσιν, ἔπλει πρὸς τὰς Συρακούσας. καὶ παρὰ τὴν ἀκρόπολιν χρώμενος ῥοθίῳ μετὰ κρότου καὶ γέλωτος, ἐβόα τοὺς Κορινθίους ἥκειν νενικηκὼς καὶ κεχειρωμένος, ἐν τῇ θαλάττῃ λαβὼν διαπλέοντας· ὡς δή τινα δυσθυμίαν τοῖς πολιορκουμένοις παρέξων. ἐκείνου δὲ ταῦτα ληροῦντος καὶ φενακίζοντος, ἐκ τῶν Βρεττίων καταβεβη-

neque retro se in arcem recepit, sed obseptis Acradinæ mœnibus, & commissa munitione cum arce, tutatus eam est. Mago autem & Icetes jam prope Catanam venerant, quum eos assequutus ex Syracusis eques captam annuntiat Acradinam. Qui confusi citato cursu rapuerunt retro agmen, quum neque cepissent eam ad quam profecti erant, neque quam tenebant, servassent.

Cæterum providentiæ hæc & virtuti disceptationem nonnullam cum fortuna præbent: quod vero insequutum est, videtur potissimum benignitati referendum acceptum fortunæ. Nam milites Corinthii, qui Thurii agebant, quum hinc formidarent Carthaginensium classem quæ cum Hannone asservabat ipsos, hinc multos jam dies mare ventis sæviret, perrexerunt pedibus per Brutios proficisci, Rhegiumque qua barbarorum voluntate, qua vi, gravi adhuc pelagi procella, pervenere. At classis Punicæ præfectus, quum nec expectaret Corinthios, & nequicquam ratus est illic desidere, persuadens sibi acutum commentum se & perquam callidum excogitavisse, coronas imperat nautis sumere, naves clypeis Græcis & Phœniciis ornat, atque ita versus Syracusas contendit; prævectusque arcem cum strepitu, plausu, & risu, quo perculsos redderet obsessos, Corinthios clamavit se modo trajicientes fudisse mari & cepisse. Dum ille has nugas & præstigias agit, Corinthii, qui ex Brutiis per-

βεβηκότες οἱ Κορίνθιοι εἰς τὸ Ῥήγιον, ὡς οὐδεὶς παρεφύλαττεν, καὶ τὸ πνεῦμα κατεσβεσμένον παραλόγως, ἀκύμονα τὸν πόρον ἰδεῖν καὶ λεῖον παρεῖχεν, ταχὺ πληρώσαντες τὰ πορθμεῖα καὶ τὰς ἁλιάδας τὰς παρούσας ἀνήγοντο, καὶ διεκομίζοντο πρὸς τὴν Σικελίαν οὕτως ἀσφαλῶς καὶ διὰ τοσαύτης γαλήνης, ὥστε τοὺς ἵππους παρὰ τὰ πλοῖα παρανηχομένους ἐκ ῥυτήρων ἐφέλκεσθαι.

Περαιωθέντων δὲ πάντων ὁ Τιμολέων δεξάμενος αὐτοὺς, τήν τε Μεσσήνην εὐθὺς εἶχεν, καὶ συνταξάμενος ἐβάδιζεν ἐπὶ τὰς Συρακούσας, οἷς εὐτύχει καὶ κατώρθου μᾶλλον ἢ τῇ δυνάμει πεποιθώς· οὐ γὰρ ἦσαν οἱ σὺν αὐτῷ πλείους τετρακισχιλίων. ἀγγελλομένης δὲ τῆς ἐφόδου τῷ Μάγωνι, θορυβούμενος καὶ δεδοικὼς, ἔτι μᾶλλον εἰς ὑποψίαν ἦλθεν, ἐκ τοιαύτης προφάσεως. ἐν τοῖς περὶ τὴν πόλιν τενάγεσι πολὺ μὲν ἐκ κρηνῶν πότιμον ὕδωρ, πολὺ δ' ἐξ ἑλῶν καὶ ποταμῶν καταῤῥεόντων εἰς τὴν θάλατταν δεχομένοις, πλῆθος ἐγχέλεων νέμεται, καὶ δαψίλεια τῆς ἄγρας τοῖς βουλομένοις ἀεὶ πάρεστιν. ταύτας οἱ παρ' ἀμφοτέρων μισθοῦ στρατευόμενοι, σχολῆς οὔσης καὶ ἀνοχῶν, συνεθήρευον. οἷα δὲ Ἕλληνες ὄντες, καὶ πρὸς ἀλλήλους οὐκ ἔχοντες ἰδίων ἀπεχθειῶν πρόφασιν, ἐν μὲν ταῖς μάχαις διεκινδύνευον εὐρώστως, ἐν δὲ ταῖς ἀνοχαῖς προσφοιτῶντες ἀλλήλοις διελέγοντο. καὶ τότε κοινὸν περὶ τὴν ἁλιείαν ἔχοντες ἔργον, ἐν λόγοις ἦσαν, θαυμάζοντες τῆς θαλάσσης τὴν εὐφυΐαν, καὶ τῶν χωρίων τὴν κατασκευήν. καί τις εἶπε τῶν παρὰ τοῖς Κορινθίοις στρατευομένων, Τοσαύτην μέντοι τὴν πόλιν τὸ μέγεθος, καὶ τοσούτοις ἐξησκημένην

pervenerant Rhegium, ubi nulla mari custodia fuit, & venti qui præter spem ceciderant, tranquillum aspectu & lenem præbuerunt transitum, propere conscenderunt pontones & naves piscatorias, quæ ad manum erant: atque in Siciliam tam tuto tantaque transmiserunt tranquillitate, ut equos juxta navigia nantes traherent habenis.

Qui ut omnes jam trajecerunt, atque ad Timoleontem pervenerunt, extemplo is potitus est Messana, ac signa Syracusas movit, fortuna sua rebusque prospere gestis plus quam copiis fretus: neque enim plus quatuor millibus militum habebat secum. Adventu ejus nuntiato, perculsus terrore Mago in suspicionem majorem ex hujuscemodi occasione est delapsus. In vadis limosis juxta urbem, quæ copiosam ex fontibus aquam dulcem, copiosam etiam ex paludibus & fluminibus in mare delabentibus accipiunt, magna vis anguillarum pascitur, largaque semper captura cuivis suppeditat. Has utriusque partis mercenarii milites per otium & inducias una venabantur. Qui Græci cum essent, nec caussam invicem haberent privatarum simultatum, dimicabant quidem in certaminibus fortiter, per inducias autem congrediebantur colloquebanturque. Ac tum in communi piscandi opere occupati, sermones inter se serebant, mirantes maris illius indolem & loca circa egregie comparata. Hic unus ex iis qui in præsidiis Corinthiorum erant, Atqui tam amplam, inquit, & tam multis decoratam dotibus urbem in extremam

μένην καλοῖς ὑμᾶς Ἕλληνας ὄντας ἐκβαρβαρῶσαι προθυμεῖσθε, τοὺς κακίστους καὶ φονικωτάτους Καρχηδονίους ἐγγυτέρω κατοικίζοντες ἡμῶν, πρὸς οὓς ἔδει πολλὰς εὔχεσθαι Σικελίας προκεῖσθαι τῆς Ἑλλάδος. ἢ δοκεῖτε τούτους στρατὸν ἀγείραντας ἀπὸ στηλῶν Ἡρακλείων καὶ τῆς Ἀτλαντικῆς ἥκειν θαλάττης δεῦρο, κινδυνεύσοντας ὑπὲρ τῆς Ἱκέτου δυναστείας; ὃς εἰ λογισμὸν εἶχεν ἡγεμόνος, οὐκ ἂν ἐξέβαλε τοὺς πατέρας, οὐδ᾽ ἐπῆγε τῇ πατρίδι τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ καὶ τιμῆς καὶ δυνάμεως ἐτύγχανεν ὅσης πρέπει, Κορινθίους καὶ Τιμολέοντα πείσας. τούτους τοὺς λόγους οἱ μισθοφόροι διεθρόησαν ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ παρέσχον ὑποψίαν τῷ Μάγωνι προδίδοσθαι, χρῄζοντι πάλαι προφάσεως. διὸ καὶ δεομένου τοῦ Ἱκέτου παραμένειν, καὶ διδάσκοντος ὅσῳ βελτίονές εἰσι τῶν πολεμίων, μᾶλλον οἰόμενος ἀρετῇ καὶ τύχῃ λείπεσθαι Τιμολέοντος ἢ πλήθει δυνάμεως ὑπερβάλλειν, ἄρας εὐθὺς ἀπέπλευσεν εἰς Λιβύην, αἰσχρῶς καὶ οὐδένα λογισμὸν ἀνθρώπινον ἐκ τῶν χειρῶν ἀφεὶς Σικελίαν.

Τῇ δ᾽ ὑστεραίᾳ παρῆν ὁ Τιμολέων ἐπὶ μάχην συντεταγμένος. ὡς δὲ τὴν φυγὴν ἐπυνθάνοντο, καὶ τὴν ἐρημίαν ἑώρων τῶν νεωρίων, γελᾶν αὐτοῖς ἐπῄει τὴν ἀνανδρίαν τοῦ Μάγωνος· καὶ περιιόντες ἐκήρυττον ἐν τῇ πόλει μήνυτρα τῷ φράσαντι τὸν Καρχηδονίων στόλον ὅπῃ σφᾶς ἀποδέδρακεν. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦ Ἱκέτου φιλομαχοῦντος ἔτι, καὶ τὴν λαβὴν οὐ προϊεμένου τῆς πόλεως, ἀλλὰ ἐμπεφυκότος οἷς κατεῖχε μέρεσι, καρτεροῖς οὖσι καὶ δυσπρομάχοις, διελὼν ὁ Τιμολέων τὴν δύναμιν, αὐτὸς μὲν, ᾗ βιαιότατον ἦν, παρὰ τὸ ῥεῖθρον τοῦ Ἀνάπου προσέβαλλεν, ἄλλους δ᾽ ἐκ τῆς Ἀχραδινῆς ἐκέλευεν ἐπιχει-

mam barbariem redigere vos, qui Græci estis, laboratis, teterrimosque & immanissimos reddere magis nobis affines Carthaginenses; contra quos optandum sit, multæ ut essent pro Græcia objectæ Siciliæ. An vos existimatis exercitu hos usque a columnis Herculis excitato & a mari Atlantico huc pergere, ut pro Icetis depugnent dominatu? qui si animum habuisset imperio dignam, non expulisset autores originis suæ, neque in patriam suam invexisset hostes; verum si Corinthiis se & Timoleonti probasset, etiam honores & opes esset meritas consequutus. Pervaserunt hæ voces stipendiariorum in castra, quærentique jamdiu obtentum Magoni, suspicionem præbuerunt prodi se; ita obsecrante ut maneret Icete, docenteque hostibus quanto præstent, is tamen virtute magis & fortuna Timoleonti ratus se concedere, quam superare eum copiarum numero, confestim in Africam vela facit, Sicilia nullo humano consilio fœde de manibus projecta.

Postero die aderat cum instructa acie Timoleon. Ut fugam didicerunt, & solitudinem viderunt portus, non potuerunt non ridere Magonis ignaviam, ac præmia per urbem pronuntiaverunt ei qui indicaret quo ipsis se classis Punica subduxisset. At vero quum nondum fractus Icetes esset, neque amitteret de manibus urbem, sed inhæreret partibus quas tenebat, firmis nec promptis oppugnatu: distributis copiis Timoleon asperrimam partem, qua præterfluit Anapus, adoritur, alios jubet per Acradinam aggredi, quos Co-

χειρῶν, ὧν Ἰσίας ἡγεῖτο ὁ Κορίνθιος· τοὺς δὲ τρίτους ὑπῆγον ἐπὶ τὰς Ἐπιπολὰς Δείναρχος καὶ Δημάρετος, οἱ τὴν ὑστέραν ἀγαγόντες ἐκ Κορίνθου βοήθειαν. ἅμα δὲ καὶ πανταχόθεν τῆς ἐφόδου γενομένης, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἱκέτην ἀνατρεπομένων καὶ φευγόντων, τὸ μὲν ἁλῶναι τὴν πόλιν κατ' ἄκρας, καὶ γενέσθαι ταχέως ὑποχείριον, ἐκπεσόντων τῶν πολεμίων, δίκαιον ἀναθεῖναι τῇ τῶν μαχομένων ἀνδραγαθίᾳ, καὶ τῇ δεινότητι τοῦ στρατηγοῦ· τὸ δὲ μηδὲ ἀποθανεῖν τινα, μήτε τρωθῆναι τῶν Κορινθίων, ἴδιον ἔργον αὐτῆς ἡ Τιμολέοντος ἐπεδείξατο τύχη καθάπερ διαμιλλωμένη πρὸς τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρός, ἵνα τῶν ἐπαινουμένων αὐτοῦ τὰ μακαριζόμενα μᾶλλον οἱ πυνθανόμενοι θαυμάζωσιν. οὐ γὰρ μόνον Σικελίαν πᾶσαν, οὐδ' Ἰταλίαν εὐθὺς ἡ φήμη κατεῖχεν, ἀλλ' ἡμερῶν ὀλίγων ἡ Ἑλλὰς διήχει τὸ μέγεθος τοῦ κατορθώματος· ὥστε τὴν τῶν Κορινθίων πόλιν ἀπιστοῦσαν εἰ διαπέπλευκεν ὁ στόλος, ὁμοῦ καὶ σεσωσμένους καὶ νενικηκότας ἀκούειν τοὺς ἄνδρας. οὕτως εὐρόησαν αἱ πράξεις, καὶ τοσούτῳ κάλλει τῶν ἔργων τὸ τάχος ἡ τύχη προσέθηκεν.

Γενόμενος δὲ τῆς ἄκρας κύριος, οὐκ ἔπαθε Δίωνι ταὐτὸ πάθος, οὐδ' ἐφείσατο τοῦ τόπου διὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν πολυτέλειαν τῆς κατασκευῆς, ἀλλὰ τὴν ἐκεῖνον διαβαλοῦσαν, εἶτ' ἀπολέσασαν ὑποψίαν φυλαξάμενος, ἐκήρυξε τῶν Συρακουσίων τὸν βουλόμενον παρεῖναι μετὰ σιδήρου, καὶ συνεφάπτεσθαι κατασκαπτομένων τῶν τυραννικῶν ἐρυμάτων. ὡς δὲ πάντες ἀνέβησαν, ἀρχὴν ἐλευθερίας ποιησάμενοι βεβαιοτάτην τὸ κήρυγμα καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, οὐ μόνον τὴν ἄκραν, ἀλλὰ καὶ τὰς οἰκίας καὶ τὰ μνήματα τῶν τυράννων ἀνέτρεψαν

Corinthius Isias ducebat, tertios ad Epipolas tentandas ducunt Dinarchus & Demaretus, qui novissima subsidia adduxerant Corintho. Quum esset undique impressio facta, prostratus Ibetis miles & in fugam est aversus. Hic, quod vi expugnata urbs fuerit, & cito profugientibus hostibus in potestatem venerit, id jure cum militum virtuti, tum consilio attribuas ducis: at quod nemo ceciderit, nemo vulnus acceperit Corinthiorum, hoc proprium esse suum opus fortuna Timoleontis, quasi cum virtute ejus contendens, ostendit; ut qui hoc audiant, celebrent fœlicitatem ejus quam virtutem impensius. Neque enim confestim per totam solum Siciliam & Italiam hic perlatus rumor est, sed & paucis diebus victoria hac tota personavit Græcia. Itaque civitas Corinthiorum, quæ nondum crediderat delatam in Siciliam classem, simul & incolumes esse & victores accepit. Usque adeo fuit cursus rerum secundus, tantamque rerum gestarum splendori attexuit celeritatem fortuna.

Quum in manu sua Timoleon arcem teneret, non fecit idem ac Dion, neque ob pulchritudinem & operis magnificentiam pepercit loco, sed declinans eam, illum quæ laceraverat & perdiderat, suspicionem, pronuntiavit per præconem, ut Syracusani, quibus videretur, cum ferro adessent, adjuvarentque ad demolienda præsidia tyrannica. Ubi omnes ascendere, rudimenta libertatis certissima illud edictum & illum rati diem, non arcem modo, sed tecta quoque & monumenta exciderunt atque di-

τρεψαν καὶ κατέσκαψαν. εὐθὺς δὲ τὸν τόπον συνομαλύνας, ἐνῳκοδόμησε τὰ δικαστήρια, χαριζόμενος τοῖς πολίταις, καὶ τῆς τυραννίδος ὑπερτέραν ποιῶν τὴν δημοκρατίαν. ἐπεὶ δὲ τὴν πόλιν ἑλὼν οὐκ εἶχε πολίτας, ἀλλὰ τῶν μὲν ἐν τοῖς πολέμοις καὶ ταῖς στάσεσι διαφθαρέντων, τῶν δὲ τὰς τυραννίδας φυγόντων, ἡ μὲν ἐν Συρακούσαις ἀγορὰ, δι' ἐρημίαν οὕτω πολλὴν καὶ βαθεῖαν ἐξέφυσεν ὕλην, ὥστε τοὺς ἵππους ἐν αὐτῇ κατανέμεσθαι, τῶν ἱπποκόμων ἐν τῇ χλόῃ κατακειμένων· αἱ δὲ ἄλλαι πόλεις, πλὴν παντελῶς ὀλίγων, ἐλάφων ἐγίνοντο μεσταὶ καὶ συῶν ἀγρίων· ἐν δὲ τοῖς προαστείοις καὶ περὶ τὰ τείχη πολλάκις οἱ σχολὴν ἄγοντες ἐκυνηγέτουν, ὑπήκουε δ' οὐδεὶς τῶν ἐν τοῖς ἐρύμασι καὶ φρουρίοις κατοικούντων, οὐδὲ κατέβαινον εἰς τὴν πόλιν, ἀλλὰ φρίκη καὶ μῖσος εἶχε πάντας ἀγορᾶς καὶ πολιτείας καὶ βήματος, ἐξ ὧν ἀνέφυσαν αὐτοῖς οἱ πλεῖστοι τῶν τυράννων· ἔδοξε τῷ Τιμολέοντι καὶ τοῖς Συρακουσίοις γράψαι πρὸς τοὺς Κορινθίους, ὅπως πέμψωσιν οἰκήτορας εἰς τὰς Συρακούσας ἐκ τῆς Ἑλλάδος. ἥ τε γὰρ χώρα σχολάζειν ἔμελλεν, καὶ πολὺν πόλεμον ἐκ Λιβύης προσεδέχοντο, πυνθανόμενοι τοὺς Καρχηδονίους τοῦ μὲν Μάγωνος ἑαυτὸν ἀνελόντος ἀνεσταυρωκέναι τὸ σῶμα, διὰ τὴν στρατηγίαν ὀργισθέντας, αὐτοὺς δὲ συνάγειν μεγάλην δύναμιν, ὡς ἔτους ὥρᾳ διαβησομένους εἰς Σικελίαν.

Τῶν δὲ γραμμάτων τούτων παρὰ τοῦ Τιμολέοντος κομισθέντων, καὶ πρέσβεων ἅμα παρόντων Συρακουσίων, καὶ δεομένων ἐπιμεληθῆναι τῆς πόλεως, καὶ γενέσθαι πάλιν ἐξ ὑπαρχῆς οἰκιστὰς, οὐχ ἥρπασαν οἱ Κορίνθιοι τὴν πλεονεξίαν, οὐδὲ προσεποιήσαντο αὐτοῖς τὴν πόλιν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, ἐπιόντες

τοὺς

diruerunt tyrannorum. Mox quo gratificaretur civibus, validioremque tyrannide efficeret libertatem popularem, aream complanavit, eique forum judiciale imposuit. Capta jam urbe, quum deficeretur civibus, quod partim per bella & seditiones occubuissent, partim refugissent tyrannos, unde forum Syracusis desertum adeo extulerat copiosam & densam materiam, ut equi ibi pascerentur quiescentibus in herba equisonibus; cætera oppida, præter admodum pauca, cervorum & aprorum erant lustra: in suburbiis & circa mœnia per otium venabantur crebro, nemo in arcibus & præsidiis habitantium sustinebat adire urbem, sed horror omnes & odium tenebat fori, reipub. suggesti, ex quibus plerique extitissent tyranni. Timoleonti & Syracusanis visum est scribere ad Corinthios, ut colonos Syracusas ex Græcia mitterent; alioquin agrum cultoribus relinquendum vacuum esse, & grave se ex Africa bellum expectare, quod allatum esset, Carthaginenses Magonis, qui sibi ipse mortem consciverat, in crucem corpus egisse, ob præturam offensos male gestam, & magnum delectum habere, ut æstate proxima in Siciliam trajiciant.

His a Timoleonte allatis literis, simulque præsentibus Syracusanorum legatis, qui orabant susciperent civitatis curam, fierentque de integro ejus conditores, non sibi solis hanc avide arripuerunt commoditatem Corinthii, neque sibi eam urbem vendicaverunt, sed primum ad sacra ludicra per Græ-

ciam

τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας Ἑλλάδι, καὶ τὰς μεγίστας τῶν πανηγύρεων, ἀνηγόρευον ὑπὸ κηρύκων, ὅτι Κορίνθιοι καταλελυκότες τὴν ἐν Συρακούσαις τυραννίδα, καὶ τὸν τύραννον ἐξεληλακότες, καλοῦσι Συρακουσίους καὶ τῶν ἄλλων Σικελιωτῶν τὸν βουλόμενον οἰκεῖν τὴν πόλιν, ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἐπὶ ἴσοις καὶ δικαίοις τὴν χώραν διαλαχόντας. ἔπειτα διαπέμποντες ἀγγέλους εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ τὰς νήσους, ὅπου πλείστους ἐπυνθάνοντο τῶν φυγάδων διεσπαρμένους κατοικεῖν, παρεκάλουν ἰέναι πάντας εἰς Κόρινθον, ὡς Κορινθίων ἀσφαλῆ πομπὴν καὶ πλοῖα καὶ στρατηγοὺς παρεξόντων ἰδίοις τέλεσιν εἰς Συρακούσας. κηρυσσομένων δὲ τούτων, ἡ μὲν πόλις τὸν δικαιότατον καὶ κάλλιστον ἀπελάμβανεν ἔπαινον καὶ ζῆλον, ἐλευθεροῦσα μὲν ἀπὸ τῶν τυράννων, σώζουσα δὲ ἀπὸ τῶν βαρβάρων, ἀποδιδοῦσα δὲ τοῖς πολίταις τὴν χώραν. οἱ δὲ συνελθόντες εἰς Κόρινθον, οὐκ ὄντες ἱκανοὶ τὸ πλῆθος, ἐδεήθησαν ἐκ Κορίνθου καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος παραλαβεῖν συνοίκους· καὶ γενόμενοι μυρίων οὐκ ἐλάττους, κατέπλευσαν εἰς Συρακούσας. ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας πολλοὶ τῷ Τιμολέοντι συνεληλύθεισαν, καὶ γενομένοις αὐτοῖς ἑξακισμυρίοις τὸ πλῆθος, ὡς Ἄθανις εἴρηκεν, τὴν μὲν χώραν διένειμεν, τὰς δ' οἰκίας ἀπέδοτο χιλίων ταλάντων· ἅμα μὲν, ὑπολειπόμενος τοῖς ἀρχαίοις Συρακουσίοις ἐξωνεῖσθαι τὰς αὑτῶν, ἅμα δὲ, χρημάτων εὐπορίαν τῷ δήμῳ μηχανώμενος, οὕτω πενομένῳ καὶ πρὸς τἆλλα καὶ πρὸς τὸν πόλεμον, ὥστε καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἀποδόσθαι, ψήφου διαφερομένης ὑπὲρ ἑκάστου, καὶ γενομένης κατηγορίας, ὥσπερ ἀνθρώπων εὐθύνας διδόντων. ὅτε δή φασι τὸν Γέλωνος ἀνδριάντα τοῦ παλαιοῦ

ciam & ad celeberrima concilia missis legatis, pronuntiari per præcones jusserunt, Corinthios prostrata Syracusis tyrannide & ejecto tyranno, vocare Syracusanos Siculosque alios omnes, ut liberi & immunes suis legibus urbem colant, & agrum æquis conditionibus partiantur. Hinc dimissis per Asiam & insulas nuntiis, ubi maximam partem acceperant exulum dilapsam consedisse, invitaverunt omnes Corinthum ut venirent, præsidium, & naves, & duces, qui secure eos Syracusas usque deducant, Corinthios suis impensis præbituros. His pronuntiatis, meritissimam & pulcherrimam retulit illa civitas laudem & gloriam, quod a tyrannis liberaret, a barbaris tueretur, civibus restitueret provinciam. Qui Corinthum convenere, quia minor erat eorum numerus, rogarunt ut ex Corintho & reliqua Græcia adscriberentur sibi coloni. Quum ad decem millia effecissent, navigaverunt Syracusas. Jam ex Italia quoque & ex Sicilia concurrerant ad Timoleontem frequentes. Ut sexaginta millium explevit numerum, ut est Athanis autor, divisit iis agrum, ædificia mille talentis distraxit, simul relinquens veteribus Syracusanis jus sua redimendi, & facultatem populo comparans pecuniæ, ita inopi, cum ad alia tum ad bellum, ut statuas etiam venundarent. Ferebatur de unaquaque suffragium, instituebaturque accusatio, sicut hominum a quibus ratio reposcitur rerum gestarum. Referunt autem nonnulli Gelonis prisci tyranni statuam Syra-

λαιοῦ τυράννου διατηρῆσαι τοὺς Συρακουσίους, καταχειροτονουμένων τῶν ἄλλων, ἀγαμένους καὶ τιμῶντας τὸν ἄνδρα τῆς νίκης ἣν πρὸς Ἱμέρᾳ Καρχηδονίους ἐνίκησεν.

Οὕτω δὲ τῆς πόλεως ἀναζωπυρούσης καὶ πληρουμένης, ἐπιρρεόντων πανταχόθεν εἰς αὐτὴν τῶν πολιτῶν, βουλόμενος ὁ Τιμολέων καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἐλευθερῶσαι, καὶ παντάπασιν ἐκκόψαι τῆς Σικελίας τὰς τυραννίδας, ἐπὶ τὰς χώρας αὐτῶν στρατεύων, Ἱκέτην μὲν ἠνάγκασεν ἀποστάντα Καρχηδονίων ὁμολογῆσαι τὰς ἀκροπόλεις κατασκάψειν, καὶ βιοτεύσειν ἰδιώτην ἐν Λεοντίνοις· Λεπτίνου δὲ τοῦ τυραννοῦντος Ἀπολλωνίας καὶ συχνῶν ἄλλων πολιχνίων, ὡς ἐκινδύνευε κατὰ κράτος ἁλῶναι, παραδόντος αὐτὸν, φεισάμενος εἰς Κόρινθον ἀπέστειλεν, καλὸν ἡγούμενος ἐν τῇ μητροπόλει τοὺς τῆς Σικελίας τυράννους ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἀποθεωρεῖσθαι φυγαδικῶς καὶ ταπεινῶς ζῶντας. τοὺς δὲ μισθοφόρους βουλόμενος ἐκ τῆς πολεμίας ὠφελεῖσθαι καὶ μὴ σχολάζειν, αὐτὸς μὲν εἰς τὰς Συρακούσας ἐπανῆλθεν τῇ καταστάσει τῆς πολιτείας προσέξων, καὶ τοῖς ἥκουσιν ἐκ Κορίνθου νομοθέταις Κεφάλῳ καὶ Διονυσίῳ τὰ κυριώτατα καὶ κάλλιστα συνδιαθήσων· τοὺς δὲ περὶ Δείναρχον καὶ Δημάρετον, εἰς τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐξέπεμψεν ἐπικράτειαν. οἱ πόλεις πολλὰς ἀφιστάντες τῶν βαρβάρων, οὐ μόνον αὐτοὶ διῆγον ἐν ἀφθόνοις, ἀλλὰ καὶ χρήματα παρεσκεύαζον εἰς τὸν πόλεμον ἀπὸ τῶν ἁλισκομένων.

Ἐν τούτῳ δὲ Καρχηδόνιοι καταπλέουσιν εἰς τὸ Λιλύβαιον, ἄγοντες ἑπτὰ μυριάδας στρατοῦ, καὶ τριήρεις διακοσίας, καὶ πλοῖα χίλια, κομίζοντα μηχα-

νὰς

Syracuſanos damnatis aliis conſervaſſe, victoriæ cauſa, qua apud Himeram fuderat Pœnos, illum celebrantes atque honorantes.

Dum ita recreatur civitas, & confluentibus in eam undique civibus frequentatur, cupiens Timoleon cæteras quoque urbes in libertatem reſtituere, & excindere ſemel ex Sicilia dominatus, ducto in fines earum exercitu, Icetem deſciſcere compulit a Carthaginenſibus, ac fœdus ſecum paciſci, ut arces diſturbaret, & in Leontinis ageret privatus. Leptini Apolloniæ & oppidulorum nonnullorum aliorum tyranno, quum in diſcrimine eſſet, ne vi veniret in poteſtatem, dedenti ſe pepercit, miſitque eum Corinthum: pulchrum ratus conſpici a Græcis in autore originis urbe exules Siciliæ tyrannos & abjectam vitam degentes. Inde Syracuſas regreſſus eſt, conſtituendæ reipublicæ operam daturus, & una cum legiſlatoribus qui Corintho veniebant, Cephalo & Dionyſio, præcipua & præſtantiſſima capita digeſturus. Interim, quia mercede conductum militem locupletari ex hoſtico, nec marceſcere volebat otio, Dinarchum & Demaretum in provinciam Carthaginenſium dimiſit, qui oppida complura receperunt a barbaris: unde non ipſis modo omnia ſuppetebant abunde, ſed & pecuniam ad bellum ex præda conficiebant.

Pœni interea cum exercitu ſeptuaginta millium militum, ducentis triremibus, mille navibus, quibus tormenta bellica, currus, magnam

ναὶς καὶ τέθριππα καὶ σῖτον ἄφθονον καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν, ὡς οὐκ ἔτι ποιησόμενοι κατὰ μέρος τὸν πόλεμον, ἀλλ' ὁμοῦ πάσης Σικελίας ἐξελάσοντες τοὺς Ἕλληνας. ἦν γὰρ ἡ δύναμις ἐξαρκοῦσα καὶ μὴ νοσοῦντας μηδὲ διεφθαρμένους ὑπ' ἀλλήλων συλλαβεῖν Σικελιώτας· πυθόμενοι δὲ πορθεῖσθαι τὴν ἐπικράτειαν αὐτῶν, εὐθὺς ὀργῇ πρὸς τοὺς Κορινθίους ἐχώρουν, Ἀσδρούβα καὶ Ἀμίλκα στρατηγούντων. τῆς δὲ ἀγγελίας ὀξέως εἰς Συρακούσας ἀφικομένης, οὕτω κατεπλάγησαν οἱ Συρακούσιοι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς δυνάμεως, ὥστε μόλις τῷ Τιμολέοντι τρισχιλίους ἀπὸ τοσούτων μυριάδων, ὅπλα λαβόντας, τολμῆσαι συνελθεῖν. οἱ δὲ μισθοφόροι, τετρακισχίλιοι τὸ πλῆθος ἦσαν· καὶ τούτων αὖθις ὅσον χίλιοι καθ' ὁδὸν ἀποδειλιάσαντες ἀνεχώρησαν, ὡς οὐχ ὑγιαίνοντος τοῦ Τιμολέοντος, ἀλλὰ μαινομένου παρ' ἡλικίαν, καὶ πρὸς ἑπτὰ μυριάδας πολεμίων μετὰ πεντακισχιλίων πεζῶν καὶ χιλίων ἱππέων βαδίζοντος, διαρτῶντος ὁδὸν ἡμερῶν ὀκτὼ τὴν δύναμιν ἀπὸ τῶν Συρακουσῶν· ὅθεν οὔτε σωθῆναι τοῖς φεύγουσιν, οὔτε ταφῆναι τοῖς πεσοῦσιν αὐτῶν ὑπάρξει. τούτους μὲν οὖν Τιμολέων κέρδος ἡγεῖτο πρὸ τῆς μάχης φανεροὺς γεγονότας, τοὺς δὲ ἄλλους ἐπιρρώσας, κατὰ τάχος ἦγεν πρὸς τὸν Κρίμησον ποταμόν, ὅπου καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἤκουσε συνδιάπλειν.

Ἀναβαίνοντι δὲ αὐτῷ πρὸς λόφον, ὃν ὑπερβάλλοντες ἔμελλον κατόψεσθαι τὸ στράτευμα καὶ τὴν δύναμιν τῶν πολεμίων, ἐμβάλλουσιν ἡμίονοι σέλινα κομίζοντες· καὶ τοῖς στρατιώταις εἰσῆλθε, πονηρὸν εἶναι τὸ σημεῖον, ὅτι τὰ μνήματα τῶν νεκρῶν εἰώθαμεν ἐπιεικῶς στεφανοῦν σελίνοις· καὶ παροιμία τις ἐκ

magnam vim commeatus, & alium apparatum portabant, Lilybæum applicuere: non ut minutatim jam bellum gererent, verum ut tota Sicilia summoverent Græcos. Adeo erant enim vires eorum validæ, ut vel non languentes valerent neque attritos invicem convellere Siculos. Qui accepto provinciam suam evastari, confestim ducibus Asdrubale & Amilcare infesti contenderunt in Corinthios. Eo nuntio propere Syracusas perlato, usque eo Syracusani magnitudine illius exercitus trepidaverunt, ut ex tot millibus vix tria millia capere arma & Timoleontem ausi fuerint sequi. Qui mercenaria stipendia facerent, quatuor millia numero erant: horum item ad mille in itinere per ignaviam recessere. Videbatur scilicet iis non sapere Timoleon, sed præter ætatem insanire, qui adversus septuaginta hostium millia, quinque millibus peditum & mille equitum moveret, exercitumque a Syracusis octo dierum via divelleret: unde nec receptus fugientibus, nec copia sepulturæ superesset cæsis. Cæterum deputavit in lucro Timoleon, quod hi semetipsos prodidissent ante certamen; reliquos a se confirmatos raptim duxit ad Crimesum amnem, ubi acceperat inventurum se hostes.

Subeunti collem, quo superato exercitum & copias hostium erant subjectos oculis habituri, occurrunt muli apium ferentes. Id visum militibus fœdum omen est, quia defunctorum sepulchris fere coronas ex apio imponere solemus. Unde natum proverbium

ἐκ τούτου γέγονεν, τὸν ἐπισφαλῶς νοσοῦντα, δεῖσθαι τοῦ σελίνου. βουλόμενος οὖν αὐτοὺς ἀπαλλάξαι τῆς δεισιδαιμονίας καὶ τὴν δυσελπιστίαν ἀφελεῖν ὁ Τιμολέων, ἐπιστήσας τὴν πορείαν, ἄλλα τε πρέποντα τῷ καιρῷ διειλέχθη, καὶ τὸν στέφανον αὐτοῖς ἔφη πρὸ τῆς νίκης κομιζόμενον, αὐτομάτως εἰς τὰς χεῖρας ἥκειν. οἱ γὰρ Κορίνθιοι στεφανοῦσι τοὺς Ἴσθμια νικῶντας, ἱερὸν καὶ πάτριον στέμμα τοῦ σελίνου νομίζοντες. ἔτι γὰρ τότε τῶν Ἰσθμίων, ὥσπερ νῦν τῶν Νεμείων, τὸ σέλινον ἦν στέφανος, οὐ πάλαι δὲ ἡ πίτυς γέγονεν. ἐντυχὼν οὖν ὁ Τιμολέων, ὥσπερ εἴρηται, τοῖς στρατιώταις, καὶ λαβὼν τῶν σελίνων, κατεστέψατο πρῶτος αὐτός, εἶτα οἱ περὶ αὐτὸν ἡγεμόνες καὶ τὸ πλῆθος. οἱ δὲ μάντεις, κατιδόντες αἰετοὺς δύο προσφερομένους, ὧν ὁ μὲν δράκοντα τοῖς ὄνυξιν ἔφερεν διαπεπαρμένον, ὁ δὲ ἵπτατο κεκλαγὼς μέγα καὶ θαρραλέον, ἐπεδείκνυον τοῖς στρατιώταις, καὶ εἰς προσευχὰς Θεῶν καὶ ἀνακλήσεις ἐστρέφοντο πάντες.

Τὸ μὲν οὖν ἔτος ἱσταμένου θέρους εἶχεν ὥραν, καὶ λήγοντι μηνὶ Θαργηλιῶνι, πρὸς τὰς τροπὰς ἤδη συνῆπτεν τὸν καιρόν. ὁμίχλην δὲ τοῦ ποταμοῦ πολλὴν ἀναδιδόντος, πρῶτον μὲν ἀπεκρύπτετο ζόφῳ τὸ πεδίον, καὶ συνοπτὸν οὐδὲν ἦν ἀπὸ τῶν πολεμίων· πλὴν ἠχή τις ἄκριτος καὶ συμμιγὴς ἄνω πρὸς τὸν λόφον ἐχώρει, πρόσωθεν ἀνισταμένης στρατιᾶς τοσαύτης. ὡς δὲ ἀναβάντες ἐπὶ τὸν λόφον ἔστησαν οἱ Κορίνθιοι, καὶ θέμενοι τὰς ἀσπίδας διανεπαύοντο, τοῦ ἡλίου περιφερομένου καὶ μετεωρίζοντος τὴν ἀναθυμίασιν, ὁ μὲν θολερὸς ἀὴρ ἀθροιζόμενος πρὸς τὰ ὑψηλὰ καὶ συνιστάμενος κατενέφωσε

τὰς

um, quum quis ancipite morbo decumbit, ut apio dicatur opus habere. Hos Timoleon ut superstitione solveret & liberaret consternatione, agmen sustinuit, disseruitque cum alia tempori convenientia, tum coronam demonstravit ante victoriam ipsis delatam ultro in manus venire. Corinthii enim, qui sacram arbitrantur & patriam apii coronam, ea victores in Isthmiorum ludicro coronant. Nam Isthmiorum ea etiam tum ætate, ut nunc Nemeorum, apium corona erat; non ita dudum successit pinus. Ita ut diximus affatus Timoleon milites, sumpsit apium, ac princeps ipse coronam ex eo accepit, inde duces qui circa eum erant & vulgus. At vates ut aquilas duas adverterunt advolantes, quarum una confixum ferebat unguibus draconem, altera cum magno & alacri clangore volabat, monstraverunt eas militibus, qui ad opem implorandam Deorum conversi cuncti sunt. Tempestas tunc ineuntis æstatis erat, & præcipite mense Thargelione, vergebat jam annus ad solstitium, quum nebulam ingentem amnis edidit; ea primum texit caligine campos, & omnem conspectum amovit hostium, tantum sonus sursum in collem perferebatur incertus & confusus, qui procul excitabatur a tanto exercitu. Ut evaserunt in collem & constiterunt Corinthii, positisque clypeis respirabant, circulante sole & vapores attollente, turbidus aer ad edita glomeratus & conglobatus offuscavit cacumen

mon-

τὰς ἀκρωρείας· τῶν δὲ ὑπὸ πόδας τόπων ἀνακαθαιρομένων, ὅ,τε Κριμησὸς ἐξεφάνη, καὶ διαβαίνοντες αὐτὸν ὤφθησαν οἱ πολέμιοι, πρώτοις μὲν, τοῖς τεθρίπποις ἐκπληκτικῶς πρὸς ἀγῶνα κατεσκευασμένοις, κατόπιν δὲ τούτων, μυρίοις ὁπλίταις λευκάσπισι. τούτους ἐτεκμαίροντο Καρχηδονίους εἶναι τῇ λαμπρότητι τῆς σκευῆς, καὶ τῇ βραδύτητι καὶ τάξει τῆς πορείας. μετὰ δὲ τούτους τῶν λοιπῶν ἐθνῶν ἐπιῤῥεόντων, καὶ τὴν διάβασιν μετ' ὠθισμοῦ καὶ ταραχῆς ποιουμένων, συνιδὼν ὁ Τιμολέων τὸν ποταμὸν αὐτοῖς ταμιεύοντα, τοῦ πλήθους τῶν πολεμίων ἀπολαβεῖν ὅσοις ἐθέλοιεν αὐτοὶ μάχεσθαι, καὶ τοὺς στρατιώτας καθορᾷν κελεύσας τὴν φάλαγγα τῷ ῥεέθρῳ διαλελυμένην, καὶ τοὺς μὲν ἤδη διαβεβηκότας, τοὺς δὲ μέλλοντας, προσέταξε Δημαρέτῳ λαβόντι τοὺς ἱππεῖς ἐμβαλεῖν εἰς τοὺς Καρχηδονίους, καὶ συνταράξαι τὸν διάκοσμον αὐτῶν τῆς παρατάξεως οὔπω καθεστώσης. αὐτὸς δὲ καταβὰς εἰς τὸ πεδίον, τὰ μὲν κέρατα τοῖς ἄλλοις Σικελιώταις ἀπέδωκεν, ἀναμίξας ἑκατέρῳ ἐκ τῶν ξένων οὐ πολλούς· ἐν μέσῳ δὲ περὶ αὐτὸν λαβὼν τοὺς Συρακουσίους καὶ τὸ μαχιμώτατον τῶν μισθοφόρων, βραχὺν μὲν χρόνον ἐπέσχεν, τὸ τῶν ἱππέων ἀποθεωρῶν ἔργον. ὡς δὲ ἐκείνους εἶδεν, ὑπὸ τῶν ἁρμάτων πρὸ τῆς τάξεως διαθεόντων, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς Καρχηδονίοις οὐ δυναμένους, ἀλλ' ὅπως μὴ συνταραχθεῖεν ἀναγκαζομένους ἐξελίττειν συνεχῶς, καὶ πυκνὰς ἐξ ἐπιστροφῆς ποιεῖσθαι τὰς ἐπελάσεις, ἀναλαβὼν τὴν ἀσπίδα, καὶ βοήσας ἕπεσθαι καὶ θαῤῥεῖν τοῖς πεζοῖς, ἔδοξεν ὑπερφυεῖ φωνῇ καὶ μείζονι κεχρῆσθαι τῆς συνήθους· εἴτε τῷ πάθει παρὰ τὸν ἀγῶνα καὶ τὸν ἐνθουσιασμὸν οὕτω διατεινάμενος,

εἴτε

montium: apertis autem campis ſubjectis & Crimeſus apparuit, & qui eum transmeabant, ſubjecti oculis hoſtes fuerunt. Primæ erant quadrigæ horribili ſpecie ad pugnam paratæ, has ſequebantur decem millia peditum armatorum clypeis candidis, quos armorum ſplendore tarditateque atque ordine agminis conjecerunt Carthaginenſes eſſe. Pone eos reliquis nationibus affluentibus, inconditeque ac promiſcue tranſeuntibus, cernens fluvium Timoleon ipſis facultatem præbere, ut de hoſtium numero ſumerent quanta cum manu dimicare liberet; ubi militibus juſſit aciem eorum contemplari flumine disjectam, & partim tranſgreſſos jam, partim tranſeuntes, imperavit Demareto equitatum ut in Pœnos immitteret, conturbaretque eos, ne confuſos digerere poſſent in aciem. Simul ipſe in planitiem deſcendit, alioſque Siculos in cornibus, admiſtis utrobique non multis peregrinis militibus, locavit. Mediam autem aciem ipſe cum Syracuſanis & mercenariorum delectiſſimis obtinens, pauliſper dum contemplatur equeſtrem pugnam, ſuſtinuit. Ut vero vidit equites per currus ante ſigna diſcurrentes conſerere cum Pœnis manus non poſſe, ſed ne diſſiparentur aſſidue volvere turmas, & crebras converſis ſignis impreſſiones dare, arrepto clypeo inclamavit peditibus, ſequerentur & forti eſſent animo. Hic voce uti quam humana & ſolita majore eſt viſus, ſive inſtantis ardore diſcriminis & mentis motu eam intendit, ſive Deus aliquis

quis

εἴτε δαιμονίου τινὸς, ὡς τοῖς πολλοῖς τότε παρέστη, συνεπιφθεγξαμένου. ταχὺ δὲ τὴν κραυγὴν ἀνταποδόντων, καὶ παρεγγυώντων ἄγειν καὶ μὴ μέλλειν, τοῖς μὲν ἱππόταις ἐσήμανεν ἔξω παρὰ τὴν τάξιν τῶν ἁρμάτων παρελάσαι, καὶ κατὰ κέρας προσφέρεσθαι τοῖς πολεμίοις· αὐτὸς δὲ, τοὺς προμάχους πυκνώσας τῷ συνασπισμῷ, καὶ τὴν σάλπιγγα κελεύσας ἐπιφθέγξασθαι, προσέβαλλε τοῖς Καρχηδονίοις.

Οἱ δὲ τὴν μὲν πρώτην ἐπιδρομὴν ὑπέστησαν ἐρρωμένως, καὶ τῷ καταπεφράχθαι τὰ σώματα σιδηροῖς θώραξι καὶ χαλκοῖς κράνεσιν, ἀσπίδας δὲ μεγάλας προβεβλῆσθαι, διεκρούοντο τὸν δορατισμόν. ἐπεὶ δὲ εἰς ξίφη συνῆλθεν ὁ ἀγὼν, καὶ τέχνης οὐχ ἧττον ἢ ῥώμης ἐγεγόνει τὸ ἔργον, ἐξαίφνης ἀπὸ τῶν ὀρῶν βρονταί τε φοβεραὶ κατερρήγνυντο, καὶ πυρώδεις ἀστραπαὶ συνεξέπιπτον. εἶτα ὁ περὶ τοὺς λόφους καὶ τὰς ἀκρωρείας ζόφος ἐπὶ τὴν μάχην κατιὼν, ὄμβρῳ καὶ πνεύματι καὶ χαλάζῃ συμμεμιγμένος, τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἐξόπισθεν καὶ κατὰ νώτου περιεχεῖτο, τῶν δὲ βαρβάρων ἔτυπτε τὰ πρόσωπα, καὶ κατήστραπτε τὰς ὄψεις, ἅμα λαίλαπος ὑγρᾶς, καὶ φλογὸς συνεχοῦς ἐκ τῶν νεφῶν φερομένης. ἐν οἷς πολλὰ μὲν ἦν τὰ λυποῦντα, καὶ μάλιστα τοὺς ἀπείρους. οὐχ ἥκιστα δὲ βλάψαι δοκοῦσιν αἱ βρονταὶ, καὶ τῶν ὅπλων ὁ πάταγος κοπτομένων ὕδατι ῥαγδαίῳ καὶ χαλάζῃ, κωλύων ἀκούεσθαι τὰ προστάγματα τῶν ἡγεμόνων. τοῖς δὲ Καρχηδονίοις οὐκ οὖσιν εὐζώνοις τὸν ὁπλισμὸν, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται, καταπεφραγμένοις, ὅ, τε πηλὸς ἐμπόδιος ἦν, οἵ τε κόλποι πληρούμενοι τῶν χιτώνων ὕδατος, αὐτοῖς μὲν εἰς τὸν ἀγῶνα χρῆσθαι βαρεῖς ἦσαν καὶ δύσεργοι, ῥᾴδιοι δὲ τοῖς Ἕλλησι περιτρέπεσθαι, καὶ πεσόντες,

quis (ut tunc visum multis est) una intonuit. Mox clamorem reddentibus, & ut duceret nec cunctaretur orantibus militibus, signum equitibus dedit ut a latere prætervecti aciem curruum in transversos hostes admitterent equos, ipse signis canere jussis cum antesignanorum testudine in Pœnos incurrit.

Illi primum insultum exceperunt strenue, & quod tecti loricis ferreis essent æreisque galeis, atque grandibus muniti clypeis, impetum lancearum depellebant. Enimvero ut gladiis geri res cœpta est, ubi haud secus ars quam vires valebant, ecce subito horrenda tonitrua proruperunt ex montibus, simul cum flamma fulgura emicuerunt. Inde caligo illa ex collibus & montium cacuminibus in prœlium delapsa, imbreque cum vento & grandine mista, retro Græcis & a tergo circumfundebatur, barbarorum feriebat ora, ac cum procella nimbosa & continua coruscatione e nubibus excussa perstringebat oculos: atque horum pleraque eos fatigabant, maxime tyrones. Præcipue autem infesta erant tonitrua, & crepitus armorum procellosa pluvia & grandine pulsatorum, quæ exaudire ducum imperia prohibebant. Insuper Pœnos, quibus non expedita arma sed gravia (ut est ante dictum) erant, & limus impediebat, sinusque sagorum aqua impletorum onerosi & inhabiles ad pugnam erant: contra ad eos prosternendos Græcis idonei, nec

σοῦντες, ἀμήχανοι πάλιν ἐκ πηλοῦ μετὰ τῶν ὅπλων ἀναστῆναι. καὶ γὰρ ὁ Κριμησὸς ὑπὸ τῶν διαβαινόντων ἐκλύσθη, μέγας ἤδη τοῖς ὄμβροις ηὐξημένος, καὶ τὸ πεδίον τὸ περὶ αὐτὸν ὑπὸ πολλὰς συναγκείας καὶ φάραγγας ὑποκείμενον, ἐπίμπλατο ῥευμάτων οὐ κατὰ πόρον φερομένων, οἷς οἱ Καρχηδόνιοι καλινδούμενοι χαλεπῶς ἀπήλλαττον. τέλος δὲ, τοῦ χειμῶνος ἐπικειμένου, καὶ τῶν Ἑλλήνων τὴν πρώτην τάξιν αὐτῶν ἄνδρας τετρακοσίους καταβαλόντων, ἐτράπη τὸ πλῆθος εἰς φυγήν. καὶ πολλοὶ μὲν ἐν τῷ πεδίῳ καταλαμβανόμενοι διεφθείροντο, πολλοὺς δὲ ὁ ποταμὸς τοῖς ἔτι περαιουμένοις συμπίπτοντας ἐμβάλλων καὶ παραφέρων ἀπώλλυεν, πλείστους δὲ τῶν λόφων ἐφιεμένους ἐπιθέοντες οἱ ψιλοὶ κατειργάσαντο. λέγονται γοῦν ἐν μυρίοις νεκροῖς τρισχίλιοι Καρχηδονίων γενέσθαι, μέγα τῇ πόλει πένθος. οὔτε γὰρ γένεσιν, οὔτε πλούτοις, οὔτε δόξαις ἕτεροι βελτίονες ἦσαν ἐκείνων· οὔτε ἀποθανόντας ποτὲ μιᾷ μάχῃ πρότερον ἐξ αὐτῶν Καρχηδονίων τοσούτους μνημονεύουσιν· ἀλλὰ Λίβυσι τὰ πολλὰ καὶ Ἴβηρσι καὶ Νομάσι χρώμενοι πρὸς τὰς μάχας, ἀλλοτρίαις βλάβαις ἀνεδέχοντο τὰς ἥττας.

Ἐγνώσθη δὲ τοῖς Ἕλλησιν ἡ δόξα τῶν πεσόντων ἀπὸ τῶν λαφύρων. ἐλάχιστος γὰρ ἦν χαλκῶν καὶ σιδηρῶν τοῖς σκυλεύουσι λόγος· οὕτως ἄφθονος μὲν ἦν ἄργυρος, ἄφθονος δὲ χρυσός. καὶ γὰρ τὸ στρατόπεδον μετὰ τῶν ὑποζυγίων διαβάντες ἔλαβον. τῶν δ᾽ αἰχμαλώτων οἱ μὲν πολλοὶ διεκλάπησαν ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, εἰς δὲ κοινὸν ἀπεδείχθησαν πεντακισχίλιοι τὸ πλῆθος· ἤλω δὲ καὶ διακόσια τῶν τεθρίππων. καλλίστην δὲ καὶ μεγαλοπρεπεστάτην
ὄψιν

nec quum lapſi eſſent valebant ſeſe cum armis ex luto attollere. Namque Crimeſus cum imbribus jam auctus, tum tranſeuntium cauſa exundavit, circumjectuſque campus multis ſubjectus vallibus & lacunis complebatur fluentis non rivo ſuo decurrentibus, quibus Pœni impediti miſere ſeſe habebant. Tandem tempeſtate premente, & prima acie eorum, quæ erat quadringentorum militum, a Græcis conciſa, reliqua multitudo in fugam conſternitur. Magna vis in campo occupati interficiuntur, multos amnis, qui in tranſeuntes adhuc incurrebant, impellens & tranſverſos rapiens haurit, plurimos, qui colles petebant, inſequuti levis armaturæ milites obtruncant. Perhibentur ex decem millibus qui ceciderunt, tria millia fuiſſe Carthaginenſium, magno illius civitatis luctu. Neque enim ullis erant nobilitate vel divitiis vel claritate ſecundi, neque tot uno unquam prœlio antea cecidiſſe ex ipſis memorant Carthaginenſibus; verum Afris plerumque Hiſpaniſque & Numidis quia ad certamina utebantur, alieno vincebantur detrimento.

Cæſorum deprehenderunt Græci ex manubiis dignitatem. Nihil enim æs vel ferrum qui ſpoliabant cadavera, morabantur, tanta affluentia argenti, tanta auri erat. Etenim ſuperato flumine caſtra cum impedimentis ceperunt. Captivorum ingens numerus fuit a militibus interverſus, quinque millia producta, capti etiam ducenti currus. Pulcherrimum autem & magnificentiſſimum præbuit
ſpec-

ὄψιν ἡ Τιμολέοντος ἐπεδείκνυτο σκηνή, περισωρευθεῖσα παντοδαποῖς λαφύροις, ἐν οἷς χίλιοι μὲν θώρακες ἐργασίᾳ καὶ κάλλει διαφέροντες, μύριαι δὲ ἀσπίδες προετέθησαν. ὀλίγοι δὲ πολλοὺς σκυλεύοντες, καὶ μεγάλαις ἐντυγχάνοντες ὠφελείαις, τρίτῃ μόλις ἡμέρᾳ μετὰ τὴν μάχην ἔστησαν τρόπαιον. ἅμα δὲ τῇ φήμῃ τῆς νίκης ὁ Τιμολέων εἰς Κόρινθον ἔπεμψε τὰ κάλλιστα τῶν αἰχμαλώτων ὅπλων, βουλόμενος αὐτοῦ τὴν πατρίδα πᾶσιν ἀνθρώποις ζηλωτὴν εἶναι, θεωμένοις ἐν ἐκείνῃ μόνῃ τῶν Ἑλληνικῶν πόλεων τοὺς ἐπιφανεστάτους ναοὺς, οὐχ Ἑλληνικοῖς κεκοσμημένους λαφύροις, οὐδ' ἀπὸ συγγενῶν φόνου καὶ ὁμοφύλων ἀναθημάτων μνήμας ἀτερπεῖς ἔχοντας, ἀλλὰ βαρβαρικὰ σκῦλα, καλλίσταις ἐπιγραφαῖς δηλοῦντα μετὰ τῆς ἀνδρείας τῶν νενικηκότων τὴν δικαιοσύνην, ὅτι Κορίνθιοι καὶ Τιμολέων ὁ στρατηγὸς ἐλευθερώσαντες τοὺς Σικελίαν οἰκοῦντας Ἕλληνας ἀπὸ Καρχηδονίων, χαριστήρια θεοῖς ἀνέθηκαν.

Ἐκ τούτου καταλιπὼν ἐν τῇ πολεμίᾳ τοὺς μισθοφόρους ἄγοντας καὶ φέροντας τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν, αὐτὸς ἧκεν εἰς Συρακούσας· καὶ τοὺς χιλίους μισθοφόρους ἐκείνους, ὑφ' ὧν ἐγκατελείφθη πρὸ τῆς μάχης, ἐξεκήρυξε τῆς Σικελίας, καὶ πρὶν ἢ δῦναι ἥλιον, ἠνάγκασεν ἐκ Συρακουσῶν ἀπελθεῖν. οὗτοι μὲν οὖν διαπλεύσαντες εἰς Ἰταλίαν, ἀπώλοντο παρασπονδηθέντες ὑπὸ Βρεττίων, καὶ δίκην ταύτην τὸ δαιμόνιον αὐτοῖς τῆς προδοσίας ἐπέθηκε. τῶν δὲ περὶ Μάμερκον τὸν Κατάνης τύραννον καὶ Ἱκέτην, εἴτε φθόνῳ τῶν κατορθουμένων ὑπὸ Τιμολέοντος, εἴτε φοβουμένων αὐτὸν ὡς ἄπιστον καὶ ἀ-

σπονδον

ſpectaculum Timoleontis tentorium, omni genere undique accumulatum ſpoliorum, in quibus mille thoraces eximio opere & ſplendore, decem millia clypeorum expoſita fuere. Quum multos pauci ſpoliarent, magnamque prædam caperent, tandem tertio ſecundum prœlium die excitaverunt trophæum. Corinthum cum victoriæ nuntio Timoleon ſplendidiſſima quæque ex armis captis miſit, quo patriam ſuam redderet apud omnes mortales conſpicuam, contemplantes in una illa Græciæ urbe ampliſſima templa non Græcorum decorata ſpoliis, neque ex propinquorum ſanguine & detractorum popularibus donorum triſtem memoriam exhibentia, ſed manubiis barbaricis, quæ præclariſſima inſcriptione ſignificabant victorum cum virtute juſtitiam; nempe Corinthios & Timoleontem imperatorem ea, Græcis qui Siciliam incolunt, a Pœnorum jugo liberatis, gratitudinis ergo Diis ſacraſſe.

Inde relicto ad vaſtandam Carthaginenſium provinciam mercenario milite, Timoleon Syracuſas profectus, mille illos mercede militantes, qui ipſum ante pugnam deſeruerant, Sicilia expulit, atque ante ſolis occaſum excedere coegit Syracuſis. Qui quum in Italiam tranſmiſiſſent, perfide a Brutiis violati, occubuerunt, atque has pœnas ab iis exegit Deus proditionis. At Mamercus Catanæ tyrannus & Icetes, vel Timoleontis invidia rerum geſtarum, vel ut infidum & implaca-

bilem

σπονδον πρὸς τοὺς τυράννους, συμμαχίαν ποιησαμένων πρὸς τοὺς Καρχηδονίους καὶ κελευσάντων πέμπειν δύναμιν καὶ στρατηγὸν, εἰ μὴ παντάπασιν βούλονται Σικελίας ἐκπεσεῖν, ἔπλευσε Γέσκων, ναῦς μὲν ἔχων ἑβδομήκοντα, μισθοφόρους δὲ προσλαβὼν Ἕλληνας· οὔπω πρότερον Ἕλλησι χρησαμένων Καρχηδονίων, ἀλλὰ τότε θαυμασάντων ὡς ἀνυποστάτους καὶ μαχιμωτάτους ἀνθρώπων ἁπάντων. συστάντες δὲ κοινῇ μετ᾽ ἀλλήλων ἅπαντες ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ, τετρακοσίους τῶν παρὰ Τιμολέοντος ξένων ἐπικούρους πεμφθέντας ἀπέκτειναν. ἐν δὲ τῇ Καρχηδονίων ἐπικρατείᾳ περὶ τὰς καλουμένας ἱερὰς ἐνεδρεύσαντες τοὺς μετ᾽ Εὐθύμου τοῦ Λευκαδίου μισθοφόρους διέφθειραν. ἐξ ὧν καὶ μάλιστα τὴν Τιμολέοντος εὐτυχίαν συνέβη γενέσθαι διώνυμον. ἦσαν μὲν γὰρ οὗτοι τῶν μετὰ Φιλοδήμου τοῦ Φωκέως καὶ Ὀνομάρχου Δελφοὺς καταλαβόντων, καὶ μετασχόντων ἐκείνοις τῆς ἱεροσυλίας. μισούντων δὲ πάντων αὐτοὺς, καὶ φυλαττομένων ἐπαράτους γεγονότας, πλανώμενοι περὶ τὴν Πελοπόννησον, ὑπὸ Τιμολέοντος ἐλήφθησαν, ἑτέρων στρατιωτῶν οὐκ εὐποροῦντος. ἀφικόμενοι δὲ εἰς Σικελίαν, ὅσας μὲν ἐκείνῳ συνηγωνίσαντο μάχας, πάσας ἐνίκων· τῶν δὲ πλείστων καὶ μεγίστων ἀγώνων τέλος ἐχόντων, ἐκπεμπόμενοι πρὸς ἑτέρας ὑπ᾽ αὐτοῦ βοηθείας, ἀπώλοντο, καὶ κατηναλώθησαν, οὐχ ὁμοῦ πάντες, ἀλλὰ κατὰ μέρος, τῆς δίκης αὐτοῖς ἀπολογουμένης τῇ Τιμολέοντος εὐτυχίᾳ ἐπιτιθεμένης, ὅπως μηδεμιᾶς τοῖς ἀγαθοῖς ἀπὸ τῆς τῶν κακῶν κολάσεως βλάβη γίνηται. τὴν μὲν οὖν πρὸς Τιμολέοντα τῶν Θεῶν εὐμένειαν, οὐχ ἧττον ἐν αἷς προσέκρουσε πράξεσιν, ἢ περὶ ἃς κατώρθου, θαυμάζεσθαι συνέβαινεν.

Οἱ

bilem tyrannis timentes, ſocietatem junxerunt cum Pœnis, quibus mandaverunt, niſi ſemel extrudi Sicilia vellent, copias mitterent & ducem. Navigavit eo LXX navibus Giſco, conduxitque nonnullos Græcos. Ante eam diem non fuerant Græcis uſi Pœni, tunc autem magni fecerunt eos, ut invictos & omnium mortalium fortiſſimos. Ubi in Meſſenia coierunt omnes, quadringentos milites mercenarios, quos Timoleon auxilio miſerat, occiderunt, & in Carthaginenſium provincia juxta Hieras, quas vocant, mercede militantes, quibus præerat Leucadius Euthymus, oppreſſerunt. Unde præcipue illuſtrata Timoleontis fœlicitas fuit. Siquidem hi fuerant inter illos qui cum Philodemo Phocenſi & Onomarcho Delphos occupaverunt ſacrilegii conſortes: quos quum odiſſent & devotos refugerent omnes, palantes per Peloponneſum a Timoleonte fuerant aliorum militum penuria conſcripti. Ut applicuerunt in Siciliam, in omnibus conflictibus, quibus interfuerat ille, palmam tulerant: quum vero eſſent plurima jam & maxima certamina explicata, aliis ab eo ſuppetias miſſi perierunt & abſumti ſunt, non ſemel omnes, ſed carptim. Atque ipſa cauſetur ultio fœlicitate ſe Timoleontis inflictam illis fuiſſe, ne qua ex vindicta ſceleratorum attingeret noxa bonos. Itaque favorem erga Timoleontem cœleſtium liceat non ſecus ex adverſis rebus quam ſecundis admirari.

Οἱ δὲ πολλοὶ τῶν Συρακουσίων ἐχαλέπαινον ὑπὸ τῶν τυράννων προπηλακιζόμενοι. καὶ γὰρ ὁ Μάμερκος ἐπὶ τῷ ποιήματα γράφειν καὶ τραγῳδίας μέγα φρονῶν, ἐκόμπαζε νικήσας τοὺς μισθοφόρους· καὶ τὰς ἀσπίδας ἀναθεὶς τοῖς θεοῖς, ἐλεγεῖον ὑβριστικὸν ἐπέγραψεν.

Τὰς δ' ὀστρειογραφεῖς καὶ χρυσελεφαντηλέκτρους
Ἀσπίδας ἀσπιδίοις εἵλομεν εὐτελέσι.

Γενομένων δὲ τούτων, καὶ τοῦ Τιμολέοντος εἰς Καλαυρίαν στρατεύσαντος, ὁ Ἱκέτης ἐμβαλὼν εἰς τὴν Συρακουσίαν, λείαν τε συχνὴν ἔλαβεν, καὶ πολλὰ λυμηνάμενος καὶ καθυβρίσας, ἀπηλλάττετο παρ' αὐτὴν τὴν Καλαυρίαν, καταφρονῶν τοῦ Τιμολέοντος ὀλίγους στρατιώτας ἔχοντος. ἐκεῖνος δὲ προλαβεῖν ἐάσας, ἐδίωκεν ἱππεῖς ἔχων καὶ ψιλούς. αἰσθόμενος δὲ ὁ Ἱκέτης, τὸν Δαμυρίαν διαβεβηκὼς ὑπέστη παρὰ τὸν ποταμὸν, ὡς ἀμυνούμενος. καὶ γὰρ αὐτῷ θάρσος ἥ τε τοῦ πόρου χαλεπότης, καὶ τὸ κρημνῶδες τῆς ἑκατέρωθεν ὄχθης παρεῖχεν. τοῖς δὲ μετὰ τοῦ Τιμολέοντος ἰλάρχαις ἔρις ἐμπεσοῦσα θαυμαστὴ καὶ φιλονεικία, διατριβὴν ἐποίει τῆς μάχης. οὐδεὶς γὰρ ἦν ὁ βουλόμενος ἑτέρου διαβαίνειν ὕστερος ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος ἠξίου πρωταγωνιστεῖν. καὶ κόσμον οὐκ εἶχεν ἡ διάβασις, ἐξωθούντων καὶ παρατρεχόντων ἀλλήλοις. βουλόμενος οὖν ὁ Τιμολέων κληρῶσαι τοὺς ἡγεμόνας, ἔλαβεν παρ' ἑκάστου δακτύλιον· ἐμβαλὼν δὲ πάντας εἰς τὴν ἑαυτοῦ χλαμύδα καὶ μίξας, ἔδειξε τὸν πρῶτον κατὰ τύχην γλυφὴν ἔχοντα τῆς σφραγῖδος τρόπαιον. ὡς δὲ τοῦτο εἶδον οἱ νεανίσκοι, μετὰ χαρᾶς ἀνακραγόντες, οὐκ ἔτι

τὸν

Porro populus Syracusanus procacitate tyrannorum vexati ægre ferebant. Mamercus enim in poematibus scribendis & tragœdiis sibi placens, jactabat se in eo quod milites mercenarios fudisset, clypeisque, quos Diis dicavit, probrosum elegium inscripsit,

Auro, ebore, electro pictos, ostroque nitentes
Vilibus en clypeis cepimus hos clypeos.

His actis dum in Calauria Timoleon castra movit, Icetes fines Syracusanos incursans, ingenti præda potitus est. Quumque multa fœdasset & affixisset, contemtu Timoleontis qui exiguas copias secum habebat, regressus est præter ipsam Calauriam. Ille Icetem antevertere permittens, cum equitatu & levi armatura consectatus est eum. De eo factus certior Icetes, transmisso Damyria, substitit in ripa, Timoleontem prohibiturus transitu. Quippe animum ei cum vadi difficultas tum abrupta utrinque ripa dabat. Ibi decuriones Timoleontis mirificum incessit certamen & contentio, quæ moram pugnæ fecit. Nemo enim post alterum transire in hostem sustinebat, sed postulabat quisque priores pugnæ partes, eratque confusionis plenus transitus impellentium se mutuo & præcurrentium. Ergo Timoleon jussis sortiri præfectis, accepit annulum a singulis: quos cum in lacernam suam conjecisset & confudisset, primum forte eduxit qui sigillo trophæum habebat insculptum. Quod ubi juvenes viderunt, læto clamore sublato, non ultra ul-

lam

τὸν ἄλλον ὑπέμειναν κλῆρον, ἀλλ' ὡς ἕκαστος τάχους εἶχεν τὸν ποταμὸν διεξελάσαντες, ἐν χερσὶν ἦσαν τοῖς πολεμίοις. οἱ δ' οὐκ ἐδέξαντο τὴν βίαν αὐτῶν, ἀλλὰ φεύγοντες, τῶν μὲν ὅπλων ἅπαντες ὁμαλῶς ἐστερήθησαν, χιλίους δ' ἀπέβαλον πεσόντας.

Οὐ πολλῷ δ' ὕστερον εἰς τὴν Λεοντίνων στρατεύσας ὁ Τιμολέων, λαμβάνει τὸν Ἱκέτην ζῶντα, καὶ τὸν υἱὸν Εὐπόλεμον, καὶ τὸν ἵππαρχον Εὔθυμον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν συνδεθέντας καὶ κομισθέντας πρὸς αὐτόν. ὁ μὲν οὖν Ἱκέτης καὶ τὸ μειράκιον, ὡς τύραννοι καὶ προδόται κολασθέντες ἀπέθνησκον. ὁ δ' Εὔθυμος, ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν πρὸς τοὺς ἀγῶνας καὶ τόλμῃ διαφέρων, οὐκ ἔτυχεν οἴκτου, διὰ βλασφημίαν τινὰ πρὸς τοὺς Κορινθίους κατηγορηθεῖσαν αὐτοῦ. λέγεται γὰρ ὅτι τῶν Κορινθίων ἐκστρατευσαμένων ἐπ' αὐτοῖς, δημηγορῶν ἐν τοῖς Λεοντίνοις, οὐδὲν ἔφη γεγονέναι φοβερὸν οὐδὲ δεινόν, εἰ

Κορίνθιαι γυναῖκες ἐξῆλθον δόμων.

οὕτως ὑπὸ λόγων μᾶλλον ἢ πράξεων πονηρῶν ἀνιᾶσθαι πεφύκασιν οἱ πολλοί· χαλεπώτερον γὰρ ὕβριν ἢ βλάβην φέρουσι. καὶ τὸ μὲν ἀμύνεσθαι δι' ἔργων, ὡς ἀναγκαῖον, δέδοται τοῖς πολεμοῦσιν· αἱ δὲ βλασφημίαι, περιουσίᾳ μίσους ἢ κακίας γίνεσθαι δοκοῦσιν.

Ἐπανελθόντος δὲ τοῦ Τιμολέοντος, οἱ Συρακούσιοι τὰς γυναῖκας τῶν περὶ τὸν Ἱκέτην καὶ τὰς θυγατέρας ἐν ἐκκλησίᾳ καταστήσαντες εἰς κρίσιν, ἀπέκτειναν. καὶ δοκεῖ τοῦτο τῶν Τιμολέοντος ἔργων ἀχαριστότατον γενέσθαι· μὴ γὰρ ἂν ἐκείνου κωλύοντος, οὕτω τὰς ἀνθρώπους ἀποθανεῖν. δοκεῖ δ' αὐτὰς ὑπερ-

lam expectaverunt sortitionem, verum pro se quisque ocyssime superato fluvio, conseruerunt cum hoste manus. At illi non substiterunt horum impetum, sed in fugam effusi, omnes pariter armis exuti, mille interfecti desideratique.

Post aliquanto induxit in fines Leontinos Timoleon exercitum. Ibi Icetem vivum & filium ejus Eupolemum, equitumque præfectum Euthymum a militibus vinctos & ad ipsum attractos capit. Icetes cum adolescente ut proditores & tyranni puniti necatique. Euthymus, etsi vir strenuus in prœliis & virtute esset præcellens, ob quoddam tamen in Corinthios convitium quod ei objecerunt, non est veniam consequutus. Ferunt nempe eum, quum Corinthii in eos moverent, dixisse concionantem Leontinis, nihil terribile vel grave accidisse,

Corinthiæ exissent domo si fœminæ.

Ita multos lingua solet magis quam tetra facta pungere: gravius enim contumeliam ferunt homines quam detrimentum. Quippe offensio per manum hostibus ut necessaria concessa est, virulentia vero linguæ ex redundantia odii videtur vel improbitate prodire.

Regresso Timoleonte, Syracusani uxores & filias Icetis ejusque filii in concione damnatas necaverunt, quod omnium apparet fuisse Timoleontis factorum ingratissimum. Neque enim, ille si intercessisset, ita eas fœminas fuisse existimant perituras; verum nullam

ὑπεριδεῖν, καὶ προέσθαι τῷ θυμῷ τῶν πολιτῶν, δίκην λαμβανόντων ὑπὲρ Δίωνος τοῦ Διονύσιον ἐκβαλόντος. Ἱκέτης γάρ ἐστιν ὁ τὴν γυναῖκα τοῦ Δίωνος Ἀρετὴν, καὶ τὴν ἀδελφὴν Ἀριστομάχην, καὶ τὸν υἱὸν ἔτι παῖδα καταποντίσας ζῶντας, περὶ ὧν ἐν τῷ Δίωνος γέγραπται βίῳ.

Μετὰ δὲ ταῦτα στρατεύσας ἐπὶ Μάμερκον εἰς Κατάνην, καὶ περὶ τὸ ῥεῦμα τὴν Ἄβολον ἐκ παρατάξεως ὑποστάντα νικήσας καὶ τρεψάμενος, ὑπὲρ δισχιλίους ἀνεῖλεν· ὧν μέρος οὐκ ὀλίγον ἦσαν οἱ πεμφθέντες ὑπὸ Γέσκωνος ἐπίκουροι Φοίνικες. ἐκ δὲ τούτου, Καρχηδόνιοι μὲν εἰρήνην ἐποιήσαντο πρὸς αὐτὸν δεηθέντες, ὥστε τὴν ἐντὸς τοῦ Λύκου χώραν ἔχειν, καὶ τοὺς βουλομένους ἐξ αὐτῆς μετοικεῖν πρὸς Συρακουσίους, χρήματα καὶ γενεὰς ἀποδιδόντες, καὶ τοῖς τυράννοις ἀπειπάμενοι τὴν συμμαχίαν. Μάμερκος δὲ δυσθυμῶν ταῖς ἐλπίσιν, ἔπλει μὲν εἰς Ἰταλίαν, ὡς Λευκανοὺς ἐπάξων Τιμολέοντι καὶ Συρακουσίοις. ἐπεὶ δὲ ἀποστρέψαντες οἱ σὺν αὐτῷ τὰς τριήρεις, καὶ πλεύσαντες εἰς Σικελίαν τῷ Τιμολέοντι τὴν Κατάνην παρέδωκαν, ἀναγκασθεὶς καὶ αὐτὸς εἰς Μεσσήνην κατέφυγε πρὸς Ἵππωνα τὸν τυραννοῦντα τῆς πόλεως. ἐπελθόντος δὲ τοῦ Τιμολέοντος αὐτοῖς, καὶ πολιορκοῦντος ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, ὁ μὲν Ἵππων, ἀποδιδράσκων ἐπὶ νεὼς, ἥλω· καὶ παραλαβόντες αὐτὸν οἱ Μεσσήνιοι, καὶ τοὺς παῖδας ἐκ τῶν διδασκαλείων, ὡς ἐπὶ θέαμα κάλλιστον, τὴν τοῦ τυράννου τιμωρίαν, ἀγαγόντες εἰς θέατρον, ᾐκίσαντο καὶ διέφθειραν· ὁ δὲ Μάμερκος ἑαυτὸν Τιμολέοντι παρέδωκεν ἐπὶ τῷ δίκην ὑποσχεῖν ἐν Συρακουσίοις, μὴ κατηγοροῦντος Τιμολέοντος. ἀχθεὶς δὲ εἰς τὰς Συρακούσας, παρελθὼν

Iam arbitror eum illarum rationem habuisse, sed condonasse eas civium iræ, Dioni, qui Dionysium exegit, parentantium. Icetes est enim ille qui uxorem Dionis Aretam, Aristomachen sororem, & filium puerum admodum, vivos in pelagus mersit, ut in Dionis vita retulimus.

Secundum hæc, arma in Mamercum Catanam ferens, juxta rivulum Abolum eum inire prœlium ausum fudit fugavitque, ac supra duo millia oppressit, quorum erant magna pars auxiliares Pœni a Giscone missi. Inde Pœni pacem ab eo precibus impetraverunt hisce legibus, ut tractum qui intra Lycum est, tenerent, & liberum cuilibet esset cum pecunia & familia commigrare inde Syracusas, utque tyrannorum societati renuntiarent. At Mamercus diffidens rebus suis, navigavit in Italiam ad concitandos in Timoleontem & Syracusanos Lucanos: sed quum comites ejus, qui reducebant naves, revecti in Siciliam Timoleonti tradidissent Catanam, coactus ipse quoque fuit Messanam ad Hipponem ejus oppidi tyrannum confugere. Hos Timoleonte persequente & terra marique obsidente, Hippo fugam nave moliens captus est. Eum Messanii sibi traditum, liberis ex ludo in theatrum ad tyranni supplicium velut pulcherrimum spectaculum ductis, flagro cæsum necaverunt. Mamercus ultro se in fidem Timoleontis permisit hac lege, ut Timoleonte non accusante causam diceret Syracusis. Ductus Syracusas & in concionem progressus, ora-

ἐλθὼν εἰς τὸν δῆμον, ἐπεχείρει μὲν τινα συγκείμενον ἐκ παλαιοῦ λόγον ὑπ' αὐτοῦ διεξιέναι· θορύβοις δὲ περιπίπτων, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ὁρῶν ἀπαραίτητον, ἔθει ῥίψας τὸ ἱμάτιον διὰ μέσου τοῦ θεάτρου, καὶ πρός τι τῶν βάθρων δρόμῳ φερόμενος συνέρρηξεν τὴν κεφαλὴν, ὡς ἀποθανούμενος. οὐ μὴν ἔτυχέν γε ταύτης τῆς τελευτῆς, ἀλλ' ἔτι ζῶν ἀπαχθεὶς, ἥνπερ οἱ λῃσταὶ δίκην ἔδωκεν.

Τὰς μὲν οὖν τυραννίδας ὁ Τιμολέων τοῦτον τὸν τρόπον ἐξέκοψεν, καὶ τοὺς πολεμίους ἔλυσεν. τὴν δὲ ὅλην νῆσον ἐξηγριωμένην ὑπὸ κακῶν, καὶ διαμεμισημένην ὑπὸ τῶν οἰκητόρων παραλαβὼν, οὕτως ἐξημέρωσε καὶ ποθεινὴν ἐποίησε πᾶσιν, ὥστε πλεῖν οἰκήσοντας ἑτέρους ὅθεν οἱ πολῖται πρότερον ἀπεδίδρασκον. καὶ γὰρ Ἀκράγαντα, καὶ Γέλαν, πόλεις μεγάλας, μετὰ τὸν Ἀττικὸν πόλεμον ὑπὸ Καρχηδονίων ἀναστάτους γεγενημένας, τότε κατῴκησαν· τὴν μὲν, οἱ περὶ Μέγελλον καὶ Φέριστον, ἐξ Ἐλέας, τὴν δὲ, οἱ περὶ Γόργον, ἐκ Κέω ἐκπλεύσαντες, καὶ συναγαγόντες τοὺς ἀρχαίους πολίτας. οἷς οὐ μόνον ἀσφάλειαν ἐκ πολέμου τοσούτου καὶ γαλήνην ἱδρυομένοις παρασχὼν, ἀλλὰ καὶ τἆλλα παρασκευάσας καὶ συμπροθυμηθεὶς, ὥσπερ οἰκιστὴς ἠγαπᾶτο. καὶ τῶν ἄλλων δὲ διακειμένων ὁμοίως ἁπάντων πρὸς αὐτὸν, οὐ πολέμου τις λύσις, οὐ νόμων θέσις, οὐ χώρας κατοικισμὸς, οὐ πολιτείας διάταξις ἐδόκει καλῶς ἔχειν, ἧς ἐκεῖνος μὴ προσάψαιτο, μηδὲ κατακοσμήσειεν, ὥσπερ ἔργου συντελουμένου δημιουργὸς, ἐπιθείς τινα χάριν θεοφιλῆ καὶ πρέπουσαν.

Πολλῶν γὰρ κατ' αὐτὸν Ἑλλήνων, μεγάλων γενομένων καὶ μεγάλα κατ-

ερ-

orationem quam jam pridem commentatus fuerat, exorsus est dicere: verum obstrepente sibi populo, concionem cernens implacabilem, abjecto pallio, medio se proripit theatro, atque impetu in subsellia ad necem sibi consciscendam illisit caput. Atqui non obtigit ei hic exitus, sed spirans adhuc abstractus & more latronum est plexus.

Ad eum modum excidit Timoleon tyrannides, & bella sustulit. Totam autem insulam, quam calamitatibus deformatam & invisam incolis accepit, ita pacatam & omnibus reddidit exoptatam, ut ad incolendum alii advolarent eo, unde profugerant ante cives. Namque Agrigentum & Gelam, ingentes urbes, sub bellum Atticum a Pœnis excisas frequentaverunt tunc cultoribus: hanc Gorgus ex Cea, illam Megellus & Pheristus ex Elea profecti, coactis veteribus civibus. Quibus quum non modo præstitisset a tanto bello ad sedes ponendas securitatem & tranquillitatem, sed cætera quoque præparasset atque enixe juvisset, colebant eum pro conditore. Quum vero idem esset aliorum juxta omnium erga eum animus, non fœdus ullum, non legum latio, non loci habitatio, non reipub. constitutio recte videbatur comparata, quam non attigisset ille, composuissetque, tanquam operi consummato architectus extremam faustamque atque Diis hominibusque gratam manum addens.

Nam quum multi illius ætate Græci floruerint insignes viri, & præclaras res gesse-

se-

ἐργασαμένων, ὧν καὶ Τιμόθεος ἦν, καὶ Ἀγησίλαος καὶ Πελοπίδας, καὶ ὁ μάλιστα ζηλωθεὶς ὑπὸ Τιμολέοντος Ἐπαμινώνδας· αἱ μὲν ἐκείνων πράξεις βίᾳ τινὶ καὶ πόνῳ τὸ λαμπρὸν ἐξενηνόχασιν μεμιγμένον, ὥστε καὶ μέμψιν ἐνίαις ἐπιγίνεσθαι καὶ μετάνοιαν· τῶν δὲ Τιμολέοντος ἔργων, ἔξω λόγου θεμένοις τὴν περὶ τὸν ἀδελφὸν ἀνάγκην, οὐδέν ἐστιν ᾧ μὴ τὰ τοῦ Σοφοκλέους, ὥς φησι Τίμαιος, ἐπιφωνεῖν ἔπρεπεν,

Ὦ Θεοί, τίς ἄρα Κύπρις, ἢ τίς ἵμερος τοῦδε ξυνήψατο;

καθάπερ γὰρ ἡ μὲν Ἀντιμάχου ποίησις, καὶ τὰ Διονυσίου ζωγραφήματα, τῶν Κολοφωνίων, ἰσχὺν ἔχοντα καὶ τόνον, ἐκβεβιασμένοις καὶ καταπόνοις ἔοικε, ταῖς δὲ Νικομάχου γραφαῖς, καὶ τοῖς Ὁμήρου στίχοις, μετὰ τῆς ἄλλης δυνάμεως καὶ χάριτος, πρόσεστιν τὸ δοκεῖν εὐχερῶς καὶ ῥᾳδίως ἀπειργάσθαι· οὕτως παρὰ τὴν Ἐπαμινώνδου στρατηγίαν, καὶ τὴν Ἀγησιλάου, πολυπόνους γενομένας καὶ δυσαγώνας, ἡ Τιμολέοντος ἀντεξεταζομένη, καὶ μετὰ τοῦ καλοῦ πολὺ τὸ ῥᾴδιον ἔχουσα φαίνεται τοῖς εὖ καὶ δικαίως λογιζομένοις, οὐ τύχης ἔργον, ἀλλ' ἀρετῆς εὐτυχούσης. καίτοι πάντα γ' ἐκεῖνος εἰς τὴν τύχην ἀνῆπτεν τὰ κατορθούμενα. καὶ γὰρ γράφων τοῖς οἴκοι φίλοις, καὶ δημηγορῶν πρὸς τοὺς Συρακουσίους, πολλάκις ἔφη τῷ Θεῷ χάριν ἔχειν, ὅτι βουλόμενος σῶσαι Σικελίαν, ἐπεγράψατο τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν. ἐπὶ δὲ τῆς οἰκίας ἱερὸν ἱδρυσάμενος αὐτοματίας ἔθυσε, αὐτὴν δὲ τὴν οἰκίαν ἱερῷ δαίμονι καθιέρωσεν. ᾤκει δὲ οἰκίαν ἣν ἐξεῖλον αὐτῷ στρατηγίας ἀριστεῖον οἱ Συρακούσιοι, καὶ τῶν ἀγρῶν τὸν ἥδιστον καὶ κάλλιστον· ἐν ᾧ καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου κατεσχόλαζεν, μετα-

ferint, inter quos Timotheus, Agesilaus, Pelopidas fuerunt, &, quem est præcipue Timoleon æmulatus, Epaminondas, facta illorum extulerunt vi & labore dilutum splendorem, unde nonnulla eorum sequuta reprehensio & pœnitentia est. At Timoleontis operum, si a fratris fato discesseris, nullum est cui non Sophoclis illud (ut Timæus ait) merito acclames,

O Dii, quænam Venus vel quis Cupido
Hisce manum admovit?

Ut enim Antimachi versus & Dionysii picturæ (qui ambo Colophonii erant) virium satis atque vigoris habeant, simul autem elaborati nimis videantur; Nicomachi vero picturis & carminibus Homeri extra reliquas dotes & gratias etiam hoc inest, expedite ut facta & facile appareant: ita si cum Epaminondæ imperio & Agesilai laborum pleno atque ærumnoso, Timoleontis contendas ducatum, qui cum splendore magnam habet facilitatem, videbitur is bene & recte reputantibus, non fortunæ sed virtutis esse fortunatæ opus. Et quidem victorias suas ille fortunæ retulit omnes acceptas. Siquidem scribens domum ad amicos, & in concionibus ad Syracusanos, sæpenumero gratias ait se Deo habere, quod quum servare vellet Siciliam, ei rei titulum inscripserit sui nominis. Domi extructo sacello Casus, sacrificabat ei: ædes ipsas sancto Genio dedicavit. Domum habitabat, quam ei Syracusani eximiam imperii præmio donaverunt, præterea amœnissimum & pulcherrimum omnium prædium; ubi plerumque in quiete

ταπεμψάμενος οἴκοθεν τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας. οὐ γὰρ ἐπανῆλθεν εἰς Κόρινθον, οὐδὲ κατέμιξε τοῖς Ἑλληνικοῖς θορύβοις ἑαυτόν, οὐδὲ τῷ πολιτικῷ φθόνῳ παρέδωκεν, εἰς ὃν οἱ πλεῖστοι τῶν στρατηγῶν ἀπληστίᾳ τιμῶν καὶ δυνάμεως ἐξοκέλλουσιν, ἀλλ' ἐκεῖ κατέμεινεν, τοῖς ἐφ' ἑαυτοῦ μεμηχανημένοις ἀγαθοῖς χρώμενος· ὧν μέγιστον ἦν τὸ πόλεις τοσαύτας καὶ μυριάδας ἀνθρώπων δι' ἑαυτὸν ἐφορᾶν εὐδαιμονούσας.

Ἐπεὶ δὲ χρῆν, ὡς ἔοικεν, οὐ μόνον πάσι κορυδαλλοῖς λόφον ἐγγίνεσθαι, κατὰ Σιμωνίδην, ἀλλὰ καὶ πάσῃ δημοκρατίᾳ συκοφάντην, ἐπεχείρησαν καὶ Τιμολέοντι δύο τῶν δημαγωγῶν, Λαφύστιος καὶ Δημαίνετος. ὧν Λαφυστίου μὲν αὐτὸν πρός τινα δίκην κατεγγυῶντος, οὐκ εἴα θορυβεῖν, οὐδὲ κωλύειν τοὺς πολίτας· ἑκὼν γὰρ αὐτὸς ὑπομεῖναι τοσούτους πόνους καὶ κινδύνους ὑπὲρ τοῦ τοῖς νόμοις χρῆσθαι τὸν βουλόμενον Συρακουσίων· τοῦ δὲ Δημαινέτου πολλὰ κατηγορήσαντος ἐν ἐκκλησίᾳ τῆς στρατηγίας, πρὸς ἐκεῖνον μὲν οὐδὲν ἀντεῖπεν, τοῖς δὲ Θεοῖς ἔφη χάριν ὀφείλειν, ἧς εὔξατο Συρακουσίους ἐπιδεῖν τῆς παρρησίας κυρίους γενομένους. μέγιστα δ' οὖν καὶ κάλλιστα τῶν καθ' αὐτὸν Ἑλλήνων ὁμολογουμένως διαπραξάμενος ἔργα, καὶ μόνος, ἐφ' ἃς οἱ σοφισταὶ διὰ τῶν λόγων τῶν πανηγυρικῶν ἀεὶ παρεκάλουν πράξεις τοὺς Ἕλληνας, ἐν αὐταῖς ἀριστεύσας· καὶ τῶν μὲν αὐτόθι κακῶν, ἃ τὴν ἀρχαίαν Ἑλλάδα κατέσχεν, ὑπὸ τῆς τύχης προεκκομισθεὶς ἀναίμακτος καὶ καθαρός· ἐπιδειξάμενος δὲ δεινότητα μὲν καὶ ἀνδρείαν βαρβάροις καὶ τοῖς τυράννοις, δικαιοσύνην δὲ

καὶ

quiete cum uxore & liberis, quos acciverat ex patria, agebat. Neque enim Corinthum repetiit, neque se tumultibus Græciæ implicavit, vel civili objecit odio, in quod plerique insatiabili honorum & potentiæ cupiditate impingunt imperatores, sed illic subsedit, bonis quorum ipse autor fuerat fruens. Eorum erat summum, quod tam multas civitates, tam immensam multitudinem videret mortalium sua opera vitam agentem beatam.

Cæterum, quia nimirum non modo omnibus innasci galeritis cristam oportet, ut ait Simonides, verum omni etiam reipub. quadruplatorem: Timoleontem quoque duo concionatores adorti sunt, Laphystius & Demænetus. Quorum Laphystio sponsores ab eo in causa quadam exigente, non permisit tumultum cives movere, vel illum interpellare: ideo enim se tantos labores & pericula docuit ultro suscepisse, ut quivis civis Syracusanus uti valeret legibus. Quum vero Demænetus multis dictis res gestas in imperio ejus lacerasset pro concione, nihil respondit ei, tantum ait gratias se debere Diis, quos precatus esset ut Syracusanos videre posset libere loquendi jus assequutos. Ergo postquam præstantissima & pulcherrima omnium citra controversiam suæ ætatis Græcorum facta edidit, & ad quas actiones orationibus semper in conventibus Græcos cohortabantur sophistæ, in his solus excelluit, atque ex malis quæ ipsius ævo veterem Græciam agitabant, tempestive exportatus a fortuna fuit incruentus & mundus, consilium vero & virtutem suam barbaris tyrannisque probavit, justitiam

καὶ πρᾳότητα τοῖς Ἕλλησι καὶ τοῖς φίλοις· τὰ δὲ πλεῖστα τρόπαια τῶν ἀγώνων ἀδάκρυτα καὶ ἀπενθῆ τοῖς πολίταις καταστήσας, καθαρὰν δὲ τὴν Σικελίαν ἐν οὐδ᾽ ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ ἀηδιῶν καὶ συνοίκων κακῶν καὶ νοσημάτων παραδοὺς τοῖς κατοικοῦσιν· ἤδη πρεσβύτερος ὢν ἀπημβλυώθη τὴν ὄψιν, εἶτα τελέως ἐπηρώθη μετ᾽ ὀλίγον, οὔτε αὐτὸς ἑαυτῷ πρόφασιν παρασχὼν, οὔτε παροινηθεὶς ὑπὸ τῆς τύχης, ἀλλὰ συγγενικῆς τινος, ὡς ἔοικεν, αἰτίας καὶ καταβολῆς ἅμα τῷ χρόνῳ συνεπιτιθεμένης. λέγονται γὰρ οὐκ ὀλίγοι τῶν κατὰ γένος αὐτῷ προσηκόντων, ὁμοίως ἀποβαλεῖν τὴν ὄψιν, ὑπὸ γήρως ἀπομαρανθεῖσαν. ὁ δὲ Ἄθανις, ἔτι συνεστῶτος τοῦ πρὸς Ἵππωνα πολέμου καὶ Μάμερκον, ἐν Μυλαῖς ἐπὶ στρατοπέδου φησὶν ἀπογλαυκωθῆναι τὴν ὄψιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι φανερὰν γενέσθαι τὴν πήρωσιν· οὐ μὴν ἀποστῆναι διὰ τοῦτο πολιορκίας, ἀλλ᾽ ἐμμείναντα τῷ πολέμῳ λαβεῖν τοὺς τυράννους. ὡς δὲ ἐπανῆλθεν εἰς Συρακούσας, εὐθὺς ἀποθέσθαι τὴν μοναρχίαν καὶ παραιτεῖσθαι τοὺς πολίτας, τῶν πραγμάτων εἰς τὸ κάλλιστον ἡκόντων τέλος.

Ἐκεῖνον μὲν οὖν αὐτὸν ὑπομείναντα τὴν συμφορὰν ἀλύπως ἧττον ἄν τις θαυμάσειεν. τῶν δὲ Συρακουσίων ἄξιον ἀγασθῆναι τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα τιμὴν καὶ χάριν, ἣν ἐπεδείξαντο πεπηρωμένῳ, φοιτῶντες ἐπὶ θύρας αὐτοὶ, καὶ τῶν ξένων τοὺς παρεπιδημοῦντας ἄγοντες εἰς τὴν οἰκίαν καὶ τὸ χωρίον, ὅπως θεάσαιντο τὸν εὐεργέτην αὐτῶν, ἀγαλλόμενοι καὶ μέγα φρονοῦντες ὅτι παρ᾽ αὐτοῖς εἵλετο καταζῆσαι τὸν βίον, οὕτω λαμπρᾶς ἐπανόδου τῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα παρεσκευασμένης αὐτῷ, διὰ τῶν εὐτυχημάτων, καταφρονήσας. πολλῶν

justitiam atque mansuetudinem Græcis & amicis, trophæa prœliorum maxima ex parte sine lacrymis & luctu civium suorum erexit, Siciliam annis nondum circumactis octo a miseriis intestinisque malis ac morbis puram tradidit incolis: ætate jam gravior oculorum caligine captus est, brevique post amisit visum, non quod in culpa ipse fuerit, vel lascivia sit fortunæ afflictus, sed ex hæreditaria causa & morbo, meo judicio, cum ætate impetente. Siquidem non pauci ex illius familia referuntur, qui emarcescente ex senio lumine orbati fuere. Athanis bello etiamnum cum Hippone & Mamerco flagrante Mylis ait aciem ejus vitiatam glaucomate fuisse, omnibusque patuisse imminere ei cæcitatem: nec ideo tamen obsidionem eum solvisse, sed in bello perseverantem tyrannos cepisse. Ut tamen regressus est Syracusas, deposuisse eum protinus imperium, & se apud cives excusasse, quum res ad optimum terminum perduxisset.

Atque illum quidem molliter calamitatem suam minus mirum sit tulisse. At Syracusanorum in illum operæ pretium est commendare honores & gratitudinem, quibus prosequuti cæcum sunt, januam ejus celebrando, hospites, qui Syracusis forte transirent, domum ejus & ad villam deducendo, quo virum contemplarentur ita de ipsis meritum: exultantes gloriantesque quod reditu in Græciam adeo celebri, qui victoriarum nomine manebat eum, contempto, vitam ei exigere apud se libuisset. Quum autem

λῶν δὲ καὶ μεγάλων εἰς τὴν ἐκείνου τιμὴν γραφομένων καὶ πραττομένων, οὐδενὸς ἧττον ἦν τὸ ψηφίσασθαι τὸν τῶν Συρακουσίων δῆμον, ὁσάκις συμπέσοι πόλεμος αὐτοῖς πρὸς ἀλλοφύλους, Κορινθίῳ χρῆσθαι στρατηγῷ. καλὴν δὲ καὶ τὸ περὶ τὰς ἐκκλησίας γινόμενον ὄψιν εἰς τιμὴν αὐτοῦ παρεῖχε. τὰ γὰρ ἄλλα δι' αὐτῶν κρίνοντες, ἐπὶ τὰς μείζονας διασκέψεις ἐκεῖνον ἐκάλουν. ὁ δὲ κομιζόμενος δι' ἀγορᾶς ἐπὶ ζεύγους πρὸς τὸ θέατρον ἐπορεύετο· καὶ τῆς ἀπήνης, ὥσπερ ἐτύγχανεν καθήμενος, εἰσαγομένης, ὁ μὲν δῆμος ἠσπάζετο, μιᾷ φωνῇ προσαγορεύων αὐτόν. ὁ δ' ἀντασπασάμενος, καὶ χρόνον τινὰ δοὺς ταῖς εὐφημίαις καὶ τοῖς ἐπαίνοις, εἶτα διακούσας τὸ ζητούμενον, ἀπεφαίνετο γνώμην. ἐπιχειροτονηθείσης δὲ ταύτης, οἱ μὲν ὑπηρέται πάλιν ἀπῆγον διὰ τοῦ θεάτρου τὸ ζεῦγος, οἱ δὲ πολῖται, βοῇ καὶ κρότῳ προπέμψαντες ἐκεῖνον, ἤδη τὰ λοιπὰ τῶν δημοσίων καθ' αὐτοὺς ἐχρημάτιζον.

Ἐν τοιαύτῃ δὲ γηροτροφούμενος τιμῇ μετ' εὐνοίας, ὥσπερ πατὴρ κοινός, ἐκ μικρᾶς προφάσεως τῷ χρόνῳ συνεφαψαμένης ἐτελεύτησεν. ἡμερῶν δὲ δοθεισῶν τοῖς μὲν Συρακουσίοις εἰς τὸ παρασκευάσαι τὰ περὶ τὴν ταφήν, τοῖς δὲ περιοίκοις καὶ ξένοις, εἰς τὸ συνελθεῖν, τά τε ἄλλα λαμπρᾶς χορηγίας ἔτυχεν, καὶ τὸ λέχος οἱ ψήφῳ τῶν νεανίσκων προκριθέντες ἔφερον κεκοσμημένον διὰ τῶν Διονυσίων τυραννείων τότε κατεσκαμμένων. προὔπεμπον δὲ πολλαὶ μυριάδες ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ὧν ὄψις μὲν ἦν ἑορτῇ πρέπουσα, πάντων ἐστεφανωμένων καὶ καθαρὰς ἐσθῆτας φορούντων. φωναὶ δὲ καὶ δάκρυα συγκεκραμένα τῷ μακαρισμῷ τοῦ τεθνηκότος, οὐ τιμῆς ἀφοσίωσιν, οὐδὲ

λει-

autem multæ rogationes ferrentur, multa in laudem illius agerentur, tum eximium hoc nulloque inferius scivit populus Syracusanus, ut quotiescumque gesturi bellum essent cum nationibus exteris, duce uterentur Corinthio. Magnificam etiam mos concionum habendarum ad laudem ejus præbebat speciem. Nam disceptabant ipsi per se cætera, ad majores vero deliberationes illum adhibebant, qui medio foro vehebatur curru ad theatrum: vehiculo in quo sedebat illato, populus una voce appellabat salutabatque illum. Ille reddita salute, quum aliquid festis vocibus & laudationibus dedisset spatii, audiebat qua de re deliberarent, inde sententiam suam dicebat. Qua comprobata, reducebant currum per theatrum ministri ejus, cives autem voce, acclamatione, plausu eum prosequuti, deinde publica negotia dispensabant per se.


Quum tanto honore & benevolentia esset senectus ejus sicut parentis civitatis culta, ex levi invaletudine cum senio conjuncta decessit. Spatio certo dato, quo Syracusani ea quæ ad funus pertinerent, parabant, & vicini peregrinique conveniebant, cætera instructa fuerunt magnifice. Lectum delecti sorte a populo juvenes exornatum per Dionysiorum tunc dirutam regiam portaverunt. Prosequuta est virorum & mulierum infinita caterva, quorum species omnium coronatorum & candidis vestibus amictorum festum diem repræsentavit. Jam voces & lacrymæ cum mortui commistæ laudibus, non honoris defunctionem, nec munus publice

λειτουργίαν ἐκ προβλήματος, ἀλλὰ πόθον δίκαιον ἐπιδεικνύντα, καὶ χάριν ἀληθινῆς εὐνοίας. τέλος δὲ τῆς κλίνης ἐπὶ τὴν πυρὰν τεθείσης, Δημήτριος, ὃς ἦν μεγαλοφωνότατος τῶν τότε κηρύκων, γεγραμμένον ἀνεῖπε κήρυγμα τοιοῦτον, Ο ΔΗΜΟΣ τῶν Συρακουσίων, Τιμολέοντα Τιμοδήμου Κορίνθιον τόνδε, θάπτει μὲν διακοσίων μνῶν, ἐτίμησε δὲ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀγῶσι μουσικοῖς, ἱππικοῖς, γυμνικοῖς· ὅτι τοὺς τυράννους καταλύσας, καὶ τοὺς βαρβάρους καταπολεμήσας, καὶ τὰς μεγίστας τῶν ἀναστάτων πόλεων οἰκίσας, ἀπέδωκε τοὺς νόμους τοῖς Σικελιώταις. ἐποιήσαντο δὲ τὴν ταφὴν τοῦ σώματος ἐν ἀγορᾷ, καὶ στοὰς ὕστερον περιβαλόντες, καὶ παλαίστρας ἐνοικοδομήσαντες, γυμνάσιον τοῖς νέοις ἀνῆκαν, καὶ Τιμολεόντειον προσηγόρευσαν. αὐτοὶ δὲ χρώμενοι πολιτείᾳ καὶ νόμοις οὓς ἐκεῖνος κατέστησεν, ἐπὶ πολὺν χρόνον εὐδαιμονοῦντες διετέλεσαν.

blice injunctum, sed verum desiderium prætulerunt, & sinceri gratiam amoris. Lecto denique in rogum illato, Demetrius, præconum illius memoriæ omnium vocalissimus, scriptum decretum recitavit hujuscemodi, POPULUS Syracusanus scivit Timoleontem hunc Timodemi filium Corinthium, quod tyrannis obtritis, barbaris superatis, & amplissimis urbibus quæ eversæ fuerant incolarum multitudine frequentatis, leges suas Siculis reddiderit, ducentarum minarum impensarum funerandum, honorandum insuper in perpetuum ludis musicis, equestribus, & gymnicis. Ad hæc, corpori monumentum in foro fecerunt, quod porticibus postea cinxerunt, ibique palæstris inædificatis paraverunt juventuti gymnasium, quod Timoleonteum appellavere. Atque illi, institutis utentes & legibus quas hic tulerat, perdiu in magna egerunt fœlicitate.



AIMI-



ΑΙΜΙΛΙΟΣ ΠΑΥΛΟΣ.



ταχῦναι καὶ καταλαβεῖν τὰς ὑπερβολάς. τούτοις ὁ μὲν Πολύβιός φησιν ἔτι κοιμωμένοις ἐπιπεσεῖν τοὺς Ῥωμαίους· ὁ δὲ Νασικᾶς ὀξὺν ἀγῶνα περὶ τοῖς ἄκροις γενέσθαι καὶ κίνδυνον· αὐτὸν δὲ Θρᾷκα μισθοφόρον εἰς χεῖρας συνδραμόντα, τῷ ξυστῷ διὰ τοῦ στήθους πατάξας καταβαλεῖν· ἐκβιασθέντων δὲ τῶν πολεμίων, καὶ τοῦ Μίλωνος αἴσχιστα φεύγοντος ἄνευ τῶν ὅπλων μονοχίτωνος, ἀσφαλῶς ἀκολουθεῖν, ἅμα καταβιβάζων εἰς τὴν χώραν τὸ στράτευμα. τούτων δὲ τῷ Περσεῖ προσπεσόντων, κατὰ τάχος ἀναζεύξας, ἦγεν ὀπίσω, περίφοβος γεγονὼς, καὶ συγκεχυμένος ταῖς ἐλπίσιν. αὐτοῦ δ' ὅμως πρὸ τῆς Πύδνης ὑπομένοντα πειρᾶσθαι μάχης ἀναγκαῖον ἦν, ἢ τῷ στρατῷ σκεδασθέντι περὶ τὰς πόλεις δέχεσθαι τὸν πόλεμον, ἐπείπερ ἅπαξ ἐμβέβηκε τῇ χώρᾳ, δίχα πολλοῦ φόνου καὶ νεκρῶν ἐκπεσεῖν μὴ δυνάμενον. πλήθει μὲν οὖν ἀνδρῶν αὐτόθεν περιεῖναι, προθυμίαν δὲ πολλὴν ὑπάρχειν ἀμυνομένοις περὶ τέκνων καὶ γυναικῶν, ἐφορῶντος ἕκαστα τοῦ βασιλέως, καὶ προκινδυνεύοντος. ἐκ τούτων ἐθάρσυνον οἱ φίλοι τὸν Περσέα· καὶ βαλλόμενος στρατόπεδον, συνετάττετο πρὸς μάχην, καὶ τὰ χωρία κατεσκοπεῖτο, καὶ διῄρει τὰς ἡγεμονίας, ὡς εὐθὺς ἐξ ἐφόδου τοῖς Ῥωμαίοις ἀπαντήσων. ὁ δὲ τόπος καὶ πεδίον ἦν τῇ φάλαγγι βάσεως ἐπιπέδου καὶ χωρίων ὁμαλῶν δεομένῃ, καὶ λόφοι συνεχεῖς, ἄλλος ἐξ ἄλλου, τοῖς γυμνητεύουσι καὶ ψιλοῖς ἀναφυγὰς καὶ περιδρομὰς ἔχοντες. διὰ μέσου δὲ ποταμοὶ ῥέοντες Αἴσων καὶ Λεῦκος, οὐ μάλα βαθεῖς τότε, θέρους γὰρ ἦν ὥρα φθίνοντος, ἐδόκουν τινὰ δυσεργίαν ὅμως τοῖς Ῥωμαίοις παρέξειν.

Ὁ

veniret ad mature occupandum saltum. Hos, ut ait Polybius, adhuc sopitos adorti sunt Romani, Nasica ancipitem in vertice dimicationem & periculum extitisse, se etiam Thracem conductitium congressum secum trajecto hasta pectore interemisse, dejectisque hostibus & Milone turpiter in tunica abjectis armis fugiente, tuto sequutum se, simulque in regionem deduxisse agmen. Eo casu trepidans Perseus & languescens spe, propere retro movit exercitum. Veruntamen aut subsistere necesse habebat pro Pydna & aleam experiri Martis, aut dissipato exercitu circumlatum per urbes excipere bellum, quod semel domi receptum, nisi magna cæde & multo sanguine haud poterat emitti. Cæterum quia suggerebant amici copiarum numero ibidem eum esse superiorem, ac fortissime Macedonas pro conjugibus & liberis sub oculis regis in discrimen offerentis se dimicaturos; ita animatus, castris positis, paravit se ad prœlium, regionem speculatus est, præfecturasque distribuit, quasi ex itinere Romanos invasurus. Locus campum habebat phalangi planiciem æquabilem requirenti opportunum, & continentes complures colles levi armaturæ & ferentariis ad receptum & circumcursandum commodos. Per medium amnes Æson & Leucus labentes, quamvis tenui alveo ea tempestate, quod esset præceps jam æstas, aliquid videbantur negotii tamen præbituri Romanis.

Ὁ δ' Αἰμίλιος, ὡς εἰς ταὐτὸν συνέμιξε τῷ Νασικᾷ, κατέβαινε συντεταγμένος ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ὡς δ' εἶδε τὴν παράταξιν αὐτῶν, καὶ τὸ πλῆθος, θαυμάσας ἐπέστησε τὴν πορείαν αὐτός τι πρὸς ἑαυτὸν συλλογιζόμενος. οἱ δ' ἡγεμονικοὶ νεανίσκοι προθυμούμενοι μάχεσθαι, παρελαύνοντες ἐδέοντο μὴ μέλλειν, καὶ μάλιστα πάντων ὁ Νασικᾶς, τῇ περὶ τὸν Ὄλυμπον εὐτυχίᾳ τεθαρρηκώς. ὁ δ' Αἰμίλιος μειδιάσας, Εἴ γε τὴν σὴν, εἶπεν, ἡλικίαν εἶχον· αἱ δὲ πολλαί με νίκαι διδάσκουσαι τὰ τῶν ἡττωμένων ἁμαρτήματα, κωλύουσιν ἐξ ὁδοῦ μάχην τίθεσθαι πρὸς φάλαγγα συντεταγμένην ἤδη καὶ συνεστῶσαν. ἐκ τούτου τὰ μὲν πρῶτα καὶ καταφανῆ πρὸς τοὺς πολεμίους, ἐκέλευσεν εἰς σπείρας καθιστάμενα ποιεῖν σχῆμα παρατάξεως, τοὺς δ' ἀπ' οὐρᾶς στραφέντας ἐν χώρᾳ χάρακα βαλέσθαι καὶ στρατοπεδεύειν. οὕτω δὲ τῶν συνεχῶν τοῖς τελευταίοις καθ' ὑπαγωγὴν ἐξελιττομένων, ἔλαθε τὴν παράταξιν ἀναλύσας, καὶ καταστήσας ἀθορύβως εἰς τὸν χάρακα πάντας. ἐπεὶ δὲ νὺξ ἐγεγόνει, καὶ μετὰ δεῖπνον ἐτράποντο πρὸς ὕπνον καὶ ἀνάπαυσιν, αἰφνίδιον ἡ σελήνη πλήρης οὖσα καὶ μετέωρος ἐμελαίνετο· καὶ τοῦ φωτὸς ἀπολιπόντος αὐτὴν, χρόας ἀμείψασα παντοδαπὰς ἠφανίσθη. τῶν δὲ Ῥωμαίων, ὥσπερ ἐστὶν νενομισμένον, χαλκοῦ τε πατάγοις ἀνακαλουμένων τὸ φῶς αὐτῆς, καὶ πυρὰ πολλὰ δαλοῖς καὶ δᾳσὶν ἀνεχόντων πρὸς τὸν οὐρανὸν, οὐδὲν ὅμοιον ἔπραττον οἱ Μακεδόνες, ἀλλὰ φρίκη καὶ θάμβος τὸ στρατόπεδον κατεῖχεν, καὶ λόγος ἡσυχῇ διὰ πολλῶν ἐχώρει, βασιλέως τὸ φάσμα σημαίνειν ἔκλειψιν. ὁ δ' Αἰμίλιος οὐκ ἦν μὲν ἀνήκοος οὐδ' ἄπειρος παντάπασι τῶν ἐκλειπτικῶν

At Æmilius, ubi se conjunxit Nasicæ, incessit instructo agmine in hostes. Ut illorum aciem & numerum contemplatus est, stupefactus substitit, cœpitque aliquid secum agitare animo. Nobilissimi juvenes qui pugnare gestiebant, adeuntes consulem, oraverunt eum ne extraheret rem, ac præ cæteris Nasica Olympico elatus successu. Cui Æmilius arridens, Sane quidem, inquit, si tua sim ætate; sed multæ me victoriæ, quæ victorum me docuerunt offensa, ex itinere vetant cum instructa jam phalange & composita manus conserere. Inde frontem exercitus sui, qui hostium in conspectu erat, per cohortes speciem jubet efficere instruendæ aciei, & postremos convertere se ad vallum ibidem jaciendum & castra munienda. Ita silentio subductis qui proximi extremos stabant, & orbem volventibus, aciem imprudentibus hostibus explicavit, & in castra sine tumultu omnes duxit. Quum jam nocte a cœna corpora somno & quieti dare vellent, ecce luna pleno orbe & sublimis obscurata est, fugienteque lumine in varios vertit colores, dum condita est. Hic quum Romani de more æris crepitu lumen ejus revocarent, frequentesque flammas tædis facibusque ad cœlum porrigerent, longe diversa egerunt Macedones; quorum castra horror stuporque tenuit, rumorque sensim est per castra vulgatus, portendere hoc regis occasum. Æmilius vero, qui tyro non erat neque rudis omnino inæqualitatum eclipticarum,

τικῶν ἀνωμαλιῶν, αἳ τὴν σελήνην περιφερομένην εἰς τὸ σκίασμα τῆς γῆς ἐμβάλλουσι τεταγμέναις περιόδοις, καὶ ἀποκρύπτουσιν, ἄχρι οὗ παρελθοῦσα τὴν ἐπὶ σκότου χώραν, πάλιν ἐπιλάμψῃ πρὸς τὸν ἥλιον. οὐ μὴν ἀλλὰ τῷ θείῳ πολὺ νέμων, καὶ φιλοθύτης ὢν καὶ μαντικὸς, ὡς εἶδε πρῶτον τὴν σελήνην ἀποκαθαιρομένην, ἕνδεκα μόσχους αὐτῇ κατέθυσεν. ἅμα δ᾽ ἡμέρᾳ, τῷ Ἡρακλεῖ βουθυτῶν οὐκ ἐκαλλιέρει μέχρις εἴκοσι· τῷ δὲ πρώτῳ καὶ εἰκοστῷ παρῆν τὰ σημεῖα, καὶ νίκην ἀμυνομένοις ἔφραζε. εὐξάμενος οὖν κατὰ βοῶν ἑκατὸν καὶ ἀγῶνος ἱεροῦ τῷ Θεῷ, προσέταξε διακοσμεῖν τοῖς ἡγεμόσι τὸν στρατὸν εἰς μάχην. αὐτὸς δὲ τὴν ἀπόκλισιν καὶ περιφορὰν ἀναμένων τοῦ φωτὸς, ὅπως μὴ κατὰ προσώπου μαχομένοις αὐτοῖς ἕωθεν ὁ ἥλιος ἀντιλάμποι, παρῆγε τὸν χρόνον, ἐν τῇ σκηνῇ καθεζόμενος ἀναπεπταμένῃ πρὸς τὸ πεδίον καὶ τὴν στρατοπεδείαν τῶν πολεμίων.

Περὶ δὲ δείλην, οἱ μὲν αὐτοῦ φασὶ τοῦ Αἰμιλίου τεχνάζοντος, ἐκ τῶν πολεμίων γενέσθαι τὴν ἐπιχείρησιν, ἀχάλινον ἵππον ἐξελάσαντος, ἐμβαλεῖν αὐτοῖς τοὺς Ῥωμαίους, καὶ τοῦτον ἀρχὴν μάχης διωκόμενον παρασχεῖν· οἱ δὲ Ῥωμαϊκῶν ὑποζυγίων χορτάσματα παρακομιζόντων ἅπτεσθαι Θρᾷκας, ὧν Ἀλέξανδρος ἡγεῖτο· πρὸς δὲ τούτους ἐκδρομὴν ὀξεῖαν ἑπτακοσίων Λιγύων γενέσθαι· παραβοηθούντων δὲ πλειόνων ἑκατέροις, οὕτω συνάπτεσθαι τὴν μάχην ἀμφοτέρων. ὁ μὲν οὖν Αἰμίλιος, ὥσπερ κυβερνήτης, τῷ παρόντι σάλῳ καὶ κινήματι τῶν στρατοπέδων τεκμαιρόμενος τὸ μέγεθος τοῦ μέλλοντος ἀγῶνος, ἐκ τῆς σκηνῆς προῆλθεν, καὶ τὰ τάγματα τῶν ὁπλιτῶν ἐπιὼν παρεθάῤῥυνεν.

ticarum, quæ ſtatis temporibus umbra terræ condant & inopacent lunæ orbem, dum offuſcantem prætervecta regionem iterum a ſole illuſtretur; oppido religioſus tamen deditusque Diis placandis, & auguriorum peritus, ut primum reniteſcere conſpexit lunam, immolavit ei undecim juvencas. Luce prima quum ſacrificaret Herculi, hoſtiis viginti non litavit. Tandem prima & vigeſima læta exta fuerunt, victoriamque defendentibus ſe, non laceſſentibus hoſtem, ſpopondere. Igitur centum bobus & ludis Deo votis, imperat legatis ut ad pugnam inſtruant aciem. Ipſe tantiſper moratus dum ſol vergeret in occaſum circumactus, ne lumen ſolis, quod erat ſuis ex adverſo, matutino tempore oculos eorum perſtringeret, ſedenſque in tabernaculo ſuo aperto, quod campos & hoſtium caſtra ſpectabat, terebat tempus.

Inclinato in veſperum die, ab ipſo Æmilio quidam autores ſunt, quo hoſtes pugnam primi laceſſerent ſtruente, equum fuiſſe detracto fræno expulſum, & nonnullos Romanos ad eum retrahendum emiſſos, atque hinc, dum hi perſequuntur equum, contractum certamen. Alii Thracas, quibus præerat Alexander, in apportantia pabulum Romanorum jumenta impetum dediſſe; adverſus hos ſeptingentos Ligures acriter excurriſſe, atque quum plures utriſque ſubſidio venirent, ita commiſſum prœlium. Conſul ex præſenti fluctu & motu exercituum, ut gubernator, molem proſpiciens inſtantis conflictus, prodiit ex tentorio, legioneſque adiit & adhortatus eſt. Na-

θάρρυνεν. ὁ δὲ Νασικᾶς ἐξιππασάμενος πρὸς τοὺς ἀκροβολιζομένους, ὁρᾷ πάντας ὅσον οὔπω τοὺς πολεμίους ἐν χερσὶν ὄντας. πρῶτοι δ' οἱ Θρᾷκες ἐχώρουν, ὧν μάλιστα φησὶν ἐκπλαγῆναι τὴν ὄψιν, ἄνδρες ὑψηλοὶ τὰ σώματα, λευκῷ καὶ περιλάμποντι θυρεῷ, καὶ περικνημίδων ὁπλισμῷ, μέλανας ὑπενδεδυμένοι χιτῶνας, ὀρθὰς δὲ ῥομφαίας βαρυσιδήρους ἀπὸ τῶν δεξιῶν ὤμων ἐπισείοντες. παρὰ δὲ τοὺς Θρᾷκας οἱ μισθοφόροι παρενέβαλλον, ὧν σκευαί τε παντοδαπαὶ, καὶ μεμιγμένοι Παίονες ἦσαν. ἐπὶ δὲ τούτοις ἄγημα τρίτον οἱ λογάδες αὐτῶν Μακεδόνων, ἀρετῇ καὶ ἡλικίᾳ τὸ καθαρώτατον, ἀστράπτοντες ἐπιχρύσοις ὅπλοις καὶ νεουργοῖς φοινικίσιν. οἷς καθισταμένοις εἰς τάξιν, αἱ τῶν χαλκασπίδων ἐπανατέλλουσαι φάλαγγες ἐκ τοῦ χάρακος, ἐνέπλησαν αὐγῆς σιδήρου καὶ λαμπηδόνος χαλκοῦ τὸ πεδίον, κραυγῆς δὲ καὶ θορύβου παρακελευομένων τὴν ὀρεινήν. οὕτω δὲ θρασέως καὶ μετὰ τάχους ἐπῆσαν, ὥστε τοὺς πρώτους νεκροὺς ἀπὸ δυεῖν σταδίων τοῦ Ῥωμαϊκοῦ χάρακος καταπεσεῖν.

Γιγνομένης δὲ τῆς ἐφόδου, παρῆν ὁ Αἰμίλιος, καὶ κατελάμβανεν ἤδη τοὺς ἐν τοῖς ἀγήμασι Μακεδόνας, ἄκρας τὰς σαρίσας προσερηρεικότας τοῖς θυρεοῖς τῶν Ῥωμαίων, καὶ μὴ προσιεμένους εἰς ἐφικτὸν αὐτῶν τὰς μαχαίρας. ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων Μακεδόνων τάς τε πέλτας ἐξ ὤμου περισπασάντων, καὶ ταῖς σαρίσαις ἀφ' ἑνὸς συνθήματος κλιθείσαις ὑποστάντων τοὺς θυρεαφόρους εἶδε, τήν τε ῥώμην τοῦ συνασπισμοῦ καὶ τὴν τραχύτητα τῆς προβολῆς, ἔκπληξις αὐτὸν ἔσχεν καὶ δέος, ὡς οὐδὲν ἰδόντα πώποτε θέα-

μα

Nasica autem qui provectus erat ad excursiones, totum hostium exercitum cernit pugnam capessentem. Primam aciem tenebant Thraces, quorum dicit maxime terribilem aspectum fuisse, viri staturæ eminentioris. His erant candicantia & resplendentia scuta, ocreisque tecti & saga induti nigra, directas frameas ferro graves a dextris humeris intentabant. Juxta Thracas intercalati erant mercenarii milites: quorum erat varia armatura, erantque his mixti Pæones. Hos tertia acies sequebatur, delecti Macedones virtute & flore juventutis præcipuo, auratis armis & novis amiculis micantes puniceis. Pone quos instructos phalanges chalcaspidum emicantes ex castris, splendore ferri & æris fulgore campum, clamore strepituque cohortantium montes complevere. Tanta autem ferocitate & pernicitate sese intulerunt, ut qui occubuerunt primi, duobus stadiis ceciderint ab Romanis castris.

Quum infestæ incurrissent legiones Macedonum, aderat consul, eosque offendit extremas hastas in scuta Romanorum adigentes, adeo ut contingere Romani comminus non poterant gladiis. Ubi jam reliquos quoque Macedonas detractis ex humero parmis, atque hastis uno signo inclinatis legionarios excipientes, roburque vidit confertæ aciei & asperitatem frontis hastis horrentis, stupore & terrore correptus est: quod spectaculum nunquam esset contempla-

tus

μα φοβερώτερον· καὶ πολλάκις ὕστερον ἐμέμνητο τοῦ πάθους ἐκείνου καὶ τῆς ὄψεως. τότε δὲ πρὸς τοὺς μαχομένους ἐπιδεικνύμενος ἵλεω καὶ φαιδρὸν ἑαυτὸν, ἄνευ κράνους καὶ θώρακος ἵππῳ παρήλαυνεν. ὁ δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, ὥς φησι Πολύβιος, τῆς μάχης ἀρχὴν λαμβανούσης ἀποδειλιάσας, εἰς πόλιν ἀφιππάσατο, σκηψάμενος Ἡρακλεῖ θύειν, δειλὰ παρὰ δειλῶν ἱερὰ μὴ δεχομένῳ, μηδ' εὐχὰς ἀθεμίτους ἐπιτελοῦντι. θεμιτὸν γὰρ οὐκ ἔστιν, οὔτε τὸν μὴ βάλλοντα κατευστοχεῖν, οὔτε τὸν μὴ μένοντα κρατεῖν, οὔθ' ὅλως τὸν ἄπρακτον εὐπραγεῖν, οὔτε τὸν κακὸν εὐδαιμονεῖν. ἀλλὰ ταῖς Αἰμιλίου παρῆν εὐχαῖς ὁ Θεός· εὔχετο γὰρ κράτος πολέμου καὶ νίκην δόρυ κρατῶν, καὶ μαχόμενος παρεκάλει σύμμαχον τὸν Θεόν. οὐ μὴν ἀλλὰ Ποσειδώνιός τις, ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις καὶ ταῖς πράξεσι γεγονέναι λέγων, ἱστορίαν δὲ γεγραφὼς περὶ Περσέως ἐν πλείοσι βιβλίοις, φησὶν αὐτὸν οὐχ ὑπὸ δειλίας, οὐδὲ τὴν θυσίαν ποιησάμενον αἰτίαν ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τῇ προτέρᾳ τῆς μάχης τυχεῖν λελακτισμένον ὑφ' ἵππου τὸ σκέλος· ἐν δὲ τῇ μάχῃ, καίπερ ἔχοντα δυσχερῶς, καὶ κωλυόμενον ὑπὸ τῶν φίλων, ἵππον αὐτῷ κελεῦσαι τῶν φορέων προσαγαγεῖν, καὶ περιβάντα συμμίξαι τοῖς ἐπὶ τῆς φάλαγγος ἀθωράκιστον· φερομένων δὲ παντοδαπῶν ἑκατέρωθεν βελῶν, παλτὸν ἐμπεσεῖν ὁλοσίδηρον αὐτῷ, καὶ τῇ μὲν ἀκμῇ μὴ θίγειν, ἀλλὰ πλάγιον παρὰ τὴν ἀριστερὰν πλευρὰν παραδραμεῖν· ῥύμῃ δὲ τῆς παρόδου, τόν τε χιτῶνα διακόψαι, καὶ τὴν σάρκα φοινίξαι τυφλῷ μώλωπι πολὺν χρόνον διαφυλάξαντι τὸν τύπον. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ποσειδώνιος ὑπὲρ τοῦ Περσέως ἀπολογεῖται.

Τῶν

tus horribilius, ac postmodum illius metus sui & spectaculi meminit subinde. At in præsentia aciem celso & læto ore obequitavit sine galea & lorica. At rex Macedonum (ut Polybius tradit) initio commissi prœlii, in oppidum Pydnam se magna ignavia subduxit per causam sacrificii Herculi faciendi, trepida a trepidis non recipienti sacra, nec vota admittenti nefanda. Neque enim fas est ut qui non jaculatur, scopum assequatur, neque qui locum non tenuit, is ferat palmam, neque ut habeat socors successum, neque ut sit malus beatus. Sed Æmilii precibus volens propitiusque annuit Deus; quippe petebat victoriam belli & palmam hastam tenens, pugnansque opem implorabat Dei. Verum Posidonius quidam, qui æqualem temporum illorum esse se & illis gestis refert interfuisse, in libris historiarum quos de Perseo scripsit complures, timiditate negat vel sacrificium causatum discessisse, sed pridie quam pugnaretur crus ejus ab equo fuisse calce percussum: & in prœlio, quamvis haberet incommode & vetarent amici, equum viatorium imperasse admoveri sibi, atque ita vectum phalangi se immiscuisse inermem. Quum autem magna vis hinc inde volitaret missilium, pilum ferreum in eum decidisse, nec cuspide attigisse tamen, sed obliquum præterlapsum a sinistro latere esse, magnoque volandi impetu tunicam ejus discidisse carnemque perstrinxisse cæca vibice, cujus diu vestigium manserit. Hanc pro Perseo adfert Posidonius defensionem.

Porro

Τῶν δὲ Ῥωμαίων, ὡς ἀντέστησαν τῇ φάλαγγι, μὴ δυναμένων βιάζεσθαι, Σάλιος ὁ τῶν Παλινῶν ἡγούμενος, ἁρπάσας τὸ σημεῖον τῶν ὑφ' αὐτὸν, εἰς τοὺς πολεμίους ἔρριψεν. τῶν δὲ Παλινῶν (οὐ γάρ ἐστιν Ἰταλοῖς θεμιτὸν οὐδ' ὅσιον ἐγκαταλιπεῖν σημεῖον) ἐπιδραμόντων πρὸς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἔργα δεινὰ καὶ πάθη παρ' ἀμφοτέρων ἄπιστα συμπεσόντων. οἱ μὲν γὰρ ἐκκρούειν τε τοῖς ξίφεσιν τὰς σαρίσας ἐπειρῶντο, καὶ πιέζειν τοῖς θυρεοῖς, καὶ ταῖς χερσὶν αὐταῖς ἀντιλαμβανόμενοι παραφέρειν· οἱ δὲ τὴν προβολὴν κρατυνάμενοι δι' ἀμφοτέρων, καὶ τοὺς προσπίπτοντας αὐτοῖς ὅπλοις διελαύνοντες, οὔτε θυρεοῦ στέγοντος οὔτε θώρακος τὴν βίαν τῆς σαρίσης, ἀνερρίπτουν ὑπὲρ κεφαλὴν τὰ σώματα τῶν Παλινῶν καὶ Ῥακινῶν, κατ' οὐδένα λογισμὸν ἀλλὰ θυμῷ θηριώδει πρὸς ἐναντίας πληγὰς καὶ πρόυπτον ὠθουμένων θάνατον. οὕτω δὲ τῶν προμάχων διαφθαρέντων, ἀνεκόπησαν οἱ κατόπιν αὐτῶν ἐπιτεταγμένοι· καὶ φυγὴ μὲν οὐκ ἦν, ἀναχώρησις δὲ πρὸς ὄρος τὸ καλούμενον Ὀλόκρον, ὥστε καὶ τὸν Αἰμίλιον ἰδόντα φησὶν ὁ Ποσειδώνιος καταρρήξασθαι τὸν χιτῶνα, τούτων μὲν ἐνδιδόντων, τῶν δ' ἄλλων Ῥωμαίων διατρεπομένων τὴν φάλαγγα προσβολὴν οὐκ ἔχουσαν, ἀλλ' ὥσπερ χαρακώματι τῷ πυκνώματι τῶν σαρισῶν ὑπαντιάζουσαν πάντοθεν ἀπρόσμαχον. ἐπεὶ δὲ τῶν τε χωρίων ἀνωμάλων ὄντων, καὶ διὰ τὸ μῆκος τῆς παρατάξεως οὐ φυλαττούσης ἀραρότα τὸν συνασπισμὸν, κατεῖδε τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων κλάσεις τε πολλὰς καὶ διασπάσματα λαμβάνουσαν, ὡς εἰκὸς ἐν μεγάλοις στρατοῖς καὶ ποικίλαις ὁρμαῖς τῶν μαχομένων, τοῖς μὲν ἐκθλιβομένην μέρεσι, τοῖς

δὲ

Porro Romani quum hastis occurrentes non valerent phalangem impellere, Salius qui Pelignos ducebat, signum cohortis suæ raptum torsit in hostes: quo quum Peligni (nefas est enim & piaculum Italis signum suum deserere) inferrent se, atrox ultro citroque ex eo conflictu illata & accepta clades est. Siquidem hastas hi gladiis elidere & repellere scutis enitebantur, atque ipsis manibus prensantes eas amovere. Illi infestas hastas ambabus tenentes manibus, & in quos incidebant, hos cum ipsis armis transverberantes, quia nec scutum nec lorica sustinere violentiam valebat hastæ, supra caput corpora projiciebant Pelignorum & Marrucinorum, qui temere & furore belluino in vulnera, & apertam ruebant mortem. Ita contrucidatis antesignanis, impulsi sunt qui proxime stabant, subsidiarii. Nondum quidem fugam capiebant, referebant pedem tamen ad montem, quem Olocrum vocant. Quod cernens consul (ut est autor Posidonius) concidit paludamentum suum, quod partim proni in fugam essent, partim cæteri Romani nusquam patentem declinarent phalangem, sed, quod hastarum strue instar valli ingrueret undequaque, intolerabilem. Quia vero loco inæquali non servabat ob longitudinem suam acies confertam testudinem, advertitque Æmilius multis locis interruptam Macedonum phalangem esse, ac multa aperuisse intervalla; ut fieri in magnis exercitibus solet, variis pugnantium impressionibus hinc impulsam, hinc instantem: propere

δὲ προσαπέπλευσαν, ἐπιὼν ὀξέως καὶ διαιρῶν τὰς σπείρας, ἐκέλευεν εἰς τὰ διαλείμματα καὶ κενώματα τῆς τῶν πολεμίων τάξεως παρεμπίπτοντας καὶ συμπλεκομένους, μὴ μίαν πρὸς ἅπαντας, ἀλλὰ πολλὰς καὶ μεμιγμένας κατὰ μέρος τὰς μάχας τίθεσθαι. ταῦτα τοῦ μὲν Αἰμιλίου τοὺς ἡγεμόνας, τῶν δ' ἡγεμόνων τοὺς στρατιώτας διδασκόντων, ὡς πρῶτον ὑπέδυσαν καὶ διέσχον εἴσω τῶν ὅπλων, τοῖς μὲν ἐκ πλαγίου κατὰ γυμνὰ προσφερόμενοι, τοὺς δὲ ταῖς περιδρομαῖς ἀπολαμβάνοντες, ἡ μὲν ἰσχὺς καὶ τὸ κοινὸν ἔργον εὐθὺς ἀπολώλει τῆς φάλαγγος ἀναρρηγνυμένης· ἐν δὲ ταῖς καθ' ἕνα καὶ κατ' ὀλίγους συστάσεσιν, οἱ Μακεδόνες μικροῖς μὲν ἐγχειριδίοις στερεοὺς καὶ ποδήρεις θυρεοὺς νύσσοντες, ἐλαφροῖς δὲ πελταρίοις πρὸς τὰς ἐκείνων μαχαίρας, ὑπὸ βάρους καὶ καταφορᾶς διὰ παντὸς ὅπλου χωρούσας ἐπὶ τὰ σώματα, κακῶς ἀντέχοντες, ἐτράποντο.

Κατὰ τούτους δὲ μέγας ἦν ἀγών. ἔνθα δὴ καὶ Μάρκος ὁ Κάτωνος υἱός, Αἰμιλίου δὲ γαμβρός, πᾶσαν ἀλκὴν ἐπιδεικνύμενος, ἀπέβαλε τὸ ξίφος. οἷα δὲ νεανίας ἐντεθραμμένος πλείστοις παιδεύμασι, καὶ μεγάλῳ πατρὶ μεγάλης ἀρετῆς ἀποδείξεις ὀφείλων, οὐ βιωτὸν ἡγησάμενος εἶναι προεμένῳ σκῦλον αὐτοῦ ζῶντος τοῖς πολεμίοις, ἐπέδραμε τὴν μάχην, εἴτινά που φίλον καὶ συνήθη κατεῖδεν, φράζων τὸ συμπεσὸν αὐτῷ, καὶ δεόμενος βοηθεῖν. οἱ δὲ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ γενόμενοι, καὶ διασχόντες ὁρμῇ μιᾷ τοὺς ἄλλους περὶ αὐτὸν ὑφηγούμενον, ἐμβάλλουσι τοῖς ἐναντίοις. μεγάλῳ δ' ἀγῶνι καὶ φόνῳ πολλῷ καὶ τραύμασιν ὤσαντες ἐκ χώρας, καὶ τόπον ἔρημον καὶ γυμνὸν καταχόντες,

pere advolans dissolutis ordinibus imperat, qua data intervalla essent, & hiabat hostium acies, ut insinuarent se, & pugnarent non uno loco cum cunctis, verum catervatim multa prœlia & confusa fererent. Ea ubi Æmilius duces, duces docuerunt milites, ut primum subierunt & penetraverunt ordines illorum, hinc in nuda latera Macedonum incurrentes, illinc a tergo eos circumvenientes, robur illud & opus commune phalangis, cum semel rumperetur, deperiit. Quum vero pede collato, vir cum viro, & manipulatim pugnarent, minutis ensibus Macedones firma fodientes & prælonga scuta, levibus autem parmis non satis illorum gladios, qui pondere atque ictus impetu per omnia tegumenta penetrabant ad corpora, sustinentes avertuntur.

Hoc loco acriter dimicatum est. Ubi Marcus Catonis filius, consulis gener, dum fortissime pugnat, amittit gladium; qui, ut adolescens plurimis imbutus præceptis, & ingenti patri ingentis virtutis specimina debens, vitam sibi acerbam putavit si spolia sua viventis permitteret hostibus. Itaque inserit se in ordines pugnantium, ac sicubi amicum aut familiarem cernit, exponit casum suum, opemque petit. Qui multi fortesque cursu unoque ardore via per alios facta incurrunt illo duce in hostes, atque his magno certamine multaque cæde & vulneribus impulsis, locum desertum & nudum occupant,

χόντες, ἐπὶ ζήτησιν ἐτράποντο τοῦ ξίφους. ὡς δὲ μόλις ἐν πολλοῖς ὅπλοις καὶ πτώμασι νεκρῶν κεκρυμμένον ἀνευρέθη, περιχαρεῖς γενόμενοι καὶ παιανίσαντες, ἔτι λαμπρότερον ἐνέκειντο τοῖς συνεστῶσιν ἔτι τῶν πολεμίων. καὶ τέλος, οἱ τρισχίλιοι λογάδες, ἐν τάξει μένοντες καὶ μαχόμενοι, κατεκόπησαν ἅπαντες· τῶν δ' ἄλλων φευγόντων πολὺς ἦν ὁ φόνος, ὥστε τὸ μὲν πεδίον καὶ τὴν ὑπώρειαν καταπεπλῆσθαι νεκρῶν, τοῦ δὲ Λεύκου ποταμοῦ τὸ ῥεῦμα τοὺς Ῥωμαίους τῇ μετὰ τὴν μάχην ἡμέρᾳ διελθεῖν ἔτι μεμιγμένον αἵματι. λέγονται γὰρ ὑπὲρ δισμυρίους πεντακισχιλίους ἀποθανεῖν. τῶν δὲ Ῥωμαίων ἔπεσον, ὡς μὲν Ποσειδώνιος φησὶν, ἑκατὸν, ὡς δὲ Νασικᾶς, ὀγδοήκοντα.

Καὶ κρίσιν μὲν ὀξυτάτην μέγιστος ἀγὼν οὗτος ἔσχεν· ἐννάτης γὰρ ὥρας ἀρξάμενοι μάχεσθαι, πρὸ δεκάτης ἐνίκησαν. τῷ δὲ λειπομένῳ τῆς ἡμέρας χρησάμενοι πρὸς τὴν δίωξιν, καὶ μέχρι σταδίων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι διώξαντες, ἑσπέρας ἤδη βαθείας ἀπετράποντο. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους οἱ θεράποντες ὑπὸ λαμπάδων ἀπαντῶντες, μετὰ χαρᾶς καὶ βοῆς ἀπῆγον ἐπὶ τὰς σκηνὰς φωτὶ λαμπομένας, καὶ κεκοσμημένας κιττοῦ καὶ δάφνης στεφάνοις· αὐτὸν δὲ τὸν στρατηγὸν μέγα πένθος εἶχεν. δυεῖν γὰρ υἱῶν αὐτῷ στρατευομένων, ὁ νεώτερος οὐδαμοῦ φανερὸς ἦν, ὃν ἐφίλει τε μάλιστα, καὶ πλεῖστον εἰς ἀρετὴν φύσει προὔχοντα τῶν ἀδελφῶν ἑώρα. θυμοειδῆ δὲ καὶ φιλότιμον ὄντα τὴν ψυχὴν, ἔτι δ' ἀντίπαιδα τὴν ἡλικίαν, παντάπασιν ἀπολωλέναι κατεδόξαζεν, ὑπ' ἀπειρίας ἀναμιχθέντα τοῖς πολεμίοις μαχομένοις. ἀπορουμένου

δὲ

pant, & ad vestigandum sese conferunt gladium. Quem ut tandem in magno armorum & cadaverum acervo repererunt abditum, exultabundi ovanteſque longe validius ordinibus hostium, ubi adhuc integri sint, incumbunt. Postremo tria millia delectorum qui in acie perstabant & dimicabant, occidione sunt trucidati, cæterorum in fugam effusorum ingens data strages. Campus & colles cadaveribus oppleti; Leuci fluvii, quem transierunt postridie quam pugnatum esset Romani, undæ sanguine etiamnum infectæ fuerunt: nam super viginti quinque millia dicuntur cecidisse. Ex Romanis desiderati, ut tradit Posidonius, centum, ut Nasica, octoginta.

Hæc usque adeo cruenta pugna brevissime transacta est: nona hora quum affectassent prœlium, ante decimam profligaverunt hostem. Quod supererat diei in consectandis hostibus consumpto, quum ad quindecim millia passuum insequuti eos essent, jam nocte profunda receperunt se. Ac cæteros servi occurrentes ad faces cum gaudio & plausu in tentoria luminibus fulgentia, hederaque exornata & lauro reduxerunt. At ipsum imperatorem ingens solicitabat luctus: nam ex duobus ejus filiis qui militabant sub ipso, nusquam apparebat minor, quem præcipue habebat charum, & inter fratres animadvertebat indole ad virtutem esse præcellentissima. Quod autem audax & gloriæ avidus esset, quamvis admodum adolescens, omnino putabat periisse præ imperitia permixtum in pugna cum hostibus. Exanimationem

δὲ αὐτοῦ καὶ περιπαθοῦντος, ᾔσθετο πᾶν τὸ στράτευμα, καὶ μεταξὺ δειπνοῦντες ἀνεπήδων, καὶ διέθεον μετὰ λαμπάδων, πολλοὶ μὲν ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ Αἰμιλίου, πολλοὶ δὲ πρὸ τοῦ χάρακος ἐν τοῖς πρώτοις νεκροῖς ζητοῦντες. κατήφεια δὲ τὸ στρατόπεδον, καὶ κραυγὴ τὸ πεδίον κατεῖχεν, ἀνακαλουμένων τὸν Σκηπίωνα. πᾶσι γὰρ ἀγαθὸς ἦν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πρὸς ἡγεμονίαν καὶ πολιτείαν, ὡς ἄλλος οὐδεὶς τῶν συγγενῶν κεκραμένος τὸ ἦθος. ὀψὲ δ᾽ οὖν ἤδη σχεδὸν ἀπεγνωσμένος, ἐκ τῆς διώξεως προσῄει μετὰ δύο ἢ τριῶν ἑταίρων, αἵματος καινοῦ πολεμίων ἀνάπλεως, ὥσπερ σκύλαξ γενναῖος, ὑφ᾽ ἡδονῆς ἀκρατῶς τῇ νίκῃ συνεξενεχθείς. οὗτός ἐστιν Σκηπίων ὁ τοῖς ἰκνουμένοις Καρχηδόνα καὶ Νομαντίαν κατασκάψας, καὶ πολὺ πρῶτος ἀρετῇ τῶν τότε Ῥωμαίων γενόμενος, καὶ δυνηθεὶς μέγιστον. Αἰμιλίῳ μὲν οὖν τὴν τοῦ κατορθώματος νέμεσιν εἰς ἕτερον ἡ τύχη καιρὸν ὑπερβαλλομένη, τότε παντελῆ τὴν ἡδονὴν ἀπεδίδου τῆς νίκης.

Περσεὺς δὲ φυγῇ μὲν ἐκ Πύδνης εἰς Πέλλαν ἀπεχώρει, τῶν ἱππέων ἐπιεικῶς πάντων ἀπὸ τῆς μάχης διασεσωσμένων. ἐπεὶ δὲ καταλαμβάνοντες οἱ πεζοὶ τοὺς ἱππεῖς, ὡς ἀνάνδρους καὶ προδεδωκότας λοιδοροῦντες, ἀπὸ τῶν ἵππων ὤθουν καὶ πληγὰς ἐδίδοσαν, δείσας τὸν θόρυβον, ἐκ τῆς ὁδοῦ παρέκλινε τὸν ἵππον, καὶ τὴν πορφύραν, ὡς μὴ διάσημος εἴη, περισπάσας, ἔθετο πρόσθεν αὐτοῦ, καὶ τὸ διάδημα διὰ χειρῶν εἶχεν· ὡς δὲ καὶ προσδιαλέγοιτο τοῖς ἑταίροις ἅμα βαδίζων, καταβὰς ἐφείλκετο τὸν ἵππον. τῶν δὲ, ὁ μέν τις ὑπόδημα προσποιούμενος λελυμένον συνάπτειν, ὁ δὲ ἵππον ἄρδειν, ὁ δὲ ποτοῦ χρῄζειν, ὑπολειπόμενοι κατὰ

μι-

nem & mœrorem ejus totus sensit exercitus, atque inter cœnandum exilierunt, ac cum fascibus discurrerunt, multi ad prætorium, multi pro vallo, ut inter eos qui primi ceciderant, investigarent adolescentem. Mœstitia castra, vociferatio campos tenebat Scipionem inclamantium: mox enim a prima ætate omnibus virtutibus ad imperandum & rempublicam gerendam instructus fuit a natura, ut nullus alius æqualium, & temperatus. Serius tandem jam prope deploratus ab insequendo cum duobus aut tribus sodalibus rediit, recenti hostium cruore oppletus, sicut generosus catulus, præ voluptate nimium victoria ablatus. Hic ille est Scipio qui postmodum Carthaginem & Numantiam excidit, ac qui suæ memoriæ Romanorum longe virtute primus, plurimum habuit autoritatis. Cæterum hujus decoris invidiam consuli fortuna in aliud tempus rejiciens, tunc solidum gaudium victoriæ percipere permisit.

At Perseus a Pydna Pellam profugit. Equitatus ejus pene integer evasit ex pugna: pedites vero quum assequuti equites essent, eosque tanquam imbelles & proditores insectantes ex equis deturbarent, ac vulnera iis infligerent, metu Perseus tumultus equum via deflexit, & ne nosceretur, detractam chlamydem præ se posuit, tenuitque manibus diadema. Jam quo cum amicis in itinere colloqueretur, ad pedes digressus, traxit equum manu. Illorum alius calceum simulans solutum adstringere, alius adaquare equum, alius sitire, a tergo relicti, & paulatim

μικρὸν ἀπεδιδράσκον, οὐχ οὕτω τοὺς πολεμίους, ὡς τὴν ἐκείνου χαλεπότητα δεδοικότες. τεταραγμένος γὰρ ὑπὸ τῶν κακῶν, εἰς πάντας ἐζήτει τρέπειν ἀπ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τῆς ἥττης. ἐπεὶ δὲ νυκτὸς Πέλλαν εἰσελθὼν, Εὖκτον καὶ Εὔδαιον, τοὺς ἐπὶ τοῦ νομίσματος, ἀπαντήσαντας αὐτῷ, καὶ τὰ μὲν ἐγκαλοῦντας περὶ τῶν γεγονότων, τὰ δὲ παρρησιαζομένους ἀκαίρως καὶ συμβουλεύοντας, ὀργισθεὶς ἀπέκτεινεν αὐτὸς τῷ ξιφιδίῳ παίων ἀμφοτέρους· οὐδεὶς παρέμεινεν αὐτῷ πάρεξ Εὐάνδρου τε τοῦ Κρητὸς, καὶ Ἀρχεδάμου τοῦ Αἰτωλοῦ, καὶ τοῦ Βοιωτοῦ Νέωνος. τῶν δὲ στρατιωτῶν ἐπηκολούθησαν οἱ Κρῆτες, οὐ δι' εὔνοιαν, ἀλλὰ τοῖς χρήμασιν, ὥσπερ κηρίοις μέλιτται, προσλιπαροῦντες. πάμπολλα γὰρ ἐπήγετο, καὶ προὔθηκεν ἐξ αὐτῶν διαρπάσαι τοῖς Κρησὶν ἐκπώματα καὶ κρατῆρας καὶ τὴν ἄλλην ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ κατασκευὴν, εἰς πεντήκοντα ταλάντων λόγον. γενόμενος δ' ἐν Ἀμφιπόλει πρῶτον, εἶτ' ἐκεῖθεν ἐν Ἀλήψῳ, καὶ τοῦ φόβου μικρὸν ὑπανέντος, εἰς τὸ συγγενὲς καὶ πρεσβύτατον αὐτοῦ τῶν νοσημάτων, τὴν μικρολογίαν, αὖθις ὑπενεχθεὶς, ὠδύρετο πρὸς τοὺς φίλους, ὡς τῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ μεγάλου χρυσωμάτων ἔνια τοῖς Κρησὶ διερριφὼς ὑπ' ἀγνοίας· καὶ παρεκάλει τοὺς ἔχοντας, ἀντιβολῶν καὶ δακρύων, ἀμείψασθαι πρὸς νόμισμα. τοὺς μὲν οὖν ἐπισταμένους ἀκριβῶς αὐτὸν οὐκ ἔλαθεν κρητίζων πρὸς Κρῆτας· οἱ δὲ πεισθέντες καὶ ἀποδόντες, ἀπεστερήθησαν. οὐ γὰρ ἀπέδωκεν τἀργύριον, ἀλλὰ τριάκοντα τάλαντα κερδάνας ἀπὸ τῶν φίλων, ἃ μικρὸν ὕστερον ἔμελλον οἱ πολέμιοι λήψεσθαι, μετ' αὐτῶν διέπλευσεν εἰς Σαμοθρᾴκην, καὶ διαφυγὼν ἐπὶ τοὺς Διοσκούρους ἱκέτευεν.

Ἀεὶ

latim dilapsi sunt, quod non tam hostes quam illius formidarent sævitiam: quippe miseriis perculsus, in omnes quærebat a se causam avertere cladis. Postquam vero Pellam nocte ingressus, Euctum & Eudæum ærario præfectos, qui ei præsto fuerunt, partim eum de superioribus peccatis increpantes, & intempestiva libertate admonentes, consiliaque suggerentes, infensus ambos pugione confodit: nemo hæsit apud eum extra Cretensem Evandrum, Archidamum Ætolum, & Neonem Bœotium. Ex militibus sequuti eum sunt Cretenses, non quod diligerent eum, sed quod thesauro ejus, velut favo, affixi essent. Magnum enim thesaurum trahebat secum, deprompsitque ex eo scyphos & crateras, aliaque aurea & argentea vasa Cretensibus diripienda, ad quinquaginta talentorum pretium. Quum vero Amphipolim primum pervenisset, inde Alepsum, remisso paulatim timore, in nativum & vetustissimum relapsus morbum, avaritiam, lamentatus apud amicos est ex Alexandri Magni aureis vasis quædam se Cretensibus imprudentem objecisse, precatusque supplex & lacrymabundus illos qui hæc haberent, ea ut sibi permutarent pecunia. Ac qui hominem probe nossent, hos non fefellit Cretico more agere cum Cretensibus; qui vero fidem ei habuerunt atque reddiderunt, elusi sunt. Neque enim solvit his argentum, sed quæstu triginta talentorum ab amicis facto, quæ brevi post capturi hostes erant, cum his navigavit Samothracam, atque ad templum Castoris & Pollucis supplex confugit.

At

Ἀεὶ μὲν οὖν λέγονται φιλοβασίλειοι Μακεδόνες, τότε δ' ὡς ἐρείσματι κεκλασμένῳ πάντων ἅμα συμπεσόντων, ἐγχειρίζοντες αὑτοὺς τῷ Αἰμιλίῳ, δύο ἡμέραις ὅλης κύριον αὐτὸν κατέστησαν Μακεδονίας. καὶ δοκεῖ τοῦτο μαρτυρεῖν τοῖς εὐτυχίᾳ τινὶ τὰς πράξεις ἐκείνας γεγονέναι φάσκουσιν. ἔτι δὲ καὶ τὸ περὶ τὴν θυσίαν σύμπτωμα δαιμόνιον ἦν· ἐν Ἀμφιπόλει θύοντος τοῦ Αἰμιλίου, καὶ τῶν ἱερῶν ἐνηργμένων, κεραυνὸς ἐνσκήψας εἰς τὸν βωμὸν ἐπέφλεξε καὶ συγκαθήγισε τὴν ἱερουργίαν. ὑπερβάλλει δὲ θειότητι πάντως καὶ τύχῃ τὰ τῆς φήμης. ἦν μὲν γὰρ ἡμέρα τετάρτη νενικημένῳ Περσεῖ περὶ Πύδναν, ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ τοῦ δήμου θεωροῦντος ἱππικοὺς ἀγῶνας, ἐξαίφνης ἐνέπεσε λόγος εἰς τὸ πρῶτον τοῦ θεάτρου μέρος, ὡς Αἰμίλιος μεγάλῃ μάχῃ νενικηκὼς Περσέα καταστρέφοιτο σύμπασαν Μακεδονίαν. ἐκ δὲ τούτου, ταχὺ τῆς φήμης ἀναχεομένης εἰς τὸ πλῆθος, ἐξέλαμψε χαρὰ μετὰ κρότου καὶ βοῆς, τὴν ἡμέραν ἐκείνην κατασχοῦσα τὴν πόλιν. εἶτα ὡς ὁ λόγος οὐκ εἶχεν εἰς ἀρχὴν ἀνελθεῖν βέβαιον, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ὁμοίως ἐφαίνετο πλανώμενος, τότε μὲν ἐσκεδάσθη καὶ διερρύη τὰ τῆς φήμης· ὀλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις πυθόμενοι σαφῶς, ἐθαύμαζον τὴν προδραμοῦσαν ἀγγελίαν, ὡς ἐν τῷ ψεύδει τὸ ἀληθὲς εἶχεν.

Λέγεται δὲ καὶ τῆς ἐπὶ Σάγρᾳ ποταμῷ μάχης Ἰταλιωτῶν αὐθημερὸν ἐν Πελοποννήσῳ λόγον γενέσθαι, καὶ Πλαταιᾶσι τῆς ἐν Μυκάλῃ πρὸς Μήδους. ἣν δὲ Ῥωμαῖοι Ταρκυνίους μετὰ Λατίνων ἐπιστρατεύσαντας ἐνίκησαν, αὐτάγγελοι φράζοντες ὤφθησαν ἀπὸ τοῦ στρατοῦ μικρὸν ὕστερον ἄνδρες δύο καλοὶ καὶ μεγάλοι·

At Macedones, qui ſemper regum ſuorum habiti fuerant amantes, tunc ſicut cum fulcimento rupto omnibus una corruentibus, permittentes ſeſe Æmilio duobus diebus totius Macedoniæ compotem eum fecere. Quod adſtipulari videtur illis qui ſecundæ fortunæ aſſignant eas res geſtas. Inſuper fauſtum fuit quod accidit ſacrificio Amphipoli. Sacrificante conſule & ſacra auſpicato, fulmen in aram delapſum combuſſit unaque perpetravit ſacrificium. Omnem vero excedit favorem Deorum & fortunam famæ miraculum. Quarto nempe die quam ſuperatus ad Pydnam eſt Perſeus, quum Romæ ludos circenſes populus ſpectaret, murmur repente primam partem theatri pervaſit, Æmilium ingenti prœlio Perſeum ſuperaſſe, totamque Macedoniam in ditionem redigere; mox quum apud vulgus increbuiſſet hic rumor, mixta cum plauſu clamoreque lætitia, quæ totum illum diem occuparet urbem, exorta eſt. Inde ut nullum certum habuit fama autorem, & apud omnes juxta vaga fuit, evanuit in præſens & diſſipata eſt. Qua paucis diebus poſt certo allata, miraculi loco fuit præcurrens nuntius, qui in falſo complexus verum fuerat.

Ferunt etiam prœlii ad Sagram amnem ab Italis commiſſi eodem die famam in Peloponneſum delatam, & Platæas illius apud Mycalen contra Medos. Victoriam de Tarquiniis, qui, ſociis Latinis, arma moverant, duo viri eximia & eminenti ſpecie viſi ſunt, qui brevi poſt recentes a caſtris nuntiarunt.

γάλοι· τούτους εἴκασαν εἶναι Διοσκόρους. ὁ δ' ἐντυχὼν πρῶτος αὐτοῖς κατ' ἀγορὰν πρὸ τῆς κρήνης ἀναψύχουσι τοὺς ἵππους ἱδρῶτι πολλῷ περιῤῥεομένους, ἐθαύμαζε τὸν περὶ τῆς νίκης λόγον. εἶθ' οἱ μὲν ἐπιψαῦσαι λέγονται τῆς ὑπήνης αὐτοῦ ταῖν χεροῖν ἀτρέμα μειδιῶντες· ἡ δ' εὐθὺς ἐκ μελαίνης τριχὸς εἰς πυῤῥὰν μεταβαλοῦσα, τῷ μὲν λόγῳ πίστιν, τῷ δ' ἀνδρὶ παρασχεῖν ἐπίκλησιν τὸν Αἰνόβαρβον, ὅπερ ἐστὶ χαλκοπώγων. πᾶσι δὲ τούτοις τὸ καθ' ἡμᾶς γενόμενον πίστιν παρέχει. ὅτε γὰρ Ἀντώνιος ἀπέστη Δομετιανοῦ, καὶ πολὺς πόλεμος ἀπὸ Γερμανίας προσεδοκᾶτο, τῆς Ῥώμης ταραττομένης, ἄφνω καὶ αὐτομάτως ὁ δῆμος ἐξ αὐτοῦ φήμην ἀνέδωκε νίκης, καὶ τὴν Ῥώμην ἐπέδραμε λόγος αὐτόν τε τὸν Ἀντώνιον ἀνῃρῆσθαι, καὶ τοῦ σὺν αὐτῷ στρατεύματος ἡττημένου μηδὲν μέρος λελεῖφθαι. τοσαύτην δὲ λαμπρότητα καὶ ῥύμην ἡ πίστις ἔσχεν, ὥστε καὶ θῦσαι τῶν ἐν τέλει πολλούς. ζητουμένου δὲ τοῦ πρώτου φράσαντος, ὡς οὐδεὶς ἦν, ἀλλ' ὁ λόγος ἄλλον ἐξ ἄλλου διωκόμενος ἀνέφυγε, καὶ τέλος καταδὺς, ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς, τὸν ἄπειρον ὄχλον, ἐφάνη μηδεμίαν ἀρχὴν ἔχων βέβαιον, αὕτη μὲν ἡ φήμη ταχὺ τῆς πόλεως ἐξεῤῥύη. πορευομένῳ δὲ τῷ Δομετιανῷ μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἤδη καθ' ὁδὸν ἀγγελία καὶ γράμματα φράζοντα τὴν νίκην ἀπήντησεν. ἡ δ' αὐτὴ τοῦ κατορθώματος ἡμέρα καὶ τῆς φήμης ἐγίγνετο, ἐπιπλέον ἢ δισμυρίους σταδίους τῶν τόπων διεστώτων. ταῦτα μὲν οὐδεὶς ἀγνοεῖ τῶν καθ' ἡμᾶς.

Γναῖος δὲ Ὀκτάβιος ὁ συνάρχων Αἰμιλίῳ προσορμισάμενος τῇ Σαμοθρᾴκῃ τὴν μὲν ἀσυλίαν παρεῖχε τῷ Περσεῖ διὰ τοὺς Θεοὺς, ἔκπλου δὲ καὶ φυ-

runt. Hos Tyndaridas fratres conjecerunt fuisse. Qui primus eos appellavit pro fonte in foro reficientes equos, qui multo sudore manabant, mirabatur victoriæ nuntium. Mox ferunt eos arridentes attrectasse manibus illius barbam, quam confestim in rufam ex nigra versam, fidem nuntio, ac viro Ænobarbi, quod æream haberet barbam, dedisse cognomen. Hisce omnibus quod ætate nostra factum est adstruit fidem. Quum ab Domitiano Antonius descivisset, atque ingens bellum in expectatione esset a Germania, urbe consternata, repente & sine autore populus ex sese famam distulit victoriæ, ac sermo Romam pervagatus est interfectum esse Antonium, exercitusque ejus strati nullam partem superesse. Fuit autem tam certa fides & flagrans, ut magna pars magistratuum sacrificaret. Quum vero autor rumoris quæreretur, nec extaret ullus, sed ab alio ad alium rejectus refugeret sermo, & demersum denique in multitudinem immensam velut in vastum pelagus ex nulla certa processisse origine apparuit, hæc quidem fama propere effluxit urbe. Cæterum educenti legiones ad bellum Domitiano, nuntius & literæ jam in itinere victoriam significantes occurrere. Hujus trophæi & famæ unus fuit dies, locis plus duo millia quingenta milliaria distantibus. Id neminem nostro ævo fugit.

Porro Cn. Octavius, qui una cum Æmilio bellum administrabat, classe Samothracam appulsa, Perseum religione Deorum reliquit inviolatum, mari tamen & effugio præ-

φυγῆς εἶργον. οὐ μὴν ἀλλὰ λανθάνει πως ὁ Περσεὺς Ὀροάνδην τινὰ Κρῆτα λέμβον ἔχοντα συμπείσας μετὰ χρημάτων ἀναλαβεῖν αὐτόν. ὁ δὲ κρητισμῷ χρησάμενος, τὰ μὲν χρήματα νύκτωρ ἀνέλαβεν, ἐκεῖνον δὲ τῆς νυκτὸς ἥκειν κελεύσας ἐπὶ τὸν πρὸς τῷ Δημητρείῳ λιμένα μετὰ τῶν τέκνων καὶ θεραπείας ἀναγκαίας, εὐθὺς ἀφ' ἑσπέρας ἀπέπλευσεν. ὁ δὲ Περσεὺς οἰκτρὰ μὲν ἔπασχε, διὰ στενῆς θυρίδος παρὰ τὸ τεῖχος ἐκμηρυόμενος αὐτὸν, καὶ παιδία καὶ γυναῖκα, πόνων καὶ πλάνης ἀπείρων· οἰκτρότατον δὲ στεναγμὸν ἀφῆκεν, ὥς τις αὐτῷ πλανωμένῳ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, ἤδη πελάγιον τὸν Ὀροάνδην θέοντα κατιδὼν ἔφρασεν. ὑπέλαμπε γὰρ ἡμέρα, καὶ πάσης ἐλπίδος ἔρημος, ὑπεχώρει φυγῇ πρὸς τὸ τεῖχος, οὐ λαθὼν μὲν, ὑποφθάσας δὲ τοὺς Ῥωμαίους μετὰ τῆς γυναικός. τὰ δὲ παιδία συλλαβὼν αὐτὸς Ἴωνι ἐνεχείρισεν, ὃς πάλαι μὲν ἐρώμενος ἦν τοῦ Περσέως, τότε δὲ προδότης γενόμενος, αἰτίαν παρέσχε τὴν μάλιστα συναναγκάσασαν τὸν ἄνθρωπον, ὡς θηρίον, ἁλισκομένων τῶν τέκνων, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, καὶ παραδοῦναι τὸ σῶμα τοῖς ἐκείνων κρατοῦσιν. ἐπίστευε μὲν οὖν μάλιστα τῷ Νασικᾷ, κἀκεῖνον ἐκάλει· μὴ παρόντος δὲ, κατακλαύσας τὴν τύχην, καὶ τὴν ἀνάγκην περισκεψάμενος, ἔδωκεν αὐτὸν ὑποχείριον τῷ Γναίῳ, τότε μάλιστα ποιήσας φανερὸν ὅτι τῆς φιλαργυρίας ἦν ἐν αὐτῷ τι κακὸν ἀγεννέστερον, ἡ φιλοψυχία, δι' ἣν ὃ μόνον ἡ τύχη τῶν ἐπταικότων οὐκ ἀφαιρεῖται, τὸν ἔλεον, ἀπεστέρησεν ἑαυτοῦ. δεηθεὶς γὰρ ἀχθῆναι πρὸς τὸν Αἰμίλιον, ὁ μὲν ὡς ἀνδρὶ μεγάλῳ, πεπτωκότι πτῶμα νεμεσητὸν καὶ δυστυχὲς, ἐξαναστὰς ὑπήντα μετὰ τῶν φίλων δεδακρυμένος. ὁ δ' αἰσχι-

præclusit. At Perseus clam Oroandem quendam Cretensem qui lembum habebat, induxit ut se cum pecunia sustolleret. Ille arte Cretica usus, recepit pecuniam, illum quum nocte venire ad portum Demetrium cum liberis & servitiis necessariis jussisset, statim primis tenebris solvit. Miserabilis Perseus erat, qui ex angusta fenestra per murum se puerosque & conjugem demisit, laborum & erroris rudes. Altissimum etiam suspirium misit, ubi quidam qui in alto vela facientem conspicatus fuerat Oroandem, id in littore vaganti renuntiavit: nam lux appetebat. Ita omni spe destitutus, confugit ad murum, non jam tectus: verum prævenit tamen cum uxore Romanos. Liberos ipse tradidit in manus Ioni, qui pridem fuerat ei in deliciis, tum vero proditor ejus, in causa potissimum fuit, cur iste homo compelleretur, ut fera captis natis, in manus venire & permittere corpus iis qui illos tenebant. Maximam fidem habebat Nasicæ, quem accersebat; quum is non adesset, questus suam fortunam respiciensque necessitatem, dedidit se Octavio. Tum enimvero prodidit potissimum vitio se laborare fœdiore quam avaritia, vitæ nempe cupiditate, quâ id quod fortuna unum afflictis non adimit, spoliavit se ipse miseratione. Siquidem quum duci petiisset ad consulem, consurgens consul ut magno viro Deorum ira & asperitate fortunæ prolapso, cum amicis ad lacrymas effusus processit obviam. At ille turpissimum

οἴκτιστον θέαμα προβαλὼν αὑτὸν ἐπὶ στόμα, καὶ γονάτων ὀρεξάμενος, ἀνεβάλλετο φωνὰς ἀγεννεῖς, καὶ δεήσεις, ἃς οὐχ ὑπέμεινεν οὐδ' ἤκουσεν ὁ Αἰμίλιος, ἀλλὰ προσβλέψας αὐτὸν ἀλγοῦντι καὶ λελυπημένῳ τῷ προσώπῳ, Τί τῆς τύχης, εἶπεν, ὦ ταλαίπωρε, τὸ μέγιστον ἀφαιρεῖς τῶν ἐγκλημάτων, ταῦτα πράττων ἀφ' ὧν δόξεις οὐ παρ' ἀξίαν ἀτυχεῖν, οὐδὲ τοῦ νῦν, ἀλλὰ τοῦ πάλαι δαίμονος ἀνάξιος γεγονέναι; τί δέ μου καταβάλλεις τὴν νίκην, καὶ τὸ κατόρθωμα ποιεῖς μικρὸν, ἐπιδεικνύμενος σεαυτὸν οὐ γενναῖον οὐδὲ πρέποντα Ῥωμαίων ἀνταγωνιστήν; ἀρετή τοι δυστυχοῦσι μεγάλην ἔχει μοῖραν αἰδοῦς καὶ παρὰ πολεμίοις· δειλία δὲ Ῥωμαίοις, κἂν εὐποτμῇ, πάντη ἀτιμότατον.

Οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἀναστήσας καὶ δεξιωσάμενος, Τουβέρωνι παρέδωκεν· αὐτὸς δὲ τοὺς παῖδας καὶ τοὺς γαμβροὺς, καὶ τῶν ἄλλων ἡγεμονικῶν μάλιστα τοὺς νεωτέρους ἔσω τῆς σκηνῆς ἐπισπασάμενος, πολὺν χρόνον ἦν πρὸς αὑτῷ σιωπῇ καθήμενος, ὥστε θαυμάζειν ἅπαντας. ὁρμήσας δὲ περὶ τῆς τύχης καὶ τῶν ἀνθρωπίνων διαλέγεσθαι πραγμάτων, Ἆρά γε, εἶπεν, ἄξιον, εὐπραγίας παρούσης, ἄνθρωπον ὄντα θρασύνεσθαι καὶ μέγα φρονεῖν, ἔθνος ἢ πόλιν ἢ βασιλείαν καταστρεψάμενον; ἢ τὴν μεταβολὴν ταύτην τῆς τύχης, ἣ παράδειγμα τῷ πολεμοῦντι κοινῆς ἀσθενείας προθεῖσα, παιδεύει μηδὲν ὡς μόνιμον καὶ βέβαιον διανοεῖσθαι. ποῖος γὰρ ἀνθρώποις τοῦ θαρρεῖν καιρὸς, ὅταν τὸ κρατεῖν ἑτέρων, μάλιστα δεδοικέναι τὴν τύχην ἀναγκάζῃ, καὶ τῷ χαίροντι δυσθυμίαν ἐπάγῃ τοσαύτην ὁ τῆς περιφερομένης καὶ προσισταμένης ἄλλοτ' ἄλλοις

ſimum ſpectaculum præbuit, ac ſe ad pedes Æmilii ſummittens, & genua ejus appetens, voces degeneres & preces emiſit, quas non tulit neque auribus admiſit Æmilius, ſed intuitus cum vultu triſti & offenſo, Quid miſer, inquit, maximo crimine liberas fortunam, qui hæc admittis? qua re non immerito oppreſſus videare calamitate, neque hac ſed priſtina indignus fortuna fuiſſe? Quid vero non præbendo te generoſum nec dignum populo Romano adverſarium, victoriam maculas meam & palmam elevas? Virtus magnam conciliat vel apud hoſtes reverentiam afflictis: ignavia apud Romanos eſt etiam fauſtis rebus prorſus contempta.

Suſtulit tamen eum, dextramque porrexit, & curam ejus mandavit Tuberoni. Hinc filios, generos, & ex primoribus præcipue juvenes in prætorium introduxit. Diu ibi tacitus cum omnium admiratione conſedit. Hinc de fortuna exorſus & de rebus humanis differere, Decetne, inquit, ſecundo fortunæ curſu, homo quum ſis, exultare & attollere animos, ubi gentem vel urbem vel regnum debellaveris? an potius hanc ſortis viciſſitudinem animo ſubjicere, quæ exemplum bellum gerenti communis imbecillitatis ob oculos ponens, nihil ut ſtabile & conſtans docet eſſe reputandum? Quod eſt enim mortalibus fiduciæ tempus, quum quo tempore ſuperaveris alios, tum maxime expaveſcere fortunam compellaris, & lætitia elato tantam acerbitatem circulantis & propoſiti

λοις εἱμαρμένης λογισμός; ἢ τὴν Ἀλεξάνδρου διαδοχὴν, ὃς ἐπὶ πλεῖστον ἤρθη δυνάμεως, καὶ μέγιστον ἔσχεν κράτος, ὥρας μιᾶς μοίρᾳ πεσοῦσαν ὑπὸ πόδας θέμενοι, καὶ τοὺς ἄρτι μυριάσι πεζῶν καὶ χιλιάσιν ἱππέων τοσαύταις ὁπλοφορουμένους βασιλεῖς ὁρῶντες ἐκ τῶν πολεμίων χειρῶν ἐφήμερα σιτία καὶ ποτὰ λαμβάνοντας, οἴεσθε τὰ καθ' ἡμᾶς ἔχειν τινὰ βεβαιότητα τύχης διαρκῆ πρὸς τὸν χρόνον; οὐ καταβαλόντες ὑμεῖς οἱ νέοι τὸ κενὸν φρύαγμα τοῦτο καὶ γαυρίαμα τῆς νίκης, ταπεινοὶ καταπτήξετε, πρὸς τὸ μέλλον ἀεὶ καραδοκοῦντες, εἰς ὅ, τι κατασκήψει τέλος ἑκάστῳ τὴν τῆς παρούσης εὐπραγίας ὁ δαίμων νέμεσιν; τοιαῦτα φασὶ πολλὰ διαλεχθέντα τὸν Αἰμίλιον ἀποπέμψαι τοὺς νέους, εὖ μάλα τὸ καύχημα καὶ τὴν ὕβριν, ὥσπερ χαλινῷ τῷ λόγῳ κόπτοντι, κεκολασμένους.

Ἐκ τούτου τὴν μὲν στρατιὰν πρὸς ἀνάπαυσιν, αὐτὸν δὲ πρὸς θέαν τῆς Ἑλλάδος ἔτρεψε, καὶ διαγωγὴν ἔνδοξον ἅμα καὶ φιλάνθρωπον. ἐπιὼν γὰρ ἀνελάμβανε τοὺς δήμους, καὶ τὰ πολιτεύματα καθίστατο, καὶ δωρεὰς ἐδίδου, ταῖς μὲν σῖτον ἐκ τοῦ βασιλικοῦ, ταῖς δ' ἔλαιον. τοσοῦτον γὰρ εὑρεθῆναι φασὶν ἀποκείμενον, ὥστε τοὺς λαμβάνοντας καὶ δεομένους ἐπιλιπεῖν πρότερον ἢ καταναλωθῆναι τὸ πλῆθος τῶν εὑρεθέντων. ἐν δὲ Δελφοῖς ἰδὼν κίονα μέγαν τετράγωνον ἐκ λίθων λευκῶν συνηρμοσμένον, ἐφ' οὗ Περσέως ἔμελλε χρυσοῦς ἀνδριὰς τίθεσθαι, προσέταξε τὸν αὐτοῦ τεθῆναι· τοὺς γὰρ ἡττημένους τοῖς νικῶσιν ἐξίστασθαι χώρας προσήκειν. ἐν δ' Ὀλυμπίᾳ τοῦτο δὴ τὸ πολυθρύλλητον ἐκεῖνο ἀναφθέγξασθαι φασὶν, ὡς τὸν Ὁμήρου Δία Φειδίας ἀποπλάσατο. τῶν

δὲ

positi alias aliis fati incutiat consideratio? An vero quum Alexandri, qui ad summam potentiam evectus fuit, maximumque obtinuit imperium, unius momento horæ concidentem successionem ante oculos ponatis, simulque quum tot modo legionibus peditum,& tot millibus equitum succinctos reges videatis quotidiana cibaria & potum ex hostilibus manibus accipere, censetis res humanas ulla fultas firmitate fortunæ in futurum duraturas? Non abjecta vos juvenes inani ista ferocitate atque jactantia victoriæ summissi reprimetis vos, ad consequentia semper respicientes, in quem cuique exitum sors præsentis invidiam prosperitatis vertet? Multa in hanc sententiam ferunt concionatum Æmilium juvenes dimisisse, probe, tanquam fræno, oratione illa jactationem & procacitatem incidente eruditos.

Inde quum exercitum in hyberna deduxisset, convertit se ad visendam Græciam, atque ad oblectationem honorificam simul atque humanam. Adiit enim populos, eosque refocillavit, instituta dedit, ac dona contulit, aliis frumentum ex horreis regiis, oleum aliis. Tantam enim eorum quæ recondita fuerant vim memorant inventam, ut prius qui acciperent & desiderarent deessent, quam numerus exhauriretur eorum quæ fuerunt reperta. Delphis columnam ingentem quum videret quadratam albo concinnatam marmore, quæ destinata Persei statuæ aureæ erat, ei imperavit imponi suam: victos enim victoribus decedere loco par esse. Olympiæ vulgatum illud fertur dixisse, Phidiam Homeri Jovem effinxisse. Postquam

δὲ δέκα πρέσβεων ἐκ Ῥώμης ἀφικομένων, Μακεδόσι μὲν ἀπέδωκε τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις ἐλευθέρας οἰκεῖν καὶ αὐτονόμους· ἑκατὸν δὲ τάλαντα Ῥωμαίοις ὑποτελεῖν, οὗ πλέον ἢ διπλάσιον τοῖς βασιλεῦσιν εἰσέφερον. θέας δὲ παντοδαπῶν ἀγώνων καὶ θυσίας ἐπιτελῶν τοῖς Θεοῖς, ἑστιάσεις καὶ δεῖπνα προὔθετο, χορηγίᾳ μὲν ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀφθόνως χρώμενος, τάξιν δὲ καὶ κόσμον καὶ κατακλίσεις καὶ δεξιώσεις, καὶ τὴν πρὸς ἕκαστον αὐτοῦ τῆς κατ' ἀξίαν τιμῆς καὶ φιλοφροσύνης αἴσθησιν οὕτως ἀκριβῆ καὶ πεφροντισμένην ἐνδεικνύμενος, ὥστε θαυμάζειν τοὺς Ἕλληνας εἰ μηδὲ τὴν παιδιὰν ἄμοιρον ἀπολείπει σπουδῆς, ἀλλὰ τηλικαῦτα πράττων ἀνὴρ πράγματα, καὶ τοῖς μικροῖς τὸ πρέπον ἀποδίδωσιν. ὁ δὲ καὶ τούτοις ἔχαιρεν, ὅτι πολλῶν παρεσκευασμένων καὶ λαμπρῶν, τὸ ἥδιστον αὐτὸς ἦν ἀπόλαυσμα καὶ θέαμα τοῖς παροῦσι. καὶ πρὸς τοὺς θαυμάζοντας τὴν ἐπιμέλειαν, ἔλεγεν, τῆς αὐτῆς εἶναι ψυχῆς, παρατάξεώς τε προστῆναι καλῶς, καὶ συμποσίου· τὴν μὲν, ὅπως φοβερωτάτη τοῖς πολεμίοις, τὸ δὲ, ὡς εὐχαριστότατον ᾖ τοῖς συνοῦσιν. οὐδενὸς δ' ἧττον αὐτοῦ τὴν ἐλευθεριότητα καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ἐπῄνουν οἱ ἄνθρωποι, πολὺ μὲν ἀργύριον, πολὺ δὲ χρυσίον ἐκ τῶν βασιλικῶν ἠθροισμένον οὐδ' ἰδεῖν ἐθελήσαντος, ἀλλὰ τοῖς ταμίαις εἰς τὸ δημόσιον παραδόντος. μόνα τὰ βιβλία τοῦ βασιλέως φιλογραμματοῦσι τοῖς υἱέσιν ἐπέτρεψεν ἐξελέσθαι, καὶ διανέμων ἀριστεῖα τῆς μάχης, Αἰλίῳ Τουβέρωνι τῷ γαμβρῷ φιάλην ἔδωκε πέντε λιτρῶν ὁλκήν. οὗτός ἐστιν Τουβέρων ὃν ἔφαμεν μετὰ συγγενῶν οἰκεῖν ἑκκαιδέκατον, ἀπὸ

γη-

quam decem legati Roma advenerunt, Macedonas liberos eſſe juſſit colentes urbes ſuas agroſque, utentes legibus ſuis; centum talenta tributi populo Romano ferrent, quum plus altero tanto pependiſſent regibus. Spectacula inde variorum ludorum & victimas Diis exhibuit, epulas conviviaque præbuit: in quæ ſumptum quidem large ſuppeditabat commeatus regius. Ordinem vero, diſpoſitionem, loca, ſalutationes, & quantum cujuſque dignitati deferre honoris & comitatis deberet, ita exacte atque accurate oſtendit ſe callere, ut ſtuperent Græci, quod ne quæ per ludum quidem agebat, tractaret ſolute, ſed vir rebus tantis diſtrictus, hiſce quoque minutiis decorem adhiberet. Atqui oblectabant hæc quoque eum, quod in tanto apparatu & ſplendore ſuaviſſimum eſſet ipſe oblectamentum & ſpectaculum convivis. Ac defixis induſtriæ ſuæ admiratione, ejuſdem mentis dixit eſſe aciem ordinare recte & convivium, hoc, ut quam gratiſſimum invitatis, illam, ut quam horrendiſſima hoſtibus eſſet. Nec minus quam reliquas virtutes liberalitatem ejus, & animi magnitudinem prædicabant homines, quod vim ingentem auri, ingentem argenti ex regiis coactam theſauris ne adſpicere quidem ſuſtinuerit, ſed quæſtoribus, ut in ærarium deferrent, permiſerit. Libros regios tantum ſtudioſis literarum conceſſit filiis ut auferrent. In donis dandis ob egregiam operam in pugna navatam Ælio Tuberoni genero phialam donavit quinque pondo. Tubero hic eſt, quem ſextumdecimum demonſtravimus cum propinquis habita-

γηδίου μικροῦ διατρεφομένων ἁπάντων. καὶ πρῶτον ἀργυροῦν ἐκεῖνον φασὶν εἰς τὸν Αἰλίων οἶκον εἰσελθεῖν, ὑπ' ἀρετῆς καὶ τιμῆς εἰσαγόμενον· τὸν δὲ ἄλλον χρόνον οὔτ' αὐτοὺς οὔτε γυναῖκας ἀργυρίου χρήζειν ἢ χρυσοῦ.

Διῳκημένων δὲ πάντων αὐτῷ καλῶς, ἀσπασάμενος τοὺς Ἕλληνας, καὶ παρακαλέσας τοὺς Μακεδόνας μεμνῆσθαι τῆς δεδομένης ὑπὸ Ῥωμαίων ἐλευθερίας, σώζοντας αὐτὴν δι' εὐνομίας καὶ ὁμονοίας, ἀνέζευξεν ἐπὶ τὴν Ἤπειρον, ἔχων δόγμα συγκλήτου τοὺς συμμεμαχημένους αὐτῷ τὴν πρὸς Περσέα μάχην στρατιώτας ἀπὸ τῶν ἐκεῖ πόλεων ὠφελῆσαι. βουλόμενος δὲ πᾶσιν ἅμα καὶ μηδενὸς προσδοκῶντος, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐπιπεσεῖν, μετεπέμψατο τοὺς πρώτους ἐξ ἑκάστης πόλεως ἄνδρας δέκα, καὶ προσέταξεν αὐτοῖς, ὅσος ἄργυρός ἐστιν καὶ χρυσὸς ἐν οἰκίαις καὶ ἱεροῖς, ἡμέρᾳ ῥητῇ καταφέρειν. ἑκάστοις δὲ συνέπεμψεν, ὡς ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτο, φρουρὰν στρατιωτῶν, καὶ ταξίαρχον, προσποιούμενον ζητεῖν καὶ παραλαμβάνειν τὸ χρυσίον. ἐνστάσης δὲ τῆς ἡμέρας, ἐφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἅμα καιρὸν ὁρμήσαντες, ἐτράποντο πρὸς καταδρομὴν καὶ διαρπαγὴν τῶν πολεμίων· ὥστε ὥρᾳ μιᾷ πεντεκαίδεκα ἀνθρώπων ἐξανδραποδισθῆναι μυριάδας, ἑβδομήκοντα δὲ πόλεις πορθηθῆναι, γενέσθαι δ' ἐκ τοσαύτης φθορᾶς καὶ πανωλεθρίας ἑκάστῳ στρατιώτῃ τὴν δόσιν οὐ μεῖζον ἕνδεκα δραχμῶν· φρῖξαι δὲ πάντας ἀνθρώπους τὸ τοῦ πολέμου τέλος, εἰς μικρὸν οὕτω τὸ καθ' ἕκαστον λῆμμα καὶ κέρδος ἔθνους ὅλου κατακερματισθέντος.

Αἰμίλιος μὲν οὖν τοῦτο πράξας μάλιστα παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, ἐπιει-

κῆ

visse, quum ex parvo rusculo se tuerentur omnes. Illud autem argentum in domum Æliorum aiunt primum immigrasse a virtute & honore illatam: antea neque ipsos neque uxores eorum aurum vel argentum affectasse.

Ubi jam rite cuncta dispensavit, salutatis Græcis, & admonitis Macedonibus, ut datæ ab Romanis libertatis memores eam disciplina legum atque concordia tuerentur, movit in Epirum. Senatusconsulto mandatum ei erat, ut militibus, quorum opera in pugna usus fuerat adversus Perseum, prædam illius regionis oppidorum concederet. Ergo, ut omnibus simul præter expectationem & subito ingrueret, evocavit ex singulis oppidis denos principes viros, quibus denuntiavit, ut quod auri & argenti in privato & sacris ædibus esset, stata die proferrent in publicum. Adjunxit singulis prætextu quærendi, & accipiendi auri, velut ad hoc ipsum, præsidium militum & centurionem. Instante die uno simul atque eodem momento discurrerunt ad diripiendos & spoliandos hostes. Ita una hora centum quinquaginta millia capitum humanorum in servitutem abrepta, septuaginta oppida direpta fuere. Ex tanta clade atque exitio singulis militibus non plus undeni denarii dati. Omnes autem mortales exhorruerunt belli exitum, in adeo exiguum singulorum emolumentum & compendium tota una discerpta gente.

Hoc Æmilius edito maxime præter ingenium benignum suum & placidum, extem-

plo

κῶ καὶ χρηστὴν οὖσαν, εἰς Ὠρικὸν κατέβη· κἀκεῖθεν εἰς Ἰταλίαν μετὰ τῆς δυνάμεως περαιωθεὶς, ἀνέπλει τὸν Θύβριν ποταμὸν, ἐπὶ τῆς βασιλικῆς ἑκκαιδεκήρους κατεσκευασμένης εἰς κόσμον ὅπλοις αἰχμαλώτοις, καὶ φοινικίσι καὶ πορφύραις, ὡς καὶ πανηγυρίζοντας ἔξωθεν, καθάπερ εἰς τινα θριαμβικὴν θέαν, πομπῆς προαπολαύειν τοὺς Ῥωμαίους, τῷ ῥοθίῳ σχέδην ὑπάγοντι τὴν ναῦν ἀντιπαρεξάγοντας. οἱ δὲ στρατιῶται τοῖς βασιλικοῖς χρήμασιν ἐποφθαλμήσαντες, ὡς οὐχ ὅσων ἠξίουν ἔτυχον, ὀργιζόμενοι μὲν ἀδήλως διὰ τοῦτο, καὶ χαλεπῶς ἔχοντες πρὸς τὸν Αἰμίλιον, αἰτιώμενοι δὲ φανερῶς ὅτι βαρὺς γένοιτο καὶ δεσποτικὸς αὐτοῖς ἄρχων, οὐ πάνυ προθύμως ἐπὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ θριάμβου σπουδὴν ἀπήντησαν. αἰσθόμενος δὲ τοῦτο Σέρβιος Γάλβας, ἐχθρὸς Αἰμιλίου, γεγονὼς δὲ τῶν ὑπ' αὐτὸν χιλιάρχων, ἐθάρρησεν ἀναφανδὸν εἰπεῖν, ὡς οὐ δοτέον εἴη τὸν θρίαμβον. ἐνεὶς δὲ πολλὰς τῷ στρατιωτικῷ πλήθει διαβολὰς κατὰ τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὴν οὖσαν ὀργὴν ἔτι μᾶλλον ἐξερεθίσας, ᾐτεῖτο παρὰ τῶν δημάρχων ἄλλην ἡμέραν· ἐκείνην γὰρ οὐκ ἐξαρκεῖν τῇ κατηγορίᾳ, τέσσαρας ἔτι λοιπὰς ὥρας ἔχουσαν. τῶν δὲ δημάρχων λέγειν αὐτὸν εἴ τι βούλεται κελευόντων, ἀρξάμενος μακρῷ καὶ βλασφημίας ἔχοντι παντοδαπὰς χρῆσθαι λόγῳ, τὸν χρόνον ἀνήλωσε τῆς ἡμέρας· καὶ γενομένου σκότους, οἱ μὲν δήμαρχοι τὴν ἐκκλησίαν ἀφῆκαν, πρὸς δὲ τὸν Γάλβαν οἱ στρατιῶται συνέδραμον θρασύτεροι γεγονότες· καὶ συγκροτήσαντες αὑτοὺς, περὶ τὸν ὄρθρον αὖθις καταλαμβάνονται τὸ Καπιτώλιον. ἐκεῖ γὰρ οἱ δήμαρχοι τὴν ἐκκλησίαν ἔμελλον ἄξειν.

Ἅμα

plo Oricum descendit: inde legiones deportavit in Italiam, atque regia nave, quam sexdecim versus remorum agebant, Macedonicis ornata spoliis, puniceisque & purpureis textilibus, adverso Tyberi amne est subvectus, completis ripis obviam lento navis cursui effusa civium frequentia, ut quodammodo triumphalem pompam prælibaret populus Romanus. At milites, qui regiis opibus oculos cupiditatis adjecerant, ubi spei non responderunt præmia, clam exarserunt inde & infensi fuerunt Æmilio, propalam autem conquerentes, durum eum fuisse sibi & imperiosum ducem, erant negligenter adfuturi ad procurandum ei triumphum. Quod odoratus Sergius Galba, Æmilii inimicus, qui tribunus militum sub eo fuerat, non dubitavit suadere non esse ei decernendum triumphum. Hic quum militari turbæ multa suggessisset in imperatorem probra, & jam conceptam eorum iram magis etiam stimulavisset, postulavit a tribunis plebis, ut, quoniam hora esset jam octava diei, neque id satis temporis foret accusationi, in posterum diem diffunderet. Quum tribuni dicere eum si quid vellet juberent, prolixam exorsus & variarum calumniarum plenam orationem, diem dicendo exemit, ac tribuni jam tenebris dimiserunt concionem. Milites vero concurrerunt ad Galbam ferociores redditi, ac coitione inter se facta, Capitolium diluculo insederunt: eo enim concionem indixerant tribuni.

Post-

Ἅμα δ' ἡμέρᾳ τῆς ψήφου δοθείσης, ἥ τε πρώτη φυλὴ τὸν θρίαμβον ἀπεψηφίζετο, καὶ τοῦ πράγματος αἴσθησις εἰς τὸν ἄλλον τόπον καὶ τὴν σύγκλητον κατῄει. καὶ τὸ μὲν πλῆθος ὑπεραλγοῦν τῷ προπηλακίζεσθαι τὸν Αἰμίλιον, ἐν φωναῖς ἦν ἀπράκτοις· οἱ δὲ γνωριμώτατοι τῶν ἀπὸ βουλῆς, δεινὸν εἶναι τὸ γινόμενον βοῶντες, ἀλλήλους παρεκάλουν ἐπιλαβέσθαι τῆς τῶν στρατιωτῶν ἀσελγείας καὶ θρασύτητος, ἐπὶ πᾶν ἀφιξομένης ἄνομον ἔργον καὶ βίαιον, εἰ μηδὲν ἐμποδὼν αὐτοῖς γένοιτο, Παῦλον Αἰμίλιον ἀφελέσθαι τῶν ἐπινικίων τιμῶν. ὠσάμενοι δὲ τὸν ὄχλον καὶ ἀναβάντες ἀθρόοι, τοῖς δημάρχοις ἔλεγον ἐπισχεῖν τὴν ψηφοφορίαν, ἄχρις ἂν διέλθωσιν ἃ βούλονται πρὸς τὸ πλῆθος. ἐπισχόντων δὲ πάντων, καὶ γενομένης σιωπῆς, ἀνελθὼν ἀνὴρ ὑπατικὸς καὶ πολεμίους εἴκοσι καὶ τρεῖς ἐκ προκλήσεως ἀνῃρηκώς, Μάρκος Σερβίλιος, Αἰμίλιον μὲν ἔφη Παῦλον, ἡλίκος αὐτοκράτωρ γένοιτο, τὸ νῦν μάλιστα γινώσκειν, ὁρῶν ὅσης ἀπειθείας γέμοντι καὶ κακίας στρατεύματι χρώμενος, οὕτω καλὰς κατώρθωσε καὶ μεγάλας πράξεις· θαυμάζειν δὲ τὸν δῆμον, εἰ τοῖς ἀπ' Ἰλλυριῶν καὶ Λιβύων ἀγαλλόμενος θριάμβοις, αὐτῷ φθονεῖ τῶν Μακεδόνων βασιλέα ζῶντα καὶ τὴν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου δόξαν ἐπιδεῖν ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίων ὅπλοις ἀγομένην αἰχμάλωτον. πῶς γὰρ οὐ δεινὸν εἰπεῖν, εἰ φήμης περὶ νίκης ἀβεβαίου πρότερον εἰς τὴν πόλιν ἐμπεσούσης, ἐθύσατε τοῖς Θεοῖς, εὐχόμενοι τοῦ λόγου τούτου ταχέως ἀπολαβεῖν τὴν ὄψιν· ἥκοντος δὲ τοῦ στρατηγοῦ μετὰ τῆς ἀληθινῆς νίκης, ἀφαιρεῖσθε τῶν μὲν Θεῶν τὴν τιμήν, αὑτῶν δὲ τὴν χαράν, ὡς φοβούμενοι θεάσασθαι τὸ μέγεθος τῶν κατορθωμάτων, ἢ φειδόμενοι

Postquam diluxit, misso in suffragia populo, prærogativa tribus triumphum antiquavit. Quare ad alios delata, atque a senatu intellecta, plebs ob Æmilii ignominiam ingenti percita dolore irritos edebat clamores, principesque senatus, indignum facinus esse vociferantes, concitabant sese mutuo ut reprimerent licentiam & audaciam militarem, quæ, nisi iretur obviam, ne Paulum Æmilium triumphali laurea dispoliarent, in omnem eruptura improbitatem & vim esset: ac summota turba in Capitolium frequentes scanderunt. Ibi postulaverunt a tribunis ne perferri permitterent suffragia, dum ad populum quæ visa essent dixissent. Omnibus suffragia sustinentibus, factoque silentio, conscendens suggestum vir consularis, qui tres & viginti hostes ex provocatione interemerat, M. Servilius, Quantus imperator, inquit, Paulus Æmilius fuerit, nunc maxime cognosco, quum videam qui adeo seditiosos & improbos milites in castris haberet, quam præclaras & magnas res gesserit. Vos miror, Quirites, si triumphis de Illyriis & Afris gloriantes, vobis invidetis regem Macedonum vivum, Alexandrique & Philippi gloriam contemplari armis Romanis ductam captivam. Anne absurdum est vos qui, quum levis de victoria fama infusa civitati fuisset, victimas Diis cecidistis, votaque nuncupastis, ut brevi liceret hujusce rumoris capere oculis spectaculum: nunc postquam imperator veram adduxit palmam, fraudare Deos immortales suo honore, & vos ipsos lætitia; quasi vereamini magnitudinem rerum præclare gestarum haurire oculis, aut

νοι τοῦ βασιλέως; καίτοι κρεῖττον ἦν τῷ πρὸς ἐκεῖνον ἐλέῳ, μὴ τῷ πρὸς αὐτοκράτορα φθόνῳ λυθῆναι τὸν θρίαμβον. ἀλλ' εἰς τοσαύτην, ἔφη, τὸ κακόηθες ἐξουσίαν προάγεται δι' ὑμῶν, ὥστε περὶ στρατηγίας καὶ θριάμβου τολμᾷ λέγειν ἄνθρωπος ἄτρωτος, καὶ τῷ σώματι στίλβων ὑπὸ λειότητος καὶ σκιατραφίας, πρὸς ὑμᾶς τοὺς τοσούτοις τραύμασι πεπαιδευμένους ἀρετὰς καὶ κακίας κρίνειν στρατηγῶν. ἅμα δὲ τὴν ἐσθῆτα διαχὼν ἐξέφηνε κατὰ τῶν στέρνων ὠτειλὰς ἀπίστους τὸ πλῆθος. εἶτα μεταστραφεὶς, ἔνια τῶν οὐκ εὐπρεπῶς ἐν ὄχλῳ γυμνοῦσθαι δοκούντων τοῦ σώματος ἀνεκάλυψε· καὶ πρὸς τὸν Γάλβαν ἐπιστρέψας, Σὺ μὲν, ἔφη, γελᾷς ἐπὶ τούτοις, ἐγὼ δὲ σεμνύνομαι πρὸς τοὺς πολίτας· ὑπὲρ τούτων γὰρ ἡμέραν καὶ νύκτα συνεχῶς ἱππασάμενος, ταῦτ' ἔχον. ἀλλ' ἄγε λαβὼν αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ψῆφον· ἐγὼ δὲ καταβὰς παρακολουθήσω πᾶσι, καὶ γνώσομαι τοὺς κακοὺς καὶ ἀχαρίστους, καὶ δημαγωγεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις ἢ στρατηγεῖσθαι βουλομένους.

Οὕτω φασὶν ὑπὸ τῶν λόγων τούτων ἀνακοπῆναι καὶ μεταβαλεῖν τὸ στρατιωτικὸν, ὥστε πάσαις ταῖς φυλαῖς ἐπικυρωθῆναι τῷ Αἰμιλίῳ τὸν θρίαμβον. πεμφθῆναι δ' αὐτὸν οὕτω λέγουσιν. ὁ μὲν δῆμος, ἔν τε τοῖς ἱππικοῖς θεάτροις, ἃ κίρκους καλοῦσιν, περί τε τὴν ἀγορὰν ἰκρία πηξάμενοι, καὶ τἄλλα τῆς πόλεως μέρη καταλαβόντες, ὡς ἕκαστα παρεῖχεν τῆς πομπῆς ἔποψιν, ἐθεῶντο καθαραῖς ἐσθῆσι κεκοσμημένοι. πᾶς δὲ ναὸς ἀνέῳκτο, καὶ στεφάνων καὶ θυμιαμάτων ἦν πλήρης. ὑπηρέται τε πολλοὶ καὶ ῥαβδονόμοι τοὺς ἀτάκτως συῤῥέοντας εἰς τὸ μέσον καὶ διαθέοντας ἐξείργοντες, ἀναπεπταμένας τὰς ὁδοὺς

aut regi parcatis? Et quidem satius esset illius miseratione quam invidia imperatoris abrogari triumphum. Atqui eo perrupit per vos livor licentiæ, ut de imperio & triumpho verba facere homo integro, molli nitenteque corpore, atque in umbra educato audeat apud vos, qui tam multis vulneribus de virtute & nequitia imperatorum judicium facere didicistis. Simul se nudavit, ostenditque infinitas cicatrices adverso corpore acceptas. Inde conversus, adaperuit quædam quæ ad populum non ita decore retegenda erant, atque ad Galbam respiciens, Tu quidem hæc, inquit, derides, ego vero apud cives glorior iis quæ pro his in equo dies noctesque persedendo accepi. Sed age, voca hos ad suffragium, ego omnes assectabor, notaboque improbos & ingratos, eosque qui sibi in bello obsequutum magis quam imperatum volunt.

Adeo perhibent hac oratione repressam & immutatam militarem turbam, ut omnes tribus sciscerent Æmilio triumphum. Triumphatum ad hunc modum aiunt. Populus in equestribus theatris (Circos vocant) & foro tabulata fixerat, aliisque urbis partibus ubi conspici poterat pompa. Spectaverunt candidis amicti lacernis. Omnes ædes sacræ apertæ erant, coronarumque & suffituum plenæ. Multi apparitores & viatores incomposite confluentes & discurrentes summovebant de medio, vias patentes & vacuas

ὁδοὺς καὶ καθαρὰς παρεῖχον. τῆς δὲ πομπῆς εἰς ἡμέρας τρεῖς νενεμημένης, ἡ μὲν πρώτη, μόλις ἐξαρκέσασα τοῖς αἰχμαλώτοις ἀνδριᾶσι καὶ γραφαῖς καὶ κολοσσοῖς ἐπὶ ζευγῶν πεντήκοντα καὶ διακοσίων κομιζομένοις, τοῦτο ἔσχεν θέαν. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὰ κάλλιστα καὶ πολυτελέστατα τῶν Μακεδονικῶν ὅπλων ἐπέμπετο πολλαῖς ἁμάξαις, αὐτά τε μαρμαίροντα χαλκῷ νεοσμήκτῳ καὶ σιδήρῳ· τήν τε θέσιν ἐκ τέχνης καὶ συναρμογῆς, ὡς ἂν μάλιστα συμπεφορημένοις χύδην καὶ αὐτομάτως ἐῴκει πεποιημένα· κράνη πρὸς ἀσπίσι, καὶ θώρακες ἐπὶ κνημῖσι, καὶ Κρητικαὶ πέλται, καὶ Θρᾴκια γέῤῥα, καὶ φαρέτραι μετὰ ἱππικῶν ἀναμεμιγμέναι χαλινῶν, καὶ ξίφη γυμνὰ διὰ τούτων παρανίσχοντα, καὶ σάρισαι παραπεπηγυῖαι, σύμμετρον ἐχόντων χάλασμα τῶν ὅπλων, ὥστε τὴν πρὸς ἄλληλα κροῦσιν ἐν τῷ διαφέρεσθαι, τραχὺ καὶ φοβερὸν ὑπηχεῖν, καὶ μηδὲ νενικημένων ἄφοβον εἶναι τὴν ὄψιν. μετὰ δὲ τὰς ὁπλοφόρους ἁμάξας ἄνδρες ἐπεπορεύοντο τρισχίλιοι, νόμισμα φέροντες ἀργυροῦν ἐν ἀγγείοις ἑπτακοσίοις πεντήκοντα τριταλάντοις, ὧν ἕκαστον ἀνὰ τέσσαρες ἐκόμιζον· ἄλλοι δὲ κρατῆρας ἀργυροῦς, καὶ κέρατα, καὶ φιάλας, καὶ κύλικας, εὖ διακεκοσμημένα πρὸς θέαν ἕκαστα, περιττὰ τῷ μεγέθει καὶ τῇ παχύτητι τῆς τορείας.

Τῆς δὲ τρίτης ἡμέρας ἕωθεν μὲν εὐθὺς ἐπορεύοντο σαλπιγκταὶ, μέλος οὐ προσόδιον καὶ πομπικὸν, ἀλλ' οἵῳ μαχομένους ἐποτρύνουσιν αὑτοὺς Ῥωμαῖοι, προσεγκελευόμενοι. μετὰ δὲ τούτους ἤγοντο χρυσόκερῳ τροφίαι βοῦς, ἑκατὸν εἴκοσι, μίτραις ἠσκημένοι καὶ στέμμασιν. οἱ δ' ἄγοντες αὐτοὺς νεανίσκοι, περιζώμασιν εὐπαρύφοις ἐσταλ-

ἐσταλ-

cuas præstabant. Triumpho in triduum diviso, primo die signa capta, tabulæ pictæ, & colossi ducentis quinquaginta vehiculis translata, vixque hic dies ei spectaculo satis fuit. Secundo die fabrefacta & pulcherrima spolia Macedonica multis plaustris transvecta, ære ferroque modo exterso fulgentia. Quæ quum perquam artificioso concinnoque essent ordine constructa, temere & fortuito videbantur congesta, galeæ impositæ clypeis, loricæ ocreis, parmæ Creticæ, Thraciæ tragulæ, & pharetræ equestribus confusæ frænis, strictique gladii ex medio horum eminentes, atque interjectæ sarissæ. Habebant hæc arma conveniens laxamentum, ut mutuo crepitu in transferendo stridorem ederent asperum & terribilem, ac ne spolia devictorum quidem adspici citra horrorem valerent. Plaustra quibus arma portabantur viri ter mille sequuti. Hi nummos argenteos septingentis quinquaginta vasis: vas erat quodlibet trium talentorum, singula quaterni portarunt. Alii crateras argenteos, cornua, phialas, poculaque, unumquodque eleganter ad spectaculum compositum, rara magnitudine & crassitudine cælaturæ.

Tertio die summo mane præcesserunt tubicines: modos canebant non quales solent in supplicationibus & pompis, sed quibus classicum canunt quum militem acuunt ad prœlium Romani. Secundum hæc victimas, boves domesticos auratis cornibus, centum viginti, vittis sertisque redimitos, adolescentes duxerunt splendidis cingulis compti, quos pueri

ἐσταλμένοι πρὸς ἱερουργίαν ἐχώρουν· καὶ παῖδες ἀργυρᾶ λοιβεῖα καὶ χρυσᾶ κομίζοντες. εἶτα μετὰ τούτους οἱ τὸ χρυσοῦν νόμισμα φέροντες, εἰς ἀγγεῖα τριταλαντιαῖα μεμερισμένον ὁμοίως τῷ ἀργυρέῳ. τὸ δὲ πλῆθος ἦν τῶν ἀγγείων, ὀγδοήκοντα τριῶν δέοντα. τούτοις ἐπέβαλλον οἵ τε τὴν ἱερὰν φιάλην ἀνέχοντες, ἣν ὁ Αἰμίλιος ἐκ χρυσοῦ δέκα ταλάντων διὰ λίθων κατεσκεύασεν· οἵ τε τὰς Ἀντιγονίδας καὶ Σελευκίδας καὶ Θηρικλείους, καὶ ὅσα περὶ δεῖπνον χρυσώματα τοῦ Περσέως ἐπιδεικνύμενοι. τούτοις ἐπέβαλλε τὸ ἅρμα τοῦ Περσέως, καὶ τὰ ὅπλα, καὶ τὸ διάδημα τοῖς ὅπλοις ἐπικείμενον. εἶτα, μικροῦ διαλείμματος ὄντος ἤδη, τὰ τέκνα τοῦ βασιλέως ἤγοντο δοῦλα, καὶ σὺν αὐτοῖς τροφέων καὶ διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν δεδακρυμένων ὄχλος· αὐτῶν τε τὰς χεῖρας ὀρεγόντων εἰς τοὺς θεατάς, καὶ τὰ παιδία δεῖσθαι καὶ λιτανεύειν διδασκόντων. ἦν δ' ἄρρενα μὲν, δύο, θῆλυ δὲ, ἕν, οὐ πάνυ συμφρονοῦντα τῶν κακῶν τὸ μέγεθος διὰ τὴν ἡλικίαν· ᾗ καὶ μᾶλλον ἐλεεινὰ πρὸς τὴν μεταβολὴν τῆς ἀναισθησίας ἦν. ὥστε μικροῦ τὸν Περσέα βαδίζειν παρορώμενον· οὕτως ὑπ' οἴκτου τοῖς νηπίοις προσείχοντο τὰς ὄψεις οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ δάκρυα πολλοῖς ἐκβάλλειν συνέβη· πᾶσι δὲ μεμιγμένην ἀλγηδόνι καὶ χάριτι τὴν θέαν εἶναι, μέχρι οὗ τὰ παιδία παρῆλθεν.

Αὐτὸς δὲ τῶν τέκνων ὁ Περσεὺς, καὶ τῆς περὶ αὐτὰ θεραπείας κατόπιν ἐπορεύετο, φαιὸν μὲν ἱμάτιον ἀμπεχόμενος, καὶ κρηπῖδας ἔχων ἐπιχωρίους, ὑπὸ δὲ μεγέθους τῶν κακῶν πάντα θαμβοῦντι καὶ διαπεπληγμένῳ μάλιστα τὸν λογισμὸν ἐοικώς. καὶ τούτῳ δ' εἵπετο χορὸς φίλων καὶ συνήθων, βεβαρημέ-

comitabantur aureas & argenteas pateras ferentes. Post eos aurum signatum portaverunt in vasa trium talentorum capacia distributum similiter ut argentum. Vasa fuerunt numero octoginta tribus minus. Hos sequuti qui sacram phialam gestabant, quam Æmilius decem talentorum auri distinxerat gemmis. Hinc, qui Antigonidas, Seleucidas, Thericleos, vasaque aurea, quibus uti in conviviis Perseus solebat, ostentaverunt; quibus currus Persei successit, cui imposita erant arma ejus, & armis diadema. Mox parvo intervallo ducti liberi regis captivi, quos nutritiorum, præceptorum & pædagogorum grex lacrymabundorum comitatus. Hi manus ad spectatores tendebant, puerisque suggerebant ut orarent & supplicarent populo. Duo filii erant, filia una, magnitudinem calamitatis suæ per ætatem non admodum capientes: quo miserabilior ex vicissitudine fortunæ simplicitas eorum erat, ut pene Perseus spectantium oculos præterierit. Ita miseratio in infantes Romanorum defixerat aciem, ac multæ effusæ lacrymæ sunt: omnibusque mixtum acerbitate & oblectamento fuit spectaculum; quousque prætergressi sunt pueri.

Eos eorumque famulitium proxime excepit Perseus pullata veste, patriis indutus crepidis, præ miseriarum mole ad omnia stupentis & attoniti mente similis. Pone hos amicorum & necessariorum regis caterva, quorum erat luc-

μένων τὰ πρόσωπα πένθει, καὶ τῷ πρὸς Περσέα βλέπειν ἀεὶ καὶ δακρύειν, ἔννοιαν παριστάντων τοῖς θεωμένοις, ὅτι τὴν ἐκείνου τύχην ὀλοφύρονται, τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἐλάχιστα φροντίζοντες. καίτοι προσέπεμψε τῷ Αἰμιλίῳ δεόμενος μὴ πομπευθῆναι, καὶ παραιτούμενος τὸν θρίαμβον. ὁ δὲ τῆς ἀνανδρείας αὐτοῦ καὶ φιλοψυχίας, ὡς ἔοικεν, καταγελῶν, Ἀλλὰ τοῦτό γ', εἶπεν, καὶ πρότερον ἦν ἐπ' αὐτῷ, καὶ νῦν ἐστιν, ἂν βούληται· δηλῶν τὸν πρὸ αἰσχύνης θάνατον, ὃν οὐχ ὑπομείνας ὁ δείλαιος, ἀλλ' ὑπ' ἐλπίδων τινῶν ἀπομαλακισθεὶς, ἐγεγόνει μέρος τῶν αὐτοῦ λαφύρων. ἐφεξῆς δὲ τούτοις ἐκομίζοντο χρυσοῖ στέφανοι τετρακόσιοι τὸ πλῆθος, οὓς αἱ πόλεις ἀριστεῖα τῆς νίκης τῷ Αἰμιλίῳ μετὰ πρεσβειῶν ἔπεμψαν. εἶτ' αὐτὸς ἐπέβαλεν, ἅρματι κεκοσμημένῳ διαπρεπῶς ἐπιβεβηκὼς, ἀνὴρ καὶ δίχα τοσαύτης ἐξουσίας ἀξιοθέατος, ἁλουργίδα χρυσόπαστον ἀμπεχόμενος, καὶ δάφνης κλῶνα τῇ δεξιᾷ προτείνων. ἐδαφνηφόρει δὲ καὶ σύμπας ὁ στρατὸς, τῷ μὲν ἅρματι τοῦ στρατηγοῦ κατὰ λόχους καὶ τάξεις ἑπόμενος, ᾄδων δὲ, τὰ μὲν, ᾠδάς τινας πατρίους ἀναμεμιγμένας γέλωτι, τὰ δὲ, παιᾶνας ἐπινικίους, καὶ τῶν διαπεπραγμένων ἐπαίνους εἰς τὸν Αἰμίλιον, περίβλεπτον ὄντα καὶ ζηλωτὸν ὑπὸ πάντων, οὐδενὶ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐπίφθονον· πλὴν εἴ τι δαιμόνιον ἄρα τῶν μεγάλων καὶ ὑπερόγκων εἴληχεν εὐτυχιῶν ἀπαρύτειν, καὶ μιγνύναι τὸν ἀνθρώπινον βίον, ὅπως μηδενὶ κακῶν ἄκρατος εἴη καὶ καθαρὸς, ἀλλὰ καθ' Ὅμηρον, ἄριστα δοκῶσι πράττειν, οἷς αἱ τύχαι τροπὴν ἐπ' ἀμφότερα τῶν πραγμάτων ἔχουσιν.

Ἦσαν

luctu oppressus vultus. Quia vero perpetuo defixam in Perseum aciem habebant, lacrymabanturque, opinionem imprimebant spectantibus, illius se lamentari fortunam, de sua sorte minime laborare. Et quidem miserat ad Æmilium deprecatum ne in triumpho duceretur, aut spectaculum publico fieret. Qui mollitiem hominis & ignaviam haud dubie irridens, In tua id quidem (inquit) & pridem fuit, & nunc manu atque voluntate est positum; significans præveniendum illud dedecus fuisse morte, quam declinans miser & spe nescio qua emollitus, suorum pars manubiorum est factus. Sub his coronæ aureæ quadringentæ numero translatæ, dona civitatum Æmilio cum legationibus victoriæ causa missæ. Inde ipse curru magnifice exornato urbem invectus est, vir vel sine tanta imperii pompa spectatu dignus, toga picta amictus, & lauri ramum dextra protendens. Laureatus etiam universus exercitus centuriatim & manipulatim ducis currum prosequutus est, partim carmina, ut in triumphis solet, jocis mixta, partim cantilenas victoriales rerumque gestarum laudes canebant in Æmilium, quem suspiciebant omnes, & beatum ducebant, nulli invisum bono: nisi sane quis Deus hoc habet muneris, ut de insigni & immodica detrahat fœlicitate, sortemque misceat humanam, ne a malis liquida sit & sincera; sed præclarissime (ut est apud Homerum) agi videatur cum iis, quorum habent fortunæ in utramque partem conversionem.

Qua-

Ἦσαν γὰρ αὐτῷ τέσσαρες υἱοί, δύο μὲν εἰς ἑτέρας ἀπῳκισμένοι συγγενείας, ὡς ἤδη λέλεκται, Σκηπίων καὶ Φάβιος, δύο δὲ παῖδες ἔτι τὴν ἡλικίαν· οὓς ἐπὶ τῆς οἰκίας εἶχεν τῆς ἑαυτοῦ, γεγονότας ἐξ ἑτέρας γυναικός. ὧν ὁ μὲν ἡμέραις πέντε πρὸ τοῦ θριαμβεύειν τὸν Αἰμίλιον, ἐτελεύτησεν τεσσαρεσκαιδεκέτης, ὁ δὲ δωδεκέτης μετὰ τρεῖς ἡμέρας θριαμβεύσαντος ἐπαπέθανεν· ὥστε μηδένα γενέσθαι Ῥωμαίων τοῦ πάθους ἀνάλγητον, ἀλλὰ φρίξαι τὴν ὠμότητα τῆς τύχης ἅπαντας, ὡς οὐκ ᾐδέσατο πένθος τοσοῦτον εἰς τὴν οἰκίαν ζήλου καὶ χαρᾶς καὶ θυσιῶν γέμουσαν εἰσάγουσα, καὶ καταμιγνύουσα θρήνους καὶ δάκρυα παιᾶσιν ἐπινικίοις καὶ θριάμβοις.

Οὐ μὴν ἀλλ᾽ ὁ Αἰμίλιος, ὀρθῶς λογιζόμενος ἀνδρείας καὶ θαρραλεότητος ἀνθρώποις οὐ πρὸς ὅπλα καὶ σαρείσας χρῆσιν εἶναι μόνον, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν ὁμαλῶς τύχης ἀντίστασιν, οὕτως ἡρμόσατο καὶ κατεκόσμησε τὴν τῶν παρόντων σύγκρασιν, ὥστε τοῖς ἀγαθοῖς τὰ φλαῦρα, καὶ τὰ οἰκεῖα τοῖς δημοσίοις ἐναφανισθέντα, μὴ ταπεινῶσαι τὸ μέγεθος, μηδὲ καθυβρίσαι τὸ ἀξίωμα τῆς νίκης. τὸν μὲν γε πρότερον τῶν παίδων ἀποθανόντα θάψας, εὐθὺς ἐθριάμβευσεν, ὡς λέλεκται· τοῦ δὲ δευτέρου μετὰ τὸν θρίαμβον τελευτήσαντος, συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τὸν Ῥωμαίων δῆμον, ἐχρήσατο λόγοις ἀνδρὸς οὐ δεομένου παραμυθίας, ἀλλὰ παραμυθουμένου τοὺς πολίτας δυσπαθοῦντας ἐφ᾽ οἷς ἐκεῖνος ἐδυστύχησεν. ἔφη γάρ, ὅτι τῶν ἀνθρωπίνων οὐδὲν οὐδέποτε δείσας, τῶν δὲ θείων, ὡς ἀπιστότατον καὶ ποικιλώτατον πρᾶγμα, τὴν τύχην ἀεὶ φοβηθείς, μάλιστα περὶ τοῦτον αὐτῆς τὸν πόλεμον, ὥσπερ πνεύματος λαμ-

Quatuor Paulo filii erant, duo in alias familias per adoptionem (ut supra est dictum) dati, Scipio & Fabius; duo etiamnum pueri, quos in familia sua retinuerat, ex altera suscepti uxore. Horum alter quatuordecim annos natus, diebus quinque ante triumphum ejus, alter duodecim annorum, triduo decessit post triumphum. Neque erat quisquam ex populo Romano, ad quem non pervenerit hujus sensus doloris. Omnes sævitiam horruerunt fortunæ, quæ tantum luctum non sit verita in domum fœlicitate, gaudio, festisque sacrificiis refertam invehere, lamentationibusque & fletibus cantilenas confundere victoriales ac triumphos.

At vero Æmilius recte reputans fortitudine & animo hominibus non contra arma & hastas tantum, verum contra omnes æque fluctus fortunæ opus esse, ita concinne moderatus est temperavitque res præsentes, ut bonis mala, & domestica publicis obruta magnitudinem ne deprimerent neque majestatem commacularent victoriæ suæ. Namque simul atque extulit priorem filium, ut diximus, triumphavit: ac quum alterius funus triumphum excepisset, concilio populi advocato, orationem habuit convenientem viro non qui consolatione egeret, sed qui consolaretur cives infortunium dolentes suum. Quum ab humanis, inquit, nihil unquam timuerim, ex rebus divinis metuere ut infidissimam & instabilissimam semper fortunam nunquam destiti, præcipue quod hoc bello illa fuisset rebus gerendis, sicut

λαμπροῦ, ταῖς πράξεσι παρούσαις διατελοίη μεταβολήν τινα καὶ παλίρροιαν προσδεχόμενος. Μιᾷ μὲν γὰρ, εἶπεν, ἡμέρᾳ τὸν Ἰόνιον ἀπὸ Βρεντεσίου περάσας, εἰς Κέρκυραν κατήχθην· πεμπταῖος δ' ἐκεῖθεν ἐν Δελφοῖς τῷ Θεῷ θύσας, ἑτέραις αὖθις αὖ πέντε τὴν δύναμιν ἐν Μακεδονίᾳ παρέλαβον, καὶ τὸν εἰωθότα συντελέσας καθαρμὸν αὐτῆς, καὶ τῶν πράξεων εὐθὺς ἐναρξάμενος, ἐν ἡμέραις ἄλλαις πεντεκαίδεκα τὸ κάλλιστον ἐπέθηκα τῷ πολέμῳ τέλος. ἀπιστῶν δὲ τῇ τύχῃ διὰ τὴν εὔροιαν τῶν πραγμάτων, ὡς ἄδεια πολλὴ, καὶ κίνδυνος οὐδεὶς ἦν ἀπὸ τῶν πολεμίων, μάλιστα κατὰ πλοῦν ἐδεδίειν τὴν μεταβολὴν τοῦ δαίμονος, ἐπ' εὐτυχίᾳ τοσοῦτον στρατὸν νενικηκότα, καὶ λάφυρα καὶ βασιλεῖς αἰχμαλώτους κομίζων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σωθεὶς πρὸς ὑμᾶς, καὶ τὴν πόλιν ὁρῶν εὐφροσύνης καὶ ζήλου καὶ θυσιῶν γέμουσαν, ἔτι τὴν τύχην δι' ὑποψίας εἶχον, εἰδὼς οὐδὲν εἰλικρινὲς οὐδ' ἀνεμέσητον ἀνθρώποις τῶν μεγάλων χαριζομένην. καὶ τοῦτον οὐ πρότερον ἡ ψυχὴ τὸν φόβον, ὠδίνουσα καὶ περισκοπουμένη τὸ μέλλον ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἀφῆκεν, ἢ τηλικαύτῃ με προσπταῖσαι δυστυχίᾳ περὶ τὸν οἶκον, υἱῶν ἀρίστων, οὓς ἐμαυτῷ μόνους ἐλιπόμην διαδόχους, ταφὰς ἐπαλλήλους ἐν ἡμέραις ἱεραῖς μεταχειρισάμενον. νῦν οὖν ἀκίνδυνός εἰμι τὰ μέγιστα, καὶ θαρρῶ καὶ νομίζω τὴν τύχην ἡμῖν παραμενεῖν ἀβλαβῆ καὶ βέβαιον. ἱκανῶς γὰρ ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς κακοῖς εἰς τὴν τῶν κατωρθωμένων ἀποκέχρηται νέμεσιν, οὐκ ἀφανέστερον ἔχουσα παράδειγμα τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας τοῦ θριαμβευομένου τὸν θριαμβεύοντα· πλὴν ὅτι Περσεὺς μὲν ἔχει καὶ νενικημένος τοὺς παῖδας, Αἰμίλιος δὲ τοὺς αὐτοῦ νικήσας ἀπέβαλεν. Οὕτω

cut ſecunda aura, ſemper favens, inclinationem aliquam & procellam exſpectans. Uno die a Brunduſio mari Ionio tranſmiſſo tenui Corcyram, inde die quinto ſacrificavi Delphis. Alteris quinque exercitum in Macedonia accepi. Mox luſtrato de more exercitu, res gerere aggreſſus, diebus aliis quindecim pulcherrimum rebus impoſui finem. Ob hunc ſecundum rerum curſum fortunam habens ſuſpectam, quia eram ſecurus jam & ſolutus periculo hoſtili, per pelagus in tranſportando ex fœlicitate tanta victore exercitu, præda, & regibus captivis, fortunæ timui vices. Poſtquam vero perveni ad vos ſalvus, & civitatem vidi gaudio, gratulatione, feſtis agitandis confertam, quandoquidem nihil fortuna magnis in rebus largitur ſincerum mortalibus & illibatum, ſuſpectabam etiamnum eam. Nec ante hunc timorem parturiens animus & futurum ſolicitudine urbis circumſpectans depoſuit, quam in tantum familiare incurri naufragium, optimorumque filiorum, quos mihi reliqueram ſolos hæredes, continua funera feſtis diebus duxi. Nunc igitur defunctus ſummis periculis ſum, confidoque & arbitror innoxiam nobis fortunam atque ſtabilem permanſuram. Abunde enim ad ſatisfaciendum ſuæ ob res lætas invidiæ, me meiſque eſt abuſa calamitatibus; neque habet obſcurius humanæ imbecillitatis exemplum triumphantem, quam eum de quo triumphatum eſt: niſi quod Perſeus liberos habet etiam victus, qui eum vicit Æmilius ſuos amiſit. Adeo

Οὕτω μὲν εὐγενεῖς καὶ μεγάλους λόγους τὸν Αἰμίλιον ἐξ ἁπλάστου καὶ ἀληθινοῦ φρονήματος ἐν τῷ δήμῳ διαλεχθῆναι λέγουσι. τῷ δὲ Περσεῖ, καίπερ οἰκτείρας τὴν μεταβολὴν καὶ μάλα βοηθῆσαι προθυμηθείς, οὐδὲν εὕρετο, πλὴν μεταστάσεως ἐκ τοῦ καλουμένου κάρχερε παρ' αὐτοῖς, εἰς τόπον καθαρὸν καὶ φιλανθρωποτέραν δίαιταν. ὅπου φρουρούμενος, ὡς μὲν οἱ πλεῖστοι γεγράφασιν, ἀπεκαρτέρησεν· ἔνιοι δὲ τῆς τελευτῆς ἴδιόν τινα καὶ παρηλλαγμένον τρόπον ἱστοροῦσι. μεμψαμένους γάρ τι καὶ θυμωθέντας αὐτῷ τοὺς περὶ τὸ σῶμα στρατιώτας, ὡς ἕτερον οὐδὲν ἠδύναντο λυπεῖν καὶ κακοῦν αὐτόν, ἐξείργειν τῶν ὕπνων, καὶ προσέχοντας ἀκριβῶς ἐνίστασθαι ταῖς καταφοραῖς, καὶ συνέχειν ἐγρηγορότα πάσῃ μηχανῇ, μέχρι οὗ τοῦτον τὸν τρόπον ἐκπονηθεὶς ἐτελεύτησεν. ἐτελεύτησε δὲ καὶ τῶν παιδίων τὰ δύο· τὸν δὲ τρίτον, Ἀλέξανδρον, εὐφυᾶ μὲν ἐν τῷ τορεύειν καὶ λεπτουργεῖν γενέσθαι φασίν· ἐκμαθόντα δὲ τὰ Ῥωμαϊκὰ γράμματα καὶ τὴν διάλεκτον, ὑπογραμματεύειν τοῖς ἄρχουσιν, ἐπιδέξιον καὶ χαρίεντα περὶ ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν ἐξεταζόμενον.

Ταῖς δὲ Μακεδονικαῖς πράξεσι τοῦ Αἰμιλίου δημοτικωτάτην προσγράφουσι χάριν ὑπὲρ τῶν πολλῶν, ὡς τοσούτων εἰς τὸ δημόσιον τότε χρημάτων ὑπ' αὐτοῦ τεθέντων, ὥστε μηκέτι δεῆσαι τὸν δῆμον εἰσενεγκεῖν, ἄχρι τῶν Ἱρτίου καὶ Πάνσα χρόνων, οἳ περὶ τὸν πρῶτον Ἀντωνίου καὶ Καίσαρος πόλεμον ὑπάτευσαν. κἀκεῖνο δ' ἴδιον καὶ περιττὸν τοῦ Αἰμιλίου, τὸ σπουδαζόμενον ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ τιμώμενον διαφερόντως, ἐπὶ τῆς ἀριστοκρατικῆς μεῖναι προαιρέσεως, καὶ μηδὲν εἰπεῖν μηδὲ πρᾶξαι χάριτι τῶν πολλῶν, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις καὶ κρα-

Adeo generosam & magnificam orationem Æmilius ex animo non composito, sed vero dicitur ad populum habuisse. Persei vero miseratus conditionem, quum maxime studeret opitulari ei, nihil habuit, nisi ut pro carcere, in libera & humana custodia teneretur. In qua dum asservatur, sibi ipse (ut plerique tradiderunt) inedia conscivit mortem. Aliqui rarum fati ejus produnt & inauditum modum. Indignantes aliquam ob causam, & infensos qui eum asserebant milites, quum fatigare & lædere eum re nulla alia valerent, somno eum prohibuisse, quos enixe soporem interpellantes, omni ope eum in perpetuis vigiliis continuisse, dum ita fatiscens exspiraverit. Defuncti etiam duo filii ejus sunt: tertium Alexandrum egregium artificem in tornando & cælando arguto opere referunt fuisse; inde, Romanis literis & sermone perceptis, scribæ operam præbuisse magistratibus, quo in munere habilem & scitum repertum.

Rebus gestis Æmilii Macedonicis beneficium populo longe gratissimum attexunt, tantum pecuniæ eum in ærarium intulisse, ut deinceps censum pendere desierint usque ad Hirtii & Pansæ consulatum, qui consules primo Antonii & Cæsaris bello fuere. Jam hoc habuit præcipuum atque eximium Æmilius, ut quum a populo diligeretur & coleretur mirifice, in partibus consisteret tamen nobilitatis, neque ullo vel dicto vel facto blandiretur populo, verum in republica geren-

κρατίστοις ἀεὶ συνεξετάζεσθαι περὶ τὴν πολιτείαν. ὃ καὶ χρόνοις ὕστερον Ἄππιος ὠνείδισεν Ἀφρικανῷ Σκιπίωνι. μέγιστοι γὰρ ὄντες ἐν τῇ πόλει τότε, τὴν τιμητικὴν ἀρχὴν μετήεσαν, ὁ μὲν τὴν βουλὴν ἔχων καὶ τοὺς ἀρίστους περὶ αὐτόν, αὕτη γὰρ Ἀππίοις ἡ πολιτεία πάτριος, ὁ δὲ, μέγας μὲν ὢν ἐφ' ἑαυτοῦ, μεγάλῃ δ' ἀεὶ τῇ παρὰ τοῦ δήμου χάριτι καὶ σπουδῇ κεχρημένος. ὡς οὖν ἐμβαλόντος εἰς ἀγορὰν τοῦ Σκιπίωνος κατεῖδεν παρὰ πλευρὰν ὁ Ἄππιος ἀνθρώπους ἀγεννεῖς καὶ δεδουλευκότας, ἀγοραίους δὲ καὶ δυναμένους ὄχλον συναγαγεῖν, καὶ σπουδαρχίᾳ καὶ κραυγῇ πάντα πράγματα βιάσασθαι, μέγα βοήσας, Ὦ Παῦλε, εἶπεν, Αἰμίλιε, στέναξον ὑπὸ γῆς, αἰσθόμενος ὅτι σοῦ τὸν υἱὸν Αἰμίλιος ὁ κῆρυξ καὶ Λικίννιος Φιλόνικος ἐπὶ τιμητείαν κατάγουσιν. ἀλλὰ Σκιπίων μὲν, αὔξων τὰ πλεῖστα τὸν δῆμον, εὔνουν εἶχεν· Αἰμίλιος δὲ καίπερ ὢν ἀριστοκρατικὸς, οὐδὲν ἧττον ὑπὸ τῶν πολλῶν ἠγαπᾶτο τοῦ μάλιστα δημαγωγεῖν καὶ πρὸς χάριν ὁμιλεῖν τοῖς πολλοῖς δοκοῦντος. ἐδήλωσαν δὲ, μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν καὶ τιμητείας αὐτὸν ἀξιώσαντες, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ πασῶν ἱερωτάτη, καὶ δυναμένη μέγα πρός τε τἆλλα καὶ πρὸς ἐξέτασιν βίων. ἐκβαλεῖν τε γὰρ ἔξεστι συγκλήτου τὸν ἀπρεπῶς ζῶντα τοῖς τιμηταῖς, καὶ προσγράψαι τὸν ἄριστον, ἵππου τ' ἀφαιρέσει τῶν νέων ἀτιμάσαι τὸν ἀκολασαίνοντα. καὶ τῶν οὐσιῶν οὗτοι τὰ τιμήματα καὶ τὰς ἀπογραφὰς ἐπισκοποῦσιν. ἀπεγράψαντο μὲν οὖν κατ' αὐτὸν μυριάδες ἀνθρώπων τριάκοντα τρεῖς, ἔτι δ' ἑπτακισχίλιοι τετρακόσιοι πεντήκοντα δύο. τῆς δὲ βουλῆς προέγραψε μὲν Μάρκον Αἰμίλιον Λέπιδον, ἤδη τετράκις καρπούμενον ταύτην τὴν προεδρίαν,

gerenda aggregaret se ad principes & optimates: quod insequutis temporibus Scipioni Africano exprobravit Appius. Erant hi ea tempestate primi in civitate, & censuram petebant. Stipabant hunc senatus & optimates, (id erat enim institutum Appiis avitum, factionem nobilitatis ut tuerentur) ille, cum per se magnus existebat, tum magno populi fruebatur favore & studio: quem, quum in forum progrederetur, cernens Appius hominibus septum sordidis & libertinis, forensibus autem & factiosis, ambituque & clamore per omnia perrumpendi artificibus, elata voce, Ingemisce (inquit) Paule Æmili, si sentis apud inferos, quod filium tuum Æmilius praeco & Licinius Philonicusque deducant censorium candidatum. Caeterum Scipio ex beneficiis continuis in populum suis, est benevolentia ejus usus: Æmilius vero quanquam in principum factione foret, plebi nihilo tamen minus erat charus quam qui maxime popularis, & assentator multitudinis habebatur. Id declaraverunt quum inter alios honores contulerunt in eum censurae dignitatem, qui magistratus omnium sanctissimus, magnaeque est cum in aliis, tum in regendis moribus autoritatis. Jus censoribus est turpiter viventem senatu movendi, & allegendi probatissimum, luxuriosum etiam juvenem equo adempto notandi: hi censum quoque populi agunt & lustrum condunt. Censa per eum sunt civium capita trecenta triginta septem millia quadringenti quinquaginta duo. Principem senatus M. Æmilium Lepidum, qui quartum jam eam dignitatem erat adeptus,

θείαν, ἐξέβαλε δὲ τρεῖς συγκλητικοὺς οὐ τῶν ἐπιφανῶν, καὶ περὶ τὴν τῶν ἱππέων ἐξέτασιν ὁμοίως ἐμετρίασεν αὐτός τε καὶ Μάρκιος Φίλιππος ὁ συνάρχων αὐτοῦ.


Διῳκημένων δὲ τῶν πλείστων καὶ μεγίστων, ἐνόσησε νόσον ἐν ἀρχῇ μὲν ἐπισφαλῆ, χρόνῳ δὲ ἀκίνδυνον, ἐργώδη δὲ καὶ δυσαπάλλακτον γενομένην. ἐπεὶ δὲ πεισθεὶς ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἔπλευσεν εἰς Ἐλέαν τῆς Ἰταλίας, καὶ διέτριβεν αὐτόθι πλείω χρόνον ἐν παραλίοις ἀγροῖς καὶ πολλὴν ἡσυχίαν ἔχουσιν, ἐπόθησαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φωνὰς πολλάκις ἐν θεάτροις, οἷον εὐχόμενοι, καὶ σπεύδοντες ἰδεῖν, ἀφῆκαν. οὔσης δέ τινος ἱερουργίας ἀναγκαίας, ἤδη δὲ καὶ δοκοῦντος ἱκανῶς ἔχειν αὐτῷ τοῦ σώματος, ἐπανῆλθεν εἰς Ῥώμην. κἀκείνην μὲν ἔθυσε μετὰ τῶν ἄλλων τὴν θυσίαν ἱερέων, ἐπιφανῶς τοῦ δήμου περικεχυμένου καὶ χαίροντος· τῇ δ' ὑστεραίᾳ πάλιν ἔθυσεν αὐτὸς ὑπὲρ αὑτοῦ σωτήρια τοῖς Θεοῖς. καὶ συμπερανθείσης ὡς προείρηται τῆς θυσίας, ὑποστρέψας οἴκαδε καὶ κατακλιθεὶς, πρὶν αἰσθέσθαι καὶ νοῆσαι τὴν μεταβολὴν, ἐν ἐκστάσει καὶ παραφορᾷ τῆς διανοίας γενόμενος, τριταῖος ἐτελεύτησεν, οὐδενὸς ἐνδεὴς οὐδ' ἀτελὴς τῶν πρὸς εὐδαιμονίαν νενομισμένων γενόμενος. καὶ γὰρ ἡ περὶ τὴν ἐκφορὰν πομπὴ θαυμασμὸν ἔσχεν, καὶ ζῆλον ἐπικοσμοῦντα τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀνδρὸς τοῖς ἀρίστοις καὶ μακαριωτάτοις ἐνταφίοις. ταῦτα δ' ἦν οὐ χρυσὸς, οὐδ' ἐλέφας, οὐδ' ἡ λοιπὴ πολυτέλεια καὶ φιλοτιμία τῆς παρασκευῆς, ἀλλ' εὔνοια καὶ τιμὴ καὶ χάρις, οὐ μόνον παρὰ τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν πολεμίων. ὅσοι γοῦν κατὰ τύχην παρῆσαν Ἰβήρων καὶ Λιγύων καὶ Μακεδόνων,

adeptus, dixit: ex minus insignibus tres senatu movit, parique moderatione tum hic tum collega ejus Marcius Philippus in recognoscendis equitibus usi sunt.

Ubi in hoc magistratu plurima, & quæ maximi momenti erant composuit, incidit in morbum initio ancipitem, sed tractu temporis innocuum, difficilem tamen & medelam ægre admittentem. Postquam de consilio medicorum navigavit Eleam oppidum Italiæ, atque illic in prædiis maritimis multumque tranquillis longo spatio egit, requisivit eum populus Romanus, vocesque in theatris crebras emisit velut gestiens & avens ejus conspectum. Quum autem instaret sacrificium quod erat ei necessario obeundum, & jam corpus suum arbitraretur satis firmum esse, regressus est Romam, atque illa sacra cum aliis sacerdotibus, circumfuso & clarissime gratulante populo, peregit. Postridie iterum Diis pro incolumitate sua sacrificavit. Rei divinæ, ut modo dictum est, operatus, domumque reversus decubuit, & priusquam sentiret aut perciperet valetudinis imbecillitatem, mente & ratione motus, tertio die obiit; quum nullius rei, quæ ad vitam beatam existimatur pertinere, exors aut expers fuisset. Etenim pompa funebris eximia fuit & suspicienda, decoravitque virtutem ejus præstantissimis & fœlicissimis exequiis. Erant hæ non aurum, non ebur, non reliquus splendor & nitor apparatus, sed benevolentia, sed honor, sed studium non civium modo, verum & hostium. Siquidem quotquot aderant forte Hispani, Ligures, Macedones,

νων, οἱ μὲν ἰσχυροὶ τὰ σώματα καὶ νέοι, διαλαβόντες τὸ λέχος ὑπέδυσαν καὶ παρεκόμιζον· οἱ δὲ πρεσβύτεροι συνηκολούθουν, ἀνακαλούμενοι τὸν Αἰμίλιον εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τῆς πατρίδος. οὐ γὰρ μόνον ἐν οἷς ἐκράτησε καιροῖς, ἠπίως πᾶσι καὶ φιλανθρώπως ἀπηλλάγη χρησάμενος, ἀλλὰ καὶ παρὰ πάντα τὸν λοιπὸν βίον, ἀεί τι πράττων ἀγαθὸν αὐτοῖς, καὶ κηδόμενος ὥσπερ οἰκείων καὶ συγγενῶν, διετέλεσεν. τὴν δ' οὐσίαν αὐτοῦ μόλις ἑπτὰ καὶ τριάκοντα μυριάδων γενέσθαι λέγουσιν, ἧς αὐτὸς μὲν ἀμφοτέρους τοὺς υἱοὺς ἀπέλιπε κληρονόμους, ὁ δὲ νεώτερος Σκιπίων τῷ ἀδελφῷ πᾶσαν ἔχειν συνεχώρησεν, αὐτὸς εἰς οἶκον εὐπορώτερον τὸν Ἀφρικανοῦ δεδομένος. οὗτος μὲν ὁ Παύλου Αἰμιλίου τρόπος καὶ βίος λέγεται γενέσθαι.

nes, qui validi corpore essent & juvenes, funebrem lectum subierunt ac deportaverunt: majores natu prosequuti sunt, servatorem & patriæ parentem Æmilium appellantes. Neque enim solum quo tempore victor fuit, omnibus se præbuit clementem benignumque, sed & per vitam totam reliquam non destitit de iis bene mereri, & præstare eis, ut si familiares essent & propinqui, patrocinium. Facultates ejus vix tricenorum septuaginta millium denariorum ferunt fuisse, quarum ambos filios reliquit hæredes. Cæterum hæreditatem minor Scipio, qui in domum locupletiorem adoptatus fuerat Africani, fratri concessit solidam. Hi mores atque vita dicuntur Pauli Æmilii fuisse.





Τοιούτων δὲ τῶν κατὰ τὴν ἱστορίαν ὄντων, δῆλον ὡς οὐκ ἔχει πολλὰς διαφορὰς οὐδὲ ἀνομοιότητας ἡ σύγκρισις. οἵ τε γὰρ πόλεμοι πρὸς ἐνδόξους γεγόνασιν ἀμφοτέροις ἀνταγωνιστάς, τῷ μὲν Μακεδόνας, τῷ δὲ Καρχηδονίους· αἵ τε νῖκαι περιβόητοι, τοῦ μὲν, ἑλόντος Μακεδονίαν, καὶ τὴν ἀπ' Ἀντιγόνου διαδοχὴν ἐν ἑβδόμῳ βασιλεῖ καταπαύσαντος· τοῦ δὲ, τὰς τυραννίδας πάσας ἀνελόντος ἐκ Σικελίας, καὶ τὴν νῆσον ἐλευθερώσαντος. εἰ μὴ νὴ Δία βούλοιτό τις παρεγχειρεῖν, ὡς Αἰμίλιος μὲν ἐρρωμένῳ Περσεῖ καὶ Ῥωμαίους νενικηκότι, Τιμολέων δὲ Διονυσίῳ παντάπασιν ἀπειρηκότι καὶ κατατετριμμένῳ συνέπεσεν· καὶ πάλιν ὑπὲρ Τιμολέοντος, ὅτι πολλοὺς μὲν τυράννους, μεγάλην δὲ τὴν Καρχηδονίων δύναμιν, ἀπὸ τῆς τυχούσης στρατιᾶς ἐνίκησεν, οὐχ ὥσπερ Αἰμίλιος ἀνδράσιν ἐμπειροπολέμοις καὶ μεμαθηκόσιν ἄρχεσθαι χρώμενος, ἀλλὰ μισθοφόροις οὖσι καὶ στρατιώταις ἀτάκτοις, πρὸς ἡδονὴν εἰθισμένοις στρατεύεσθαι. τὰ γὰρ ἀπ' οὐκ ἴσης παρασκευῆς ἴσα κατορθώματα τῷ στρατηγῷ τὴν αἰτίαν περιτίθησιν.

Κα-

QUUM hujusmodi de his mandata memoriæ comperiamus, liquet non multa discrimina nec disparitates in comparandis iis esse; siquidem bella uterque adversus claros adversarios habuere, hic Macedonas, ille Carthaginenses: fueruntque eorum inclytæ victoriæ. Hic Macedoniam subegit & Antigoni successionem sustulit in septimo rege, ille omnes tyrannos Sicilia exterminavit, insulamque asseruit in libertatem. Nisi sane interponere hoc velis, quod Paulus Æmilius cum valido Perseo, postquam Romanos fudit, cum Dionysio Timoleon contulerit arma, prorsus afflicto & perdito. Contra pro Timoleonte, quod multos tyrannos, ingentes etiam Pœnorum vires tumultuaria manu oppressit, non, ut Æmilius, cum viris bello duratis & disciplina militari exercitatis, sed cum mercenario & incondito milite, animi causa stipendia facere assueto: quippe pares ex non pari apparatu duci palmæ referuntur acceptæ.

Jam

Καθαρῶν οὖν καὶ δικαίων ἐν τοῖς πράγμασιν ἀμφοτέρων γεγονότων, Αἰμίλιος μὲν ὑπὸ τῶν νόμων καὶ τῆς πατρίδος οὕτως ἔοικεν εὐθὺς ἀφικέσθαι παρεσκευασμένος· Τιμολέων δὲ τοιοῦτον αὐτὸς ἑαυτὸν παρέσχεν. τούτου τεκμήριον, ὅτι Ῥωμαῖοι μὲν ὁμαλῶς ἐν τῷ τότε χρόνῳ πάντες ἦσαν εὔτακτοι, καὶ ὑποχείριοι τοῖς ἐθισμοῖς, καὶ τοὺς νόμους δεδιότες καὶ τοὺς πολίτας· Ἑλλήνων δὲ οὐδεὶς ἡγεμὼν ἐστιν οὐδὲ στρατηγὸς ὃς οὐ διεφθάρη τότε Σικελίας ἁψάμενος, ἔξω Δίωνος. καίτοι Δίωνα πολλοὶ μοναρχίας ὀρέγεσθαι καὶ βασιλείαν τινὰ Λακωνικὴν ὀνειροπολεῖν ὑπενόουν. Τίμαιος δὲ καὶ Γύλιππον ἀκλεῶς φησὶν καὶ ἀτίμως ἀποπέμψαι Συρακουσίους, φιλοπλουτίαν αὐτοῦ καὶ ἀπληστίαν ἐν τῇ στρατηγίᾳ κατεγνωκότας. ἃ δὲ Φάραξ ὁ Σπαρτιάτης καὶ Κάλλιππος ὁ Ἀθηναῖος, ἐλπίσαντες ἄρξειν Σικελίας, παρενόμησαν καὶ παρεσπόνδησαν, ὑπὸ πολλῶν ἀναγέγραπται. καίτοι τίνες ἢ πηλίκων κύριοι πραγμάτων ὄντες, οὗτοι τοιαῦτα ἤλπισαν, ὧν ὁ μὲν ἐκπεπτωκότα Συρακουσῶν ἐθεράπευε Διονύσιον, Κάλλιππος δὲ εἷς ἦν τῶν περὶ Δίωνα ξεναγῶν; ἀλλὰ Τιμολέων αἰτησαμένοις καὶ δεηθεῖσιν αὐτοκράτωρ πεμφθεὶς Συρακουσίοις, καὶ δύναμιν οὐ ζητεῖν ἀλλ᾽ ἔχειν ὀφείλων, ἣν ἔλαβε βουλομένων καὶ διδόντων, πέρας ἐποιήσατο τῆς αὐτοῦ στρατηγίας καὶ ἀρχῆς τὴν τῶν παρανόμων ἀρχόντων κατάλυσιν. ἐκεῖνο μέντοι τοῦ Αἰμιλίου θαυμαστόν, ὅτι τηλικαύτην βασιλείαν καταστρεψάμενος, οὐδὲ δραχμῇ μείζονα τὴν οὐσίαν ἐποίησεν· οὐδὲ εἶδεν, οὐδὲ ἥψατο τῶν χρημάτων, καίτοι πολλὰ δοὺς ἑτέροις καὶ δωρησάμενος. οὐ λέγω δὲ ὅτι Τιμολέων μεμπτός ἐστιν,


Jam innocentes ambo atque integri in rebus gerendis fuerunt. Cæterum Æmilius a prima ætate a legibus & patria videtur ad res gerendas accessisse ita institutus: Timoleon vero talem semetipse comparavit. Id hinc liquet, quod omnes ex æquo Romani ea tempestate modesti, institutis obtemperantes, legumque & civium erant reverentes. At in Græcis dux vel imperator fuit nullus (Dionem excipio) quem non aspectus Siciliæ labefecit: licet Dionem autument multi dominatum affectasse, & regnum quoddam somniasse Laconicum. Timæus Gylippum quoque turpiter refert & ignominiose dimissum a Syracusanis fuisse, quod pecuniæ cupiditatem atque inexplebilem ejus in rebus gerendis essent avaritiam exosi. Quæ vero Pharax Spartiates & Atheniensis Callippus Siciliæ obtinendæ spe designaverunt scelerate & perfide, multi literis prodiderunt. At qui tandem & quibus freti opibus fuerunt hi tanta qui speraverunt? Nempe superior exactum Syracusis sequutus est Dionysium, Callippus unus apud Dionem ex ducibus fuit mercede conductorum militum. At Timoleon ad petentes & rogantes imperator missus Syracusanos, nec potentiam quærens, sed obtinere valens, quam illis acceperat volentibus & dantibus, terminum imperii & potestatis suæ in violentorum posuit excidio dominorum. Hoc in Æmilio fit tamen memorabile, quod tanto regno in ditionem redacto, ne uno quidem teruncio rem reliquerit auctiorem, neque aspexerit vel attigerit pecuniam, quum tamen multa dona & præmia contulerit in alios. Non dico culpandum quod splendidam domum & præ-

ἐστιν, οἰκίαν τε καλὴν λαβὼν καὶ χωρεῖον. οὐ γὰρ τὸ λαβεῖν ἐκ τοιούτων αἰσχρόν, ἀλλὰ τὸ μὴ λαβεῖν κρεῖττον· καὶ περιουσία τῆς ἀρετῆς, ἐν οἷς ἔξεστιν, ἐπιδεικνυμένης τὸ μὴ δεόμενον. ἐπεὶ δὲ ὡς σώματος ῥῖγος ἢ θάλπος φέρειν δυναμένου, τὸ πρὸς ἀμφοτέρας εὖ πεφυκὸς ὁμοῦ τὰς μεταβολὰς ῥωμαλεώτερον, οὕτω ψυχῆς ἀκρατος εὐρωστία καὶ ἰσχύς, ἣν οὔτε τὸ εὐτυχεῖν ὕβρει θρύπτει καὶ ἀνίησιν, οὔτε συμφοραὶ ταπεινοῦσιν· φαίνεται τελειότερος ὁ Αἰμίλιος, ἐν χαλεπῇ τύχῃ καὶ πάθει μεγάλῳ τῷ περὶ τοὺς παῖδας οὐδὲν τι μικρότερος οὐδὲ ἀσεμνότερος ἢ διὰ τῶν εὐτυχημάτων ὁραθείς. Τιμολέων δὲ γενναῖα πράξας περὶ τὸν ἀδελφὸν, οὐκ ἀντέσχεν τῷ λογισμῷ πρὸς τὸ πάθος, ἀλλὰ μετανοίᾳ καὶ λύπῃ ταπεινωθεὶς, ἐτῶν εἴκοσι τὸ βῆμα καὶ τὴν ἀγορὰν ἰδεῖν οὐχ ὑπέμεινεν. δεῖ δὲ τὰ αἰσχρὰ φεύγειν καὶ αἰδεῖσθαι, τὸ δὲ πρὸς πᾶσαν ἀδοξίαν εὐλαβὲς, ἐπιεικοῦς μὲν ἤθους καὶ ἁπλοῦ, μέγεθος δὲ οὐκ ἔχοντος.


prædium acceperit Timoleontem: neque enim ex hujuſcemodi occaſione accipere turpe, ſed non accipere eſt honeſtius; & cumulus virtutis, ubi licet, oſtendentis non indigere. Quia vero ut corpore rigorem vel æſtum facile tolerante, illud quod juxta ad vices recte comparatum utraſque eſt, habetur robuſtius: ita animi integra ſanitas & vires ſunt, quas neque res ſecundæ procacitate emolliunt vel liquefaciunt, neque dejiciunt calamitates. Videtur ſane conſummatior Æmilius, qui in duro caſu & gravi ex filiis luctu, nihilo humilior aut infractior quam in rebus lætis eſt viſus. Timoleon vero, quum præclarum actum in fratrem ſuum perpetraſſet, non repreſſit animi motum ratione, verum pœnitentia & mœrore depreſſus, concionem & forum viginti annos non ſuſtinuit adſpicere. Eſt vero defugienda turpitudo & timenda: at omnis infamiæ pudor eſt boni quidem ingenii & ſimplicis, non tamen excelſi.



ΠΕΛΟ-



ΠΕΛΟΠΙΔΑΣ.



ΚΑΤΩΝ ὁ πρεσβύτατος, πρός τινας ἐπαινοῦντας ἄνθρωπον ἀλογίστως παράβολον καὶ τολμηρὸν ἐν τοῖς πολεμικοῖς, διαφέρειν ἔφη τὸ πολλοῦ τινὰ τὴν ἀρετὴν ἀξίαν, καὶ τὸ μὴ πολλοῦ ἄξιον τὸ ζῆν νομίζειν· ὀρθῶς ἀποφαινόμενος. ὅγ' οὖν παρ' Ἀντιγόνῳ στρατευόμενος ἰταμὸς, φαῦλος δὲ τὴν ἕξιν καὶ τὸ σῶμα διεφθορὼς, ἐρομένου τοῦ βασιλέως τὴν αἰτίαν τῆς ὠχρότητος, ὡμολόγησε τινὰ νόσον τῶν ἀποῤῥήτων. ἐπεὶ δὲ φιλοτιμηθεὶς ὁ βασιλεὺς προσέταξε τοῖς ἰατροῖς, ἐάν τις ᾖ βοήθεια, μηδὲν ἐλλιπεῖν τῆς ἄκρας ἐπιμελείας, οὕτω θεραπευθεὶς ὁ γενναῖος ἐκεῖνος, οὐκέτ' ἦν φιλοκίνδυνος οὐδὲ ῥαγδαῖος ἐν τοῖς ἀγῶσιν· ὥστε καὶ τὸν Ἀντίγονον ἐγκαλεῖν καὶ θαυμάζειν τὴν μεταβολήν. οὐ μὴν ὁ ἄνθρωπος ἀπεκρύψατο τὸ αἴτιον, ἀλλ' εἶπεν, Ὦ βασιλεῦ, σύ με πεποίηκας ἀτολμότερον, ἀπαλλάξας ἐκείνων τῶν κακῶν δι' ἃ τοῦ ζῆν ὠλιγώρουν. πρὸς τοῦτο δὲ φαίνεται καὶ Συβαρίτης ἀνὴρ εἰπεῖν

περὶ

CATO major celebrantibus quibusdam hominem temerariæ & projectæ in bello audaciæ, interesse ait magni virtutem, an vitam parvi pendas. Et recte quidem definivit. Siquidem miles Antigoni, ferox quidem, sed affecto corpore & habitu, palloris causam regi requirenti, dicitur reconditum quendam morbum detexisse. Verum quum magna cura rex, si quod remedium esset, nihil summæ opis jussisset medicis prætermittere, restitutus ita sanitati, strenuus ille non objecit deinceps se discrimini, neque præceps ruit in certamina. Quam conversionem quum Antigonus exprobraret ei & miraretur, non celavit ille causam, ac, Tu me, inquit, reddidisti, rex, timidiorem, qui iis me malis explicuisti, quamobrem antea vitam aspernarer. Ideo de Spartiatis quidam Sybarites dicitur pronuntiasse,

quo

περὶ τῶν Σπαρτιατῶν, ὡς οὐ μέγα ποιοῦσι θανατῶντες ἐν τοῖς πολέμοις, ὑπὲρ τοῦ τοσούτους πόνους καὶ τοιαύτην ἀποφυγεῖν δίαιταν. ἀλλὰ Συβαρίταις μὲν, ἐκτετηκόσιν ὑπὸ τρυφῆς καὶ μαλακίας, διὰ τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμὴν καὶ φιλοτιμίαν, εἰκότως ἐφαίνοντο μισεῖν τὸν βίον οἱ μὴ φοβούμενοι τὸν θάνατον· Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ ζῆν ἡδέως, καὶ θνήσκειν, ἀμφότερα ἀρετῇ παρεῖχον, ὡς δηλοῖ τὸ ἐπικήδειον,

Οἵδε (γάρ φησιν) θάνον, οὐ ζῆν θέμενοι καλὸν, οὐδὲ τὸ θνήσκειν,
Ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ' ἐκτελέσαι.

οὔτε γὰρ φυγὴ θανάτου μεμπτὸν, ἂν ὀρέγηταί τις τοῦ βίου μὴ αἰσχρῶς· οὔτε ὑπομονὴ καλὸν, εἰ μετ' ὀλιγωρίας γίνοιτο τοῦ ζῆν. ὅθεν Ὅμηρος μὲν ἀεὶ τοὺς θαρραλεωτάτους καὶ μαχιμωτάτους ἄνδρας, εὖ καὶ καλῶς ὡπλισμένους ἐξάγει πρὸς τοὺς ἀγῶνας· οἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων νομοθέται τὸν ῥίψασπιν κολάζουσιν, οὐ τὸν ξίφος οὐδὲ λόγχην προέμενον· διδάσκοντες ὅτι τοῦ μὴ παθεῖν κακῶς πρότερον ἢ τοῦ ποιῆσαι τοὺς πολεμίους, ἑκάστῳ μέλειν προσήκει, μάλιστα δὲ ἄρχοντι πόλεως ἢ στρατεύματος.

Εἰ γὰρ, ὡς Ἰφικράτης διῄρει, χερσὶ μὲν ἐοίκασιν οἱ ψιλοὶ, ποσὶ δὲ τὸ ἱππικὸν, αὐτὴ δὲ ἡ φάλαγξ στέρνῳ καὶ θώρακι, κεφαλῇ δὲ ὁ στρατηγὸς, οὐχ αὑτοῦ δόξειεν ἂν ὑποκινδυνεύων παραμελεῖν καὶ θρασυνόμενος, ἀλλ' ἁπάντων οἷς ἡ σωτηρία γίνεται δι' αὐτοῦ· καὶ τοὐναντίον. ὅθεν ὁ Καλλικρατίδας, καίπερ ὢν τἄλλα μέγας, οὐκ εὖ πρὸς τὸν μάντιν εἶπεν· δεομένου γὰρ αὐτοῦ φυλάττεσθαι θάνατον, ὡς τῶν ἱερῶν προδηλούντων, ἔφη μὴ παρ' ἕνα εἶναι τὰν Σπαρ-

quo tantis laboribus & ea defungantur vita, non magnam rem esse eos mortem in bello oppetere. Cæterum Sybaritis quidem luxu diffluentibus & mollitia, jure videbantur odisse vitam illi qui ob virtutis ardorem & gloriæ studium mortem non exhorrescebant. Lacedæmonii vero utrumque, & vivere & mori libenter, virtuti tribuebant, ut declarat funebre carmen,

Hi (enim inquit) *cecidere, bonum non vitam aut cedere fato*
Rati, at utrumque horum fine locasse bono.

Neque enim mortis reprehendenda fuga sit, si quidem vitam non turpiter appetas, neque commendanda expectatio, si conjuncta cum odio sit vivendi. Unde fortissimos quosque & bellicosissimos viros educit ubique ad certamen Homerus accurate armatos. Apud Græcos etiam legislatores eum qui clypeum projecit puniunt, non eum qui gladium vel hastam: docentes, ne quid mali patiatur, priorem cuique curam ducendam, quam ut hostibus inferat, præsertim magistratui urbis aut duci exercitus.

Nam si (ut distinxit Iphicrates) levis armatura manibus similis est, pedibus equitatus, pedites pectori & thoraci, capiti imperator: non sui curam periculo se exponentem temere & ferocientem dicas abjicere, sed omnium quorum ex ipso dependet salus; atque ita vice versa. Itaque Callicratidas, magnus cætera vir, parum recte respondit vati. Quum enim hic oraret eum ut mortem declinaret, quam denuntiarent exta, non in unius anima respondit positam Spar-

Σπάρταν. μαχόμενος γὰρ εἷς ἦν καὶ πλέων καὶ στρατευόμενος ὁ Καλλικρατίδας· στρατηγῶν δὲ, τὴν ἁπάντων εἶχε συλλαβὼν ἐν αὑτῷ δύναμιν, ὥστε οὐκ ἦν εἷς ᾧ τοσαῦτα συναπώλλυτο. βέλτιον δὲ Ἀντίγονος ὁ γέρων, ὅτε ναυμαχεῖν περὶ Ἄνδρον ἔμελλεν, εἰπόντος τινὸς ὡς πολὺ πλείους αἱ τῶν πολεμίων νῆες εἶεν, Ἐμὲ δὲ αὐτὸν, ἔφη, πρὸς πόσας ἀντιστήσεις; μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς, ὥσπερ ἐστὶν, ἀξίωμα ποιῶν μετ' ἐμπειρίας καὶ ἀρετῆς ταττόμενον· ἧς πρῶτον ἔργον ἐστὶν, σώζειν τὸν ἅπαντα τἄλλα σώζοντα. διὸ καλῶς ὁ Τιμόθεος, ἐπιδεικνυμένου ποτὲ τοῖς Ἀθηναίοις τοῦ Χάρητος ὠτειλάς τινας ἐν τῷ σώματι, καὶ τὴν ἀσπίδα λόγχῃ διακεκομμένην, Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ὡς λίαν ᾐσχύνθην ὅτι μου πολιορκοῦντος Σάμον, ἐγγὺς ἔπεσε βέλος, ὡς μειρακιωδέστερον ἐμαυτῷ χρώμενος ἢ κατὰ στρατηγὸν καὶ ἡγεμόνα δυνάμεως τοσαύτης. ὅπου μὲν γὰρ εἰς τὰ ὅλα μεγάλην φέρει ῥοπὴν ὁ τοῦ στρατηγοῦ κίνδυνος, ἐνταῦθα καὶ χειρὶ καὶ σώματι χρηστέον ἀφειδῶς, χαίρειν φράσαντα τοῖς λέγουσιν ὡς χρὴ τὸν ἀγαθὸν στρατηγὸν, μάλιστα μὲν ὑπὸ γήρως, εἰ δὲ μὴ, γέροντα θνήσκειν· ὅπου δὲ μικρὸν τὸ περιγινόμενον ἐκ τοῦ κατορθώματος, τὸ δὲ πᾶν συναπόλλυται σφαλέντος, οὐδεὶς ἀπαιτεῖ στρατιώτου πρᾶξιν κινδύνῳ πραττομένην στρατηγοῦ. ταῦτα δέ μοι παρέστη προαναφωνῆσαι γράφοντι τὸν Πελοπίδου βίον καὶ τὸν Μαρκέλλου, μεγάλων ἀνδρῶν, παραλόγως πεσόντων. καὶ γὰρ χειρὶ χρῆσθαι μαχιμώτατοι γενόμενοι, καὶ στρατηγίαις ἐπιφανεστάταις κοσμήσαντες ἀμφότεροι τὰς πατρίδας, ἔτι δὲ τῶν βαρυτάτων ἀντα-

Spartam. Siquidem cum pugnaret, unus erat, & quum navigaret, vel ſtipendia faceret Callicratidas: ſed quum dux eſſet, vim erat in ſe complexus univerſorum. Ita unus jam non erat, quicum tam multa ſimul corruerent. Præclarius ſenex Antigonus, quum navali prœlio eſſet ad Andrum decertaturus, & quidam longe plures diceret eſſe hoſtium naves, At meipſum, inquit, quam multis oppones? Nempe majeſtatem merito extollit imperantis, peritia & virtute ſuccinctam, cujus primum munus eſt, ut ſervet eum qui conſervat omnia. Unde ſcite Timotheus, quum apud Athenienſes aliquando cicatrices corpore acceptas oſtenderet Chares, & trajectum haſta clypeum, At me, inquit, quam nimium puduit ſcilicet, quum prope oppugnantem Samum cecidit telum, quod geſſiſſem me præcipitantius quam tanti exercitus duci & imperatori conveniret. Ubi enim magnum ad ſummam momentum adfert periculum ducis, hic neque manibus neque corpori eſt parcendum; repudiatis iis qui jactant debere bonum imperatorem maxime ex ſenio, ſin minus, ſenem mori: at ubi parvum ex re bene geſta eſt operæ pretium, & ſiquid titubatum ſit, corruunt univerſa, nemo tum militis operam, quæ diſcrimen ſecum trahat ducis, deſideret. Hæc mihi Pelopidæ vitam & Marcelli deſcribenti, inſignium virorum, qui inconſulta morte perempti fuerunt, præfari venit in mentem. Quum enim manu imprimis ſtrenui fuiſſent, & clariſſimis expeditionibus uterque patriam ſuam decoraſſet, ad hæc ex ſæ-

ἀνταγωνιστῶν ὁ μὲν Ἀννίβαν ἀήττητον ὄντα πρῶτος, ὡς λέγεται, τρεψάμενος, ὁ δὲ γῆς καὶ θαλάττης ἄρχοντας Λακεδαιμονίους ἐκ παρατάξεως νικήσας, ἠφείδησαν ἑαυτῶν, σὺν οὐδενὶ λογισμῷ προέμενοι τὸν βίον, ὁπηνίκα μάλιστα τοιούτων καιρὸς ἦν ἀνδρῶν σωζομένων καὶ ἀρχόντων. διόπερ ἡμεῖς ἑπόμενοι ταῖς ὁμοιότησι, παραλλήλους ἀνεγράψαμεν αὐτῶν τοὺς βίους.

Πελοπίδᾳ τῷ Ἱππόκλου γένος μὲν ἦν εὐδόκιμον ἐν Θήβαις, ὥσπερ Ἐπαμεινώνδᾳ· τραφεὶς δὲ ἐν οὐσίᾳ μεγάλῃ, καὶ παραλαβὼν ἔτι νέος λαμπρὸν οἶκον, ὥρμησε τῶν δεομένων τοῖς ἀξίοις βοηθεῖν, ἵνα κύριος ἀληθῶς φαίνοιτο χρημάτων γεγονὼς, ἀλλὰ μὴ δοῦλος. τῶν γὰρ πολλῶν, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶν, οἱ μὲν οὐ χρῶνται τῷ πλούτῳ, διὰ μικρολογίαν, οἱ δὲ παραχρῶνται, δι᾽ ἀσωτίαν· καὶ δουλεύοντες οὗτοι μὲν ἀεὶ ταῖς ἡδοναῖς, ἐκεῖνοι δὲ ταῖς ἀσχολίαις, διατελοῦσιν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι τῷ Πελοπίδᾳ χάριν ἔχοντες ἐχρῶντο τῇ πρὸς αὐτοὺς ἐλευθεριότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ, μόνον δὲ τῶν φίλων τὸν Ἐπαμεινώνδαν οὐκ ἔπειθε τοῦ πλούτου μεταλαμβάνειν· αὐτὸς μέντοι μετεῖχε τῆς ἐκείνου πενίας, ἐσθῆτος ἀφελείᾳ, καὶ τραπέζης λιτότητι, καὶ τῷ πρὸς τοὺς πόνους ἀόκνῳ, καὶ κατὰ στρατείας ἀδόλῳ καλλωπιζόμενος, ὥσπερ ὁ Εὐριπίδου Καπανεὺς, ᾧ βίος μὲν ἦν πολὺς, ἥκιστα δὲ δι᾽ ὄλβον γαῦρος ἦν· αἰσχυνόμενος εἰ φανεῖται πλείοσι χρώμενος εἰς τὸ σῶμα, τοῦ τὰ ἐλάχιστα κεκτημένου Θηβαίων. Ἐπαμεινώνδας μὲν οὖν συνήθη καὶ πατρῴαν οὖσαν αὐτῷ τὴν πενίαν, ἔτι μᾶλλον εὔζωνον καὶ κοῦφον ἐποίησεν φιλοσοφῶν, καὶ μονό-

sævissimis adversariis, Annibalem hic invictum primus, (ut fama est) ille dominantes terra marique Lacedæmonios acie fudisset ;fugassetque, temere semetipsi projecerunt, vitamque profuderunt, quo tempore tales viros vivere & præesse oportebat. Quare sequuti mutuam similitudinem, vitas eorum in describendo comparavimus.

Pelopidas, Hippocli filius, nobili Thebis genere, sicut Epaminondas, fuit. Hic amplis innutritus opibus, quum adolescens adhuc splendidas facultates ex hæreditate accepisset, ut ostenderet dominum se revera, non servum esse pecuniæ, ad bene merendum de bonis viris, qui premebantur inopia, convertit animum. Plerique enim (ut Aristoteles ait) aut præ sordibus non utuntur divitiis, aut ob luxum abutuntur, serviuntque perpetuo, hi voluptatibus, illi quæstui. Ac cæteri grato animo Pelopidæ adversus ipsos munificentia & benignitate sunt usi. Unum ex amicis ut in sortem veniret fortunarum suarum non induxit, Epaminondam; quum tamen veniret in societatem ipse illius paupertatis, vestis tenuitate, mensæ frugalitate, laborum tolerantia, & in bello simplicitate glorians, ut Euripideus Capaneus, cui quum essent opes amplæ, haud proinde animos mox sustulit, immo turpe duxisset sibi, si plus corpori quam Thebanorum egentissimus impendisset. At Epaminondas paupertatem, quam familiarem acceperat, & hæreditariam, philosophiam colendo, vitamque

μονότερον βίον ἀπ' ἀρχῆς ἑλόμενος· Πελοπίδᾳ δὲ ἦν μὲν γάμος λαμπρὸς, ἐγένοντο δὲ καὶ παῖδες, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀμελῶν τοῦ χρηματίζεσθαι, καὶ σχολάζων τῇ πόλει τὸν ἅπαντα χρόνον, ἠλάττωσε τὴν οὐσίαν. τῶν δὲ φίλων νουθετούντων, καὶ λεγόντων, ὡς ἀναγκαίου πράγματος ὀλιγωρεῖ, τοῦ χρήματα ἔχειν, ἀναγκαίου νὴ Δία Νικοδήμῳ τούτῳ, δείξας τινὰ χωλὸν καὶ τυφλόν.

Ἦσαν δὲ καὶ πρὸς πᾶσαν ἀρετὴν πεφυκότες ὁμοίως, πλὴν ὅτι τῷ γυμνάζεσθαι μᾶλλον ἔχαιρε Πελοπίδας, τῷ δὲ μανθάνειν, Ἐπαμεινώνδας· καὶ τὰς διατριβὰς ἐν τῷ σχολάζειν, ὁ μὲν περὶ παλαίστρας καὶ κυνηγέσια, ὁ δὲ ἀκούων τι καὶ φιλοσοφῶν ἐποιεῖτο. πολλῶν δὲ καὶ καλῶν ὑπαρχόντων ἀμφοτέροις πρὸς δόξαν, οὐδὲν οἱ νοῦν ἔχοντες ἡγοῦνται τηλικοῦτον, ἡλίκον τὴν διὰ τοσούτων ἀγώνων καὶ στρατηγιῶν καὶ πολιτειῶν ἀνεξέλεγκτον εὔνοιαν καὶ φιλίαν, ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους ἐμμείνασαν. εἰ γάρ τις ἀποβλέψας τὴν Ἀριστείδου, καὶ Θεμιστοκλέους, καὶ Κίμωνος, καὶ Περικλέους, καὶ Νικίου, καὶ Ἀλκιβιάδου πολιτείαν, ὅσων γέγονε μεστὴ διαφορῶν καὶ φθόνων καὶ ζηλοτυπιῶν πρὸς ἀλλήλους, σκέψαιτο πάλιν τὴν Πελοπίδου πρὸς Ἐπαμεινώνδαν εὐμένειαν καὶ τιμὴν, τούτους ἂν ὀρθῶς καὶ δικαίως προσαγορεύσειε συνάρχοντας καὶ συστρατήγους ἢ ἐκείνους, οἳ μᾶλλον ἀλλήλων ἢ τῶν πολεμίων ἀγωνιζόμενοι περιεῖναι διετέλεσαν. αἰτία δὲ ἀληθινὴ μὲν ἦν ἡ ἀρετὴ, δι' ἣν οὐ δόξαν, οὐ πλοῦτον ἀπὸ τῶν πράξεων μετιόντες, οἷς ὁ χαλεπὸς καὶ δύσερις ἐμφύεται φθόνος,

que a prima ætate instituendo cælibem, expeditiorem etiam atque leviorem reddidit. Pelopidas vero in splendido fuit matrimonio. Tulit etiam liberos. At nihilo attentior ad rem, omnemque vitam in procuratione reipub. consumens, facultates attrivit suas. Quum autem admonerent illum amici, suggererentque rem ipsum necessariam negligere, pecuniæ comparationem, Necessariam hercle huic, inquit, Nicodemo: commonstrans claudum & cæcum quendam.

Porro erat ad omnem virtutem uterque juxta comparatus, nisi quod exercitationibus magis deditus Pelopidas esset, Epaminondas disciplinis; & quod essent otii nacti, hic in discendo & philosophando poneret, ille in palæstris & venationibus. Inter multas & præclaras artes, quæ utrique gloriam conciliaverunt, nihil æque admirati sunt prudentes, quam quod per tot certamina, præturas, & publicas actiones sincera inter eos a primo ad ultimum necessitudo & amicitia constiterit. Si enim Aristidis & Themistoclis, Cimonis & Periclis, Niciæ & Alcibiadis consideraveris actiones, quantarum contentionum inter ipsos, quantarum simultatum fuerint & æmulationum plenæ: hinc ad Pelopidæ te erga Epaminondæ benevolentiam & observantiam converteris, rectius & justius hos in magistratibus & imperiis vocaveris collegas, quam illos, qui semper in hoc fuerunt, non tam ut hostes quam ut alter alterum superarent. Vera causa virtus erat, per quam non gloriam, non opes, quæ gravem & contentionum plenam secum invidiam trahunt, ex rebus gestis captantes,

 sed

νος, ἀλλ' ἔρωτα θεῖον ἀπ' ἀρχῆς ἐρασθέντες ἀμφότεροι, τοῦ τὴν πατρίδα λαμπροτάτην καὶ μεγίστην ἐφ' ἑαυτῶν ἰδεῖν γενομένην, ὥσπερ ἰδίοις ἐπὶ τοῦτο τοῖς αὐτῶν ἐχρῶντο κατορθώμασιν. οὐ μὴν ἀλλ' οἵ γε πολλοὶ νομίζουσιν αὐτοῖς τὴν σφοδρὰν φιλίαν ἀπὸ τῆς ἐν Μαντινείᾳ γενέσθαι στρατείας, ἣν συνεστρατεύσαντο Λακεδαιμονίοις ἔτι φίλοις καὶ συμμάχοις οὖσι, πεμφθείσης ἐκ Θηβῶν βοηθείας. τεταγμένοι γὰρ ἐν τοῖς ὁπλίταις μετ' ἀλλήλων, καὶ μαχόμενοι πρὸς τοὺς Ἀρκάδας, ὡς ἐνέδωκε τὸ κατ' αὐτοὺς κέρας τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ τροπὴ τῶν πολλῶν ἐγεγόνει, συνασπίσαντες ἠμύναντο τοὺς ἐπιφερομένους. καὶ Πελοπίδας μὲν, ἑπτὰ τραύματα λαβὼν ἐναντία, πολλοῖς ἐπικατερρύη νεκροῖς ὁμοῦ φίλοις καὶ πολεμίοις· Ἐπαμεινώνδας δὲ, καίπερ ἀβιώτως ἔχειν αὐτὸν ἡγούμενος, ὑπὲρ τοῦ σώματος καὶ τῶν ὅπλων ἔστη προελθὼν, καὶ διεκινδύνευσεν πρὸς πολλοὺς μόνος, ἐγνωκὼς ἀποθανεῖν μᾶλλον ἢ Πελοπίδαν ἀπολιπεῖν κείμενον. ἤδη δὲ καὶ τούτου κακῶς ἔχοντος, καὶ λόγχῃ μὲν εἰς τὸ στῆθος, ξίφει δὲ εἰς τὸν βραχίονα τετρωμένου, προσεβοήθησεν ἀπὸ θατέρου κέρως Ἀγησίπολις ὁ βασιλεὺς τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ περιεποίησεν ἀνελπίστως αὐτοὺς ἀμφοτέρους.

Μετὰ δὲ ταῦτα, τῶν Σπαρτιατῶν λόγῳ μὲν ὡς φίλοις καὶ συμμάχοις προσφερομένων τοῖς Θηβαίοις, ἔργῳ δὲ, τὸ φρόνημα τῆς πόλεως καὶ τὴν δύναμιν ὑφορωμένων, καὶ μάλιστα τὴν Ἰσμηνίου καὶ Ἀνδροκλείδου μισούντων ἑταιρείαν, ἧς μετεῖχεν ὁ Πελοπίδας, φιλελεύθερον ἅμα καὶ δημοτικὴν εἶναι δοκοῦσαν· Ἀρχίας καὶ Λεοντίδας καὶ Φίλιππος, ἄνδρες ὀλιγαρχικοὶ καὶ πλούσιοι, καὶ

sed divino amore a principio inflammati ambo, ut opera sua patriam redderent quam clarissimam & potentissimam, alter alterius decoribus ad id utebantur ut propriis. Veruntamen arbitrantur plerique amicitiam eam tam arctam ex illa ad Mantineam expeditione extitisse, cui interfuerunt, quum Lacedæmoniis, integra adhuc amicitia & fœdere, misissent Thebani auxilia. Quum enim inter pedites locati una essent in prœlio adversus Arcadas, ut gradum retulit Lacedæmoniorum cornu, in quo ipsi stabant, multique terga verterunt, testudine obnixi sunt iis qui se intulerunt. Ac Pelopidas septem acceptis adversis vulneribus super acervum cadaverum sociorum pariter & hostium corruit. Quem etsi haberet Epaminondas pro deplorato, processit tamen ad protegendum corpus ejus & arma, multisque se unus objecit, certus prius occumbere quam Pelopidam deserere jacentem. Jam ipso etiam graviter affecto, quum pectus hasta, gladio brachium esset vulneratum, ecce ab altero cornu rex Lacedæmoniorum Agesipolis succurrit iis, ambosque præter spem eripuit.

Posthac quum Lacedæmonii cum Thebanis in specie ut amicis & sociis agerent, revera spiritus civitatis Thebanæ, & potentiam haberent suspectam, præcipue vero Ismeniæ & Androclidæ odissent factionem, in qua erat Pelopidas, quam esse putabant libertatis studiosam & popularem; Archias, Leontidas, & Philippus, homines paucorum dominationi faventes, locupletes

καὶ μέτριον οὐδὲν φρονοῦντες, ἀναπείθουσι Φοιβίδαν τὸν Λάκωνα μετὰ στρατιᾶς διαπορευόμενον ἐξαίφνης καταλαβεῖν τὴν Καδμείαν, καὶ τοὺς ὑπεναντιουμένους αὐτοῖς ἐκβαλόντα, πρὸς τὸ Λακεδαιμονίων ὑπήκοον ἁρμόσασθαι δι' ὀλίγων τὴν πολιτείαν. πεισθέντος δ' ἐκείνου, καὶ μὴ προσδοκῶσι τοῖς Θηβαίοις ἐπιθεμένου, Θεσμοφορείων ὄντων, καὶ τῆς ἄκρας κυριεύσαντος, Ἰσμηνίας μὲν συναρπασθεὶς καὶ κομισθεὶς εἰς Λακεδαίμονα, μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀνῃρέθη· Πελοπίδας δὲ καὶ Φερένικος καὶ Ἀνδροκλείδας, μετὰ συχνῶν ἄλλων φεύγοντες ἐξεκηρύχθησαν· Ἐπαμεινώνδας δὲ κατὰ χώραν ἔμεινε, τῷ καταφρονηθῆναι διὰ μὲν φιλοσοφίαν, ὡς ἀπράγμων, διὰ δὲ πενίαν, ὡς ἀδύνατος.

Ἐπεὶ δὲ Λακεδαιμόνιοι Φοιβίδαν μὲν ἀφείλοντο τῆς ἀρχῆς, καὶ δέκα δραχμῶν μυριάσιν ἐζημίωσαν, τὴν δὲ Καδμείαν οὐδὲν ἧττον φρουρᾷ κατέσχον, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες Ἕλληνες ἐθαύμαζον τὴν ἀτοπίαν, εἰ τὸν μὲν πράξαντα κολάζουσι, τὴν δὲ πρᾶξιν δοκιμάζουσι· τοῖς δὲ Θηβαίοις τὴν πάτριον ἀποβεβληκόσι πολιτείαν, καὶ καταδεδουλωμένοις ὑπὸ τῶν περὶ Ἀρχίαν καὶ Λεοντίδαν, οὐδὲ ἐλπίσαι περιῆν ἀπαλλαγήν τινα τῆς τυραννίδος, ἣν ἑώρων τῇ Σπαρτιατῶν δορυφορουμένην ἡγεμονίᾳ, καὶ καταλυθῆναι μὴ δυναμένην, εἰ μή τις ἄρα παύσειεν κἀκείνους γῆς καὶ θαλάττης ἄρχοντας. οὐ μὴν ἀλλ' οἱ περὶ Λεοντίδαν, πυνθανόμενοι τοὺς φυγάδας Ἀθήνησι διατρίβειν, τῷ τε πλήθει προσφιλεῖς ὄντας, καὶ τιμὴν ἔχοντας ὑπὸ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν, ἐπεβούλευον αὐτοῖς κρύφα· καὶ πέμψαντες ἀνθρώπους ἀγνῶτας, Ἀνδροκλείδαν

cupletes ambitiosique, egerunt apud Lacedæmonium Phœbidam, ut traducens illac exercitum occuparet ex improviso Cadmiam, expulsisque adversariis rempub. sub paucorum principatu Lacedæmoniorum juri obnoxiam redderet. Qui ita persuasus, nec opinantes Thebanos, quum Thesmophoriæ Cereri agebantur, adortus est, captaque arce, Ismenias vinctus ac raptus Lacedæmonem, paulo post est necatus. Pelopidæ, Pherenico, Androclidæ, qui multis cum aliis fugæ consuluerant, indicitur exilium. Epaminondas vero, quod ob philosophiæ studium velut quietus, & ob paupertatem contemneretur velut inops, domi manere permittebatur.

Postquam abrogaverunt Lacedæmonii Phœbidæ imperium, mulctamque dixerunt centum millium drachmarum, nihilo tamen minus Cadmiam cum præsidio tenuerunt; reliqui per Græciam quidem omnes quid hoc monstri esset mirabantur, quod autorem punirent, factum comprobarent. Thebanis vero, qui vetere exuti reipub. forma, ab Archia & Leontida tenebantur oppressi, ne sperare quidem ullam supererat liberationem a tyrannide, quam Spartiatarum communitam opibus everti videbant non posse, nisi quis simul illis terræ marisque imperium extorqueret. At certior factus Leontidas hærere Athenis exules, acceptosque tum plebi tum & in honore esse apud optimates, struit clam iis insidias, ac per homines ignotos Androclidam

δαν μὲν ἀποκτιννύουσι δόλῳ, τῶν δ' ἄλλων διαμαρτάνουσιν. ἧκε δὲ καὶ παρὰ Λακεδαιμονίων γράμματα τοῖς Ἀθηναίοις, προστάσσοντα μὴ δέχεσθαι μηδὲ παρακινεῖν, ἀλλ' ἐξελαύνειν τοὺς φυγάδας, ὡς κοινοὺς πολεμίους ὑπὸ τῶν συμμάχων ἀποδεδειγμένους. οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι πρὸς τῷ πάτριον αὐτοῖς καὶ σύμφυτον εἶναι τὸ φιλάνθρωπον, ἀμειβόμενοι τοὺς Θηβαίους, μάλιστα συναιτίους γενομένους τῷ δήμῳ κατελθεῖν, καὶ ψηφισαμένους, ἐάν τις Ἀθηναίων ἐπὶ τοὺς τυράννους ὅπλα διὰ τῆς Βοιωτίας κομίζῃ, μηδένα Βοιωτὸν ἀκούειν, μηδὲ ὁρᾶν, οὐδὲν ἠδίκησαν τοὺς Θηβαίους.

Ὁ δὲ Πελοπίδας, καίπερ ἐν τοῖς νεωτάτοις ὤν, ἰδίᾳ τὸ καθ' ἕκαστον ἐξώρμα τῶν φυγάδων, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος ἐποιήσατο λόγους, ὡς οὔτε καλὸν οὔτε ὅσιον εἶναι δουλεύουσαν τὴν πατρίδα καὶ φρουρουμένην περιορᾶν, αὐτοὺς δὲ μόνον τὸ σώζεσθαι καὶ διαζῆν ἀγαπῶντας, ἐκκρέμασθαι τῶν Ἀθήνησι ψηφισμάτων, καὶ θεραπεύειν, ὑποπεπτωκότας ἀεὶ τοῖς λέγειν δυναμένοις, καὶ πείθειν τὸν ὄχλον· ἀλλὰ καὶ κινδυνευτέον ὑπὲρ τῶν μεγίστων, παράδειγμα θεμένους τὴν Θρασυβούλου τόλμαν καὶ ἀρετήν· ἵνα ὡς ἐκεῖνος ἐκ Θηβῶν πρότερον ὁρμηθεὶς κατέλυσε τοὺς ἐν Ἀθήναις τυράννους, οὕτως αὐτοὶ πάλιν ἐξ Ἀθηνῶν προελθόντες, ἐλευθερώσωσι τὰς Θήβας. ὡς οὖν ἔπεισε ταῦτα λέγων, πέμπουσιν εἰς Θήβας κρύφα πρὸς τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν φίλων, τὰ δεδογμένα φράζοντες. οἱ δὲ συνεπῄνουν, καὶ Χάρων μὲν, ὅσπερ ἦν ἐπιφανέστατος, ὡμολόγησεν τὴν οἰκίαν παρέξειν· Φιλίδας δὲ διεπράξατο τῶν περὶ Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον γραμματεὺς γενέσθαι πολεμαρχούντων. Ἐπαμεινώνδας δὲ

τοὺς

dam quidem interficit dolo, cæteri autem elabuntur ei. Redduntur etiam Lacedæmoniorum Athenienſibus literæ, quibus imperaverunt ne reciperent exules, neve eos concitarent, ſed tanquam a ſociis declaratos communes hoſtes exterminarent. Verum Athenienſes cum inveterata ſua & genuina humanitate, tum ut gratias referrent Thebanis (qui eum populum in primis ad reditum in patriam adjuverant, ſciverantque, ſiquis Athenienſium arma per Bœotiam adverſus tyrannos ferret, neminem id audire aut videre Thebanorum) omnem injuriam ab iis abſtinuerunt.

Pelopidas vero, licet inter adoleſcentiores foret, privatim ſingulos exules inflammabat, & ad eos in conciliabulis verba faciebat, neque honeſtum neque pium eſſe, ut oppreſſam ſervitute & præſidio vinctam impoſito relinquerent patriam, ipſi vero ſua ſecuritate & ſalute acquieſcerent, ſuſpenſique ex Athenienſium plebiſcitis, ſupplicesque ſemper colerent oratores, & eos qui impellere multitudinem valerent; verum periclitandum eſſe de ſumma rerum, propoſita pro exemplo Thraſybuli audacia & virtute: ſicut ex Thebis ille erumpens obtriverat Athenienſium tyrannos; ita & ipſi quoque moventes ex Athenis Thebas in libertatem aſſererent. Ubi hic cum aſſenſu auditus eſt, mittunt occulte Thebas ad amicos qui illic remanſerant, & quæ deliberaverant aperiunt. Illi comprobant conſilium, ac Charon, qui nobiliſſimus erat, offert domum ſuam: Philidas effecit ut ſcriba crearetur Archiæ & Philippi, qui erant per id tempus Polemarchi. Epaminondas

incen-

τοὺς νέους πάλαι φρονήματος ἦν ἐμπεπληκώς· ἐκέλευε γὰρ ἐν τοῖς γυμνασίοις ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν Λακεδαιμονίων καὶ παλαίειν· εἶτα, ὁρῶν ἐπὶ τῷ κρατεῖν καὶ περιεῖναι γαυρουμένους, ἐπέπληττεν, ὡς αἰσχύνεσθαι μᾶλλον αὐτοῖς προσῆκον εἰ δουλεύουσι δι' ἀνανδρείαν, ὧν τοσοῦτον ταῖς ῥώμαις διαφέρουσιν.

Ἡμέρας δὲ πρὸς τὴν πρᾶξιν ὁρισθείσης, ἔδοξε τοῖς φυγάσι, τοὺς μὲν ἄλλους συναγαγόντα Φερένικον ἐν τῷ Θριασίῳ περιμένειν, ὀλίγους δὲ τῶν νεωτάτων παραβαλέσθαι προεισελθεῖν εἰς τὴν πόλιν· ἐὰν δέ τι πάθωσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων οὗτοι, τοὺς ἄλλους ἐπιμελεῖσθαι πάντας, ὅπως μήτε παῖδες αὐτῶν, μήτε γονεῖς ἐνδεεῖς ἔσονται τῶν ἀναγκαίων. ὑφίσταται δὲ τὴν πρᾶξιν Πελοπίδας πρῶτος, εἶτα Μέλων καὶ Δαμοκλείδης καὶ Θεόπομπος, ἄνδρες οἴκων τε πρώτων, καὶ πρὸς ἀλλήλους τἆλλα μὲν φιλικῶς καὶ πιστικῶς, ὑπὲρ δὲ δόξης καὶ ἀνδρείας ἀεὶ φιλονείκως ἔχοντες. γενόμενοι δὲ οἱ σύμπαντες δώδεκα, καὶ τοὺς ἀπολειπομένους ἀσπασάμενοι, καὶ προπέμψαντες ἄγγελον τῷ Χάρωνι, προῆγον ἐν χλαμυδίοις, σκύλακάς τε θηρευτικὰς καὶ στάλικας ἔχοντες, ὡς μηδὲ εἷς ὑποπτεύοι τῶν ἐντυγχανόντων καθ' ὁδὸν, ἀλλ' ἀλύοντες ἄλλως πλανᾶσθαι καὶ κυνηγεῖν δοκοῖεν. ἐπεὶ δὲ ὁ πεμφθεὶς παρ' αὐτῶν ἄγγελος ἧκεν πρὸς τὸν Χάρωνα, καὶ καθ' ὁδὸν ὄντας ἔφραζεν, αὐτὸς μὲν ὁ Χάρων οὐδὲ ὑπὸ τοῦ δεινοῦ πλησιάζοντος ἔτρεψέ τι τῆς γνώμης, ἀλλ' ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν, καὶ παρεῖχε τὴν οἰκίαν. Ἱπποσθενίδας δέ τις, οὐ πονηρὸς μὲν, ἀλλὰ καὶ φιλόπατρις καὶ τοῖς φυγάσιν εὔνους ἄνθρωπος, ἐνδεὴς δὲ τόλμης τοσαύτης ὅσης ὅ,
τε

incenderat jamdudum juventutem. Namque præcipiebat, in gymnasiis ut prehenderent Lacedæmonios, & cum eis luctarentur: deinde ex victoria & palma quum ovantes videret, castigabat eos; magis pudendum ipsis esse, si quibus tantum præstarent robore, his per socordiam servirent.

Die ad rem patrandam dicta, visum exulibus est, ut Pherenicus, dum alios cogit, in Thriasio subsisteret, pauci autem ex junioribus susciperent periculum prægrediendi in urbem: quibus siquid gravius contingeret ab hostibus, ut cæteri omnes curandos susciperent eorum liberos & parentes, ut necessariis non indigerent. Huic discrimini princeps offert sese Pelopidas, mox Melon, Damoclides & Theopompus, viri summo loco nati, atque inter se cætera amici & fidi, sed pro gloria & virtute semper æmuli. Hi numero duodecim, quum amplexi essent eos qui illic manebant, & nuntium ad Charonem præmisissent, amicti lacernulis profecti sunt. Traxerunt secum canes venaticos, & varos ferebant, ne cui in via suspicionem moverent, sed venari & vagari alias viderentur. Ut vero præmissus ab his nuntius Charonem adiit, atque illos in itinere retulit esse, ipsius Charonis ne instans quidem periculum immutavit animum, sed vir fortis extitit, præbuitque domum suam. At Hipposthenidas quidam, non ille quidem vir malus, immo & patriæ amans & exulum studiosus, verum animo non perinde firmo, ut occasio præceps & præsentes postu-

τε καιρὸς ὀξὺς ὢν αἵ τε ὑποκείμεναι πράξεις ἀπῄτουν, ὥσπερ ἰλιγγιάσας πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ ἀγῶνος ἐν χερσὶ γενομένου, καὶ μόλις ποτὲ τῷ λογισμῷ συμφρονήσας, ὅτι τρόπον τινὰ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων σαλεύουσιν ἀρχὴν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν δυνάμεως ὑποβάλλονται κατάλυσιν, πιστεύσαντες ἀπόροις καὶ φυγαδικαῖς ἐλπίσιν· ἀπελθὼν οἴκαδε σιωπῇ, πέμπει τινὰ τῶν φίλων πρὸς Μέλωνα καὶ Πελοπίδαν, ἀναβαλέσθαι κελεύων ἐν τῷ παρόντι, καὶ περιμένειν βελτίονα καιρὸν, αὖθις ἀπαλλαγέντας εἰς Ἀθήνας. Χλίδων ἦν ὄνομα τῷ πεμφθέντι, καὶ κατὰ σπουδὴν οἴκαδε πρὸς αὐτὸν τραπόμενος, καὶ τὸν ἵππον ἐξαγαγὼν, ᾔτει τὸν χαλινόν. ἀπορουμένης δὲ τῆς γυναικὸς, ὡς οὐκ εἶχε, δοῦναί τινι τῶν συνήθων λεγούσης, λοιδορίαι τὸ πρῶτον ἦσαν, εἶτα δυσφημίαι, τῆς γυναικὸς ἐπαρωμένης αὐτῷ τε κακὰς ὁδοὺς ἐκείνῳ καὶ τοῖς πέμπουσιν· ὥστε καὶ τὸν Χλίδωνα πολὺ τῆς ἡμέρας ἀναλώσαντα πρὸς τούτοις δι' ὀργὴν, ἅμα δὲ καὶ τὸ συμβεβηκὸς οἰωνισάμενον, ἀφεῖναι τὴν ὁδὸν ὅλως, καὶ πρὸς ἄλλο τι τρέπεσθαι. παρὰ τοσοῦτον μὲν ἦλθον αἱ μέγισται καὶ κάλλισται τῶν πράξεων εὐθὺς ἐν ἀρχῇ διαφυγεῖν τὸν καιρόν.

Οἱ δὲ περὶ τὸν Πελοπίδαν, ἐσθῆτας τὰς γεωργῶν μεταλαβόντες, καὶ διελόντες αὐτοὺς, ἄλλοι κατ' ἄλλα μέρη τῆς πόλεως παρεισῆλθον, ἔτι ἡμέρας οὔσης. ἦν δέ τι πνεῦμα καὶ νιφετὸς, ἀρχομένου τρέπεσθαι τοῦ ἀέρος, καὶ μᾶλλον ἔλαθον, καταπεφευγότων ἤδη διὰ τὸν χειμῶνα τῶν πλείστων εἰς τὰς οἰκίας. οἷς δὲ ἦν ἐπιμελὲς τὰ πραττόμενα γινώσκειν, ἀνελάμβανον τοὺς προσερχομένους, καὶ καθίστων εὐθὺς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Χάρωνος. ἐγένοντο δὲ σὺν

postulabant res, quasi æstuans ad magnitudinem discriminis quod in manibus erat, atque vix tandem animadvertens Lacedæmoniorum ipsos imperium quodammodo concutere, fretosque auxilio tantum inopum virorum & exulum tentare illorum convellere potentiam; domum digressus mandat clam per amicum quendam Meloni & Pelopidæ, rem in aliud tempus extruderent, redirentque Athenas, commodiorem opportunitatem expectaturi. Chlidoni nomen erat nuntio. Hic ad se domum perrexit, eductoque equo poposcit frænum. Hæsitante uxore ejus, quum non esset ad manum, referenteque cuipiam se id ex necessariis commodasse, jurgia primum inter eos, mox maledicta exorta, imprecante muliere ei & aliis a quibus mitteretur, infaustum iter. Itaque quum multum diei in his rixando consumpsisset, & verteret casum in omen Chlidon, deposuit prorsus profectionem, atque ad alia se convertit. Tantulum abfuit, quin maxima & pulcherrima cœpta statim in limine subterfugeret opportunitas.

At Pelopidas cum suis vestitu assumto rustico, dispertiti alii alia parte urbem luce adhuc occulte ingressi sunt. Ventus nivem effundebat, incipiente se convertere cœlo: quo magis tecti fuere, quod plerique procellæ causa recepissent se domum. Quibus autem cura incumbebat quid ageretur cognoscendi, hi illos exceperunt ex itinere, & confestim domum deduxerunt ad Charonem. Fuerunt cum exu-

συνῆν τοῖς φυγάσι πεντήκοντα δυοῖν δέοντες. τὰ δὲ περὶ τοὺς τυράννους οὕτως εἶχε· Φιλίδας ὁ γραμματεὺς συνέπραττε μὲν, ὥσπερ εἴρηται, πάντα, καὶ συνήδει τοῖς φυγάσιν· εἰς δὲ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐκ παλαιοῦ κατηγγελκὼς τοῖς περὶ τὸν Ἀρχίαν πότον τινὰ καὶ συνουσίαν, καὶ γύναια τῶν ὑπάνδρων, ἔπραττεν ὅτι μάλιστα ταῖς ἡδοναῖς ἐκλελυμένους καὶ κατοίνους μεταχειρίσασθαι παρέξειν τοῖς ἐπιτιθεμένοις. οὔπω δὲ πάνυ πόῤῥω μέθης οὖσιν αὐτοῖς προσέπεσέ τις οὐ ψευδὴς μὲν, ἀβέβαιος δὲ καὶ πολλὴν ἀσάφειαν ἔχουσα περὶ τῶν φυγάδων μήνυσις, ὡς ἐν τῇ πόλει κρυπτομένων. τοῦ δὲ Φιλίδου παραφέροντος τὸν λόγον, ὅμως Ἀρχίας ἔπεμψέ τινα τῶν ὑπηρετῶν πρὸς τὸν Χάρωνα, προστάσσων εὐθὺς ἥκειν αὐτόν. ἦν δὲ ἑσπέρα, καὶ συνέταττον ἔνδον αὑτοὺς οἱ περὶ τὸν Πελοπίδαν, ἤδη τεθωρακισμένοι καὶ τὰς μαχαίρας ἀνειληφότες. ἐξαίφνης δὲ κοπτομένης τῆς θύρας προσδραμών τις, καὶ πυθόμενος τοῦ ὑπηρέτου Χάρωνα μετιέναι παρὰ τῶν πολεμάρχων φάσκοντος, ἀπήγγελλεν εἴσω τεθορυβημένος· καὶ πᾶσιν εὐθὺς παρέστη, τήν τε πρᾶξιν ἐκμεμηνῦσθαι, καὶ σφᾶς ἅπαντας ἀπολωλέναι, μηδὲ δράσαντάς τι τῆς ἀρετῆς ἄξιον. οὐ μὴν ἀλλ' ἔδοξεν ὑπακοῦσαι τὸν Χάρωνα, καὶ παρασχεῖν ἑαυτὸν δὴ ἀνυπόπτως τοῖς ἄρχουσιν, ἄλλως μὲν ἀνδρώδη καὶ βαρὺν ὄντα τῷ θαῤῥεῖν παρὰ τὰ δεινὰ, τότε δὲ δι' ἐκείνους ἐκπεπληγμένον καὶ περιπαθοῦντα, μή τις ὑποψία προδοσίας ἐπ' αὐτὸν ἔλθῃ, τοσούτων ἅμα καὶ τοιούτων πολιτῶν ἀπολουμένων. ὡς οὖν ἔμελλεν ἀπιέναι, παραλαβὼν ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος τὸν υἱὸν, ἔτι μὲν ὄντα παῖδα, κάλλει δὲ καὶ ῥώμῃ σώματος πρωτεύοντα τῶν καθ' ἡλικίαν, ἐνεχεί-

ριζε

exulibus duodequinquaginta. Tyranni vero hoc se modo habebant. Scriba Philidas, qui consiliorum exulum erat particeps, adjuvabat (ut dictum est) conatus eorum. Hic multo ante in eum diem indixerat Archiæ & Philippo compotationem, & convivium, & mulieres nuptas, in eoque erat, ut quam maxime luxu & vino confectos præberet ad cædem insidiatoribus. Non admodum mersis crapula indicium delatum est haud vanum quidem, incertum tamen & perquam obscurum, occultari in urbe exules. Quanquam autem alio detorquebat sermonem Philidas, misit tamen apparitorem Archias ad Charonem, qui eum confestim accerseret. Jam vespera erat, & Pelopidæ socii armati gladiisque accincti instruebant se. Pulsatis autem repente foribus, accurrens quispiam, audiensque ex apparitore, qui diceret acciri a Polemarchis Charonem, perculsus renuntiavit id intro. Ibi omnibus illico obversatur rem detectam esse, & se omnes, re memorabili perpetrata nulla, periisse. Consuluerunt tamen, ut dicto audiens esset Charon, fidenterque Polemarchos adiret, constans alioquin vir, immotoque in ipsis periculis animo, tunc autem propter illos attonitus anxiusque, ne qua ipse ex nece tot ac talium virorum suspicione aspergeretur proditionis. Exiturus igitur arripit ex gynæcio filium, adhuc puerum illum quidem, cæterum specie & robore corporis supra æquales præcellenti, eumque tradit

ειζε τοῖς περὶ Πελοπίδαν, εἴ τινα δόλον καὶ προδοσίαν αὐτοῦ καταγνοῖεν, ὡς πολεμίῳ χρῆσθαι κελεύων ἐκείνῳ, καὶ μὴ φείδεσθαι. πολλοῖς μὲν οὖν αὐτῶν δάκρυα πρὸς τὸ πάθος καὶ τὸ φρόνημα τοῦ Χάρωνος ἐξέπεσεν· πάντες δὲ ἠγανάκτουν, εἰ δειλὸν οὕτως εἶναί τινα δοκεῖ καὶ διεφθαρμένον ὑπὸ τοῦ παρόντος, ὥστε ὑπονοεῖν ἐκεῖνον, ἢ ὅλως αἰτιᾶσθαι· καὶ τὸν υἱὸν ἐδέοντο μὴ καταμιγνύναι αὐτοῖς, ἀλλ' ἐκποδὼν θέσθαι τοῦ μέλλοντος, ὅπως αὐτός γε τῇ πόλει καὶ τοῖς φίλοις τιμωρὸς ὑποτρέφοιτο, περισωθεὶς καὶ διαφυγὼν τοὺς τυράννους. ὁ δὲ Χάρων τὸν μὲν υἱὸν ἀπαλλάξειν οὐκ ἔφη· ποῖον γὰρ αὐτῷ βίον ὁρᾶν, ἢ τίνα σωτηρίαν καλλίονα τῆς ὁμοῦ μετὰ πατρὸς καὶ φίλων τοσούτων ἀνυβρίστου τελευτῆς; ἐπευξάμενος δὲ τοῖς Θεοῖς, καὶ πάντας ἀσπασάμενος καὶ παραθαρρύνας ἀπῄει, προσέχων ἑαυτῷ, καὶ ῥυθμίζων σχήματι προσώπου, καὶ τόνῳ φωνῆς, ἀνομοιότατος οἷς ἔπραττε φαίνεσθαι.

Γενομένου δ' ἐπὶ ταῖς θύραις αὐτοῦ, προῆλθεν ὁ Ἀρχίας, καὶ Φιλίδας, καὶ εἶπον, Ὦ Χάρων, τινὰς ἀκήκοα παρεληλυθέναι, ἐν τῇ πόλει κρύπτεσθαι, καὶ συμπράττειν αὐτοῖς ἐνίους τῶν πολιτῶν. καὶ ὁ Χάρων διαταραχθεὶς τὸ πρῶτον, εἶτα ἐρωτήσας τίνες εἰσὶν οἱ παρεληλυθότες, καὶ τίνες οἱ κρύπτοντες αὐτούς, ὡς οὐδὲν ἑώρα σαφὲς εἰπεῖν ἔχοντα τὸν Ἀρχίαν, ὑπονοήσας ἀπ' οὐδενὸς τῶν ἐπισταμένων γεγονέναι τὴν μήνυσιν, Ὁρᾶτε τοίνυν, ἔφη, μὴ κενός τις ὑμᾶς διαταράττοι λόγος. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σκέψομαι· δεῖ γὰρ ἴσως μηδενὸς καταφρονεῖν. ταῦτα καὶ Φιλίδας παρὼν ἐπῄνει, καὶ τὸν Ἀρχίαν ἀπαγαγὼν αὖθις εἰς ἄκρατον πολὺν κατέβαλε, καὶ ταῖς περὶ τῶν γυναικῶν

ἐλ-

dit Pelopidæ cohorti, ut si pro insidiatore & proditore habeant se compertum, cum illo ut hoste agant, neque parcant ei. At multis quidem eorum motus & spiritus Charonis lacrymas expressere; omnes vero succensuerunt, si ullum putaret adeo mollem & præsentibus labefactatum discriminibus, secus ut cogitaret de ipso, aut omnino eum culparet; ac filium oraverunt ne admisceret ipsis, sed ex veniente tempestate eum auferret, quo incolumis & ex faucibus ereptus tyrannorum, ultor ille succresceret civitati atque amicis. Enimvero negare se filium Charon amoturum: nullam enim ei videre vitam aut salutem pulchriorem, quam si una cum parente & in amicorum cœtu tam multorum citra contumeliam defungeretur. Hinc precatus Deos, quum omnes esset amplexus, confirmassetque, discessit attendens sibi, vultumque ac tenorem vocis componens, quo quam alienissimus videretur a conatibus suis.

Adstante eo ad fores, progressi Archias & Philidas dixerunt, Qui sunt illi, Charon, quos adesse audio, qui in urbe occultentur, & conspirasse nonnullos cum iis ex civibus? Charon conterritus primum, mox quæsivit quinam illi ingressi essent, & apud quos latitarent. Ubi nihil videt quid diceret certi Archiam habere, suspicatus a nullo certo autore emanasse indicium, Etiam atque etiam videte, inquit, ne inanis vos conturbet rumor; veruntamen considerabo amplius: nihil est enim fortassis vilipendendum. Id Philidas quoque præsens collaudavit. Ita abducit Archiam, rursusque multo vino immergit,

3

ac-

ἐλπίσιν διεπαιδαγώγει τὸν πότον. ὡς δ' ἐπανῆλθεν ὁ Χάρων οἴκαδε, καὶ διεσκευασμένους τοὺς ἄνδρας εὗρεν, οὐχ ὡς ἄν τινα νίκην ἢ σωτηρίαν ἐλπίζοντας, ἀλλ' ὡς ἀποθανουμένους λαμπρῶς καὶ μετὰ φόνου πολλοῦ τῶν πολεμίων, τὸ μὲν ἀληθὲς αὐτοῖς ἔφραζε τοῖς περὶ τὸν Πελοπίδαν· πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους ἐψεύσατο, λόγους τινὰς τοῦ Ἀρχίου περὶ πραγμάτων ἑτέρων πλασάμενος. ἔτι δὲ τοῦ πρώτου παραφερομένου, δεύτερον ἐπῆγεν ἡ τύχη χειμῶνα τοῖς ἀνδράσιν. ἧκε γάρ τις ἐξ Ἀθηνῶν παρὰ Ἀρχίου τοῦ ἱεροφάντου, πρὸς Ἀρχίαν τὸν ὁμώνυμον, ξένον ὄντα καὶ φίλον, ἐπιστολὴν κομίζων, οὐ κενὴν ἔχουσαν οὐδὲ πεπλασμένην ὑπόνοιαν, ἀλλὰ σαφῶς ἕκαστα περὶ τῶν πρασσομένων φράζουσαν, ὡς ὕστερον ἐπεγνώσθη. τότε δὲ μεθύοντι τῷ Ἀρχίᾳ προσαχθεὶς ὁ γραμματοφόρος, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδοὺς, Ὁ ταύτην, ἔφη, πέμψας, ἐκέλευσεν εὐθὺς ἀναγνῶναι· περὶ σπουδαίων γάρ τινων γεγράφθαι. καὶ ὁ Ἀρχίας μειδιάσας, Οὐκοῦν εἰς αὔριον, ἔφη, τὰ σπουδαῖα. καὶ τὴν ἐπιστολὴν δεξάμενος, ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον ὑπέθηκεν, αὐτὸς δὲ πάλιν τῷ Φιλίδᾳ περὶ ὧν ἐτύγχανον διαλεγόμενοι προσεῖχεν. ὁ μὲν οὖν λόγος οὗτος, ἐν παροιμίας τάξει περιφερόμενος, μέχρι νῦν διασώζεται παρὰ τοῖς Ἕλλησι.

Τῆς δὲ πράξεως δοκούσης ἔχειν ἤδη τὸν οἰκεῖον καιρὸν, ἐξώρμων δίχα διελόντες αὐτοὺς, οἱ μὲν περὶ Πελοπίδαν καὶ Δαμοκλείδαν, ἐπὶ τὸν Λεοντίδαν καὶ Ὑπάτην ἐγγὺς ἀλλήλων οἰκοῦντας· Χάρων δὲ καὶ Μέλων, ἐπὶ τὸν Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον, ἐσθῆτας ἐπενδεδυμένοι γυναικείας τοῖς θώραξι, καὶ δασεῖς στεφάνους ἐλάτης τε καὶ πεύκης περικείμενοι, κατασκιάζοντας τὰ πρόσωπα. διὸ

καὶ

ac compotationem illa de mulieribus ſpe traducit. Regreſſus Charon domum, ut offendit illos non ad victoriam aliquam accinctos, vel ſalutem ſperantes, ſed ut nobili morte caſuros & cum multo hoſtium ſanguine; rem ipſam aperit Pelopidæ, apud reliquos ementitur fictos quoſdam Archiæ aliis de rebus ſermones. Ecce autem nondum prima præterierat, quum alteram his fortuna immittit procellam. Aderat enim miſſus Athenis ab Archia hierophante ad Archiam cognominem hoſpitem hujus & amicum nuntius cum literis, quæ non frigidam continebant neque fictam ſuſpicionem, ſed (quod poſtea cognitum eſt) exacte omnia quæ gererentur explicabant. At tunc ad Archiam admiſſus temulentum tabellarius, reddita epiſtola, Hanc qui miſit, inquit, illico ut legas eam mandat: de ſeriis enim ſcripta eſt. Hic arridens Archias, Ergo, inquit, in craſtinum ſeria. Simul acceptam epiſtolam ſubjicit pulvino, ac denuo Philidæ ad inſtitutum ſermonem aures præbet. Hoc dictum vulgari proverbio pervulgatum uſurpatur etiamnum apud Græcos.

Quum jam matura res videtur, tempuſque opportunum nacta, bipartito eruperunt, Pelopidas & Damoclidas in Leontidam & Hypatem, qui vicinas ædes habebant: Charon & Melon in Archiam & Philippum, inducta thoracibus veſte muliebri, atque ad inumbrandam faciem denſis coronis redimiti abiegnis & piceis. Unde quum primum ja-

καὶ ταῖς θύραις τοῦ συμποσίου τὸ πρῶτον ἐπιστάντων, κρότον ἐποίησαν καὶ θόρυβον, οἰομένων ὡς πάλαι προσεδόκων γυναῖκας ἥκειν. ἐπεὶ δὲ περιβλέψαντες ἐν κύκλῳ τὸ συμπόσιον, καὶ τῶν κατακεκλιμένων ἕκαστον ἀκριβῶς καταμαθόντες, ἐσπάσαντο τὰς μαχαίρας, καὶ φερόμενοι διὰ τῶν τραπεζῶν ἐπὶ τὸν Ἀρχίαν καὶ Φίλιππον, ἐφάνησαν οἵπερ ἦσαν· ὀλίγους μὲν ὁ Φιλλίδας τῶν κατακειμένων ἔπεισεν ἡσυχίαν ἄγειν, τοὺς δ' ἄλλους ἀμυνομένους μετὰ τῶν πολεμάρχων ἐπιχειροῦντας καὶ συνεξανισταμένους, διὰ τὴν μέθην οὐ πάνυ χαλεπῶς ἀπέκτειναν. τοῖς δὲ περὶ τὸν Πελοπίδαν ἐργωδέστερον ἀπήντα τὸ πρᾶγμα· καὶ γὰρ ἐπὶ νήφοντα καὶ δεινὸν ἄνδρα τὸν Λεοντίδαν ἐχώρουν. καὶ κεκλεισμένην τὴν οἰκίαν εὗρον ἤδη καθεύδοντος· καὶ πολὺν χρόνον κόπτουσιν αὐτοῖς ὑπήκουεν οὐδείς. μόλις δέ ποτε τοῦ θεράποντος αἰσθομένου, προϊόντος ἔνδοθεν, καὶ τὸν μοχλὸν ἀφαιροῦντος, ἅμα τῷ πρῶτον ἐνδοῦναι καὶ χαλάσαι τὰς θύρας, ἐπιπεσόντες ἀθρόοι, καὶ τὸν οἰκέτην ἀνατρέψαντες, ἐπὶ τὸν θάλαμον ὥρμησαν. ὁ δὲ Λεοντίδας αὐτὸ τεκμαιρόμενος τῷ κτύπῳ καὶ δρόμῳ τὸ γινόμενον, ἐσπάσατο μὲν τὸ ἐγχειρίδιον ἐξαναστάς, ἔλαθεν δὲ αὐτὸν καταβαλεῖν τὰ λύχνα, καὶ διὰ σκότους αὐτοὺς ἑαυτοῖς περιπετεῖς ποιῆσαι τοὺς ἄνδρας. ἐν δὲ φωτὶ πολλῷ καθορώμενος, ὑπήντα πρὸς τὰς θύρας αὐτοῖς τοῦ θαλάμου, καὶ τὸν πρῶτον εἰσιόντα Κηφισόδωρον πατάξας κατέβαλεν. πεσόντος δὲ τούτου, δευτέρῳ συνεπέπλεκτο τῷ Πελοπίδᾳ· καὶ τὴν μάχην χαλεπὴν ἐποίει καὶ δύσεργον ἡ στενότης τῶν θυρῶν, καὶ κείμενος ἐμποδὼν ἤδη νεκρὸς ὁ Κηφισόδωρος. ἐκράτησε δ' οὖν ὁ Πελοπίδας, καὶ κατεργασάμενος τὸν Λεοντίδαν,

januæ triclinii adstiterunt, plausum illi & tumultum cierunt, rati, quas jam pridem expectabant, adesse mulieres. Postquam vero undique circunspecto convivio, singulisque accumbentium exacte notatis, strinxerunt enses, & per mensas involantes in Archiam & Philippum, qui essent demonstrarunt; paucos ex convivis monuit Philidas ut quiescerent, cæteros, qui resistere cum Polemarchis moliebantur, eosque protegere, perfacile vino graves trucidavere. At Pelopidas cum suis comitibus plus habuit tunc negotii; siquidem sobrium & valentem virum adoriebantur Leontidam. Fores occlusas (jam enim dederat se quieti) repererunt, diuque pulsantes audivit nemo. Vix tandem minister, qui percepit pulsantes, prodiit ex ædibus, & repagulum amovit. Simul atque laxantur & remittuntur fores, uno agmine irrumpentes, prostrato famulo, ruunt ad cubiculum illius. Leontidas autem ex pulsu & cursu id quod erat conjiciens, ejecit se lecto, stringitque gladium, sed omittit lucernas extinguere & in tenebris ipsos inter se mixtos committere: nunc multo lumine conspectus, ad januam iis cubiculi occurrit, primumque illatum vulnerat & occidit Cephisodorum. Eo prolapso, cum secundo Pelopida manus conserit. Difficilem qua arcta janua, qua impedimentum jam mortui jacentis Cephisodori, duramque pugnam facit. Tandem superior Pelopidas evadit, interfectoque Leontida, ex-

τίδαν, ἐπὶ τὸν Ὑπάτην εὐθὺς ἐχώρει μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ. καὶ παρεισέπεσον μὲν εἰς τὴν οἰκίαν ὁμοίως, αἰσθόμενον δὲ ταχέως καὶ καταφυγόντα πρὸς τοὺς γείτονας, ἐκποδὼν διώξαντες, εἷλον καὶ διέφθειραν.

Διαπραξάμενοι δὲ ταῦτα, καὶ τοῖς περὶ Μέλωνα συμβαλόντες, ἔπεμψαν μὲν εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐπὶ τοὺς ὑπολελειμμένους ἐκεῖ τῶν φυγάδων, ἐκάλουν δὲ τοὺς πολίτας ἐπὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τοὺς προσιόντας ὥπλιζον, ἀφαιροῦντες ἀπὸ τῶν στοῶν τὰ περικείμενα σκῦλα, καὶ τὰ περὶ τὴν οἰκίαν ἐργαστήρια δορυξόων καὶ μαχαιροποιῶν ἀναῤῥηγνύντες. ἧκον δὲ βοηθοῦντες αὐτοῖς μετὰ τῶν ὅπλων οἱ περὶ Ἐπαμινώνδαν καὶ Γοργίδαν, συνειλοχότες οὐκ ὀλίγους τῶν νέων καὶ τῶν πρεσβυτέρων τοὺς βελτίστους. ἡ δὲ πόλις ἤδη μὲν ἀνεπτόητο πᾶσα, καὶ πολὺς θόρυβος ἦν, καὶ φῶτα περὶ τὰς οἰκίας, καὶ διαδρομαὶ πρὸς ἀλλήλους. οὔπω δὲ συνειστήκει τὸ πλῆθος, ἀλλ᾽ ἐκπεπληγμένοι πρὸς τὰ γινόμενα, καὶ σαφὲς οὐδὲν εἰδότες, ἡμέραν περιέμενον. ὅθεν ἁμαρτεῖν οἱ τῶν Λακεδαιμονίων ἄρχοντες ἔδοξαν, εὐθὺς οὐκ ἐπιδραμόντες οὐδὲ συμβαλόντες· αὐτὴ μὲν ἡ φρουρὰ περὶ χιλίους πεντακοσίους ὄντες, ἐκ δὲ τῆς πόλεως πρὸς αὐτοὺς πολλῶν συντρεχόντων· ἀλλὰ τὴν βοὴν καὶ τὰ πυρὰ καὶ τὸν ὄχλον ἀναχωροῦντα πανταχόθεν πολὺν φοβηθέντες, ἡσύχαζον αὐτὴν τὴν Καδμείαν κατέχοντες. ἅμα δ᾽ ἡμέρᾳ παρῆσαν μὲν ἐκ τῆς Ἀττικῆς οἱ φυγάδες ὡπλισμένοι, συνήθροιστο δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὁ δῆμος. εἰσῆγον δὲ τοὺς περὶ Πελοπίδαν Ἐπαμεινώνδας καὶ Γοργίδας, ὑπὸ τῶν ἱερέων περιεχομένους, στέμματα προτεινόντων καὶ παρακαλούντων τοὺς πολίτας τῇ πατρίδι

extemplo cum manu ſua contendit in Hypatem. Simili modo in domum ejus irruperunt. Verum ſenſit ille ſtatim rem, confugitque ad vicinos: quem e veſtigio conſectati ceperunt confoderuntque.

His confectis, quum conjunxiſſent Meloni ſe, ſignificaverunt rem in Atticam exulibus illic relictis, cives ad libertatem vocaverunt, eoſque qui ſe aggregaverant ipſis, detractis a porticibus ſpoliis, & ergaſtulis quæ erant circa domum Charonis, ubi haſtæ & gladii parabantur, ruptis, armaverunt. Auxilio eis armati venerunt Epaminondas & Gorgidas, qui non contemnendam ex flore juventutis & ſenum optimorum centuriaverant manum. Jam tota civitas arrecta tumultu circumſonabat, tecta collucebant, curſitabatur ultro citroque: nondum coierat plebs tamen, ſed ſuſpenſa rei novitate, neque quicquam habens certi, diem operiebatur. Unde graviter erraſſe Lacedæmoniorum præfecti viſi ſunt, qui non protinus occurrerunt nec prœlio decreverunt, quum ipſum præſidium ad mille quingentos eſſet, & ex urbe confluerent ad eos ingens numerus: verum clamoris, ignium, ſeceſſionis multitudinis undique confluentis terrore continuerunt ſe, ſervaruntque ipſam Cadmiam. Prima luce armati ex Attica præſto fuerunt exules: populus venit ad concionem, in quam Pelopidam cum ſociis Epaminondas & Gorgidas ſacerdotibus cinctos, porrigentibus coronas, & populum ad liberandam patriam

τείδι καὶ τοῖς Θεοῖς βοηθεῖν. ἡ δ' ἐκκλησία, ὀρθὴ πρὸς τὴν ὄψιν μετὰ κρότου καὶ βοῆς ἐξανέστη, δεχομένων τοὺς ἄνδρας ὡς εὐεργέτας καὶ σωτῆρας.

Ἐκ δὲ τούτου Βοιωτάρχης αἱρεθεὶς μετὰ Μέλωνος καὶ Χάρωνος ὁ Πελοπίδας, εὐθὺς ἀπετείχιζε τὴν ἀκρόπολιν, καὶ προσβολὰς ἐποιεῖτο πανταχόθεν, ἐξελεῖν σπουδάζων τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ τὴν Καδμείαν ἐλευθερῶσαι πρὶν ἐκ Σπάρτης στρατὸν ἐπελθεῖν. καὶ παρὰ τοσοῦτον ἔφθασεν, ἀφεὶς ὑποσπόνδους τοὺς ἄνδρας, ὅσον ἐν Μεγάροις οὖσιν αὐτοῖς ἀπαντῆσαι Κλεόμβροτον ἐπὶ τὰς Θήβας ἐλαύνοντα μετὰ μεγάλης δυνάμεως. οἱ δὲ Σπαρτιᾶται, τριῶν ἁρμοστῶν γενομένων ἐν Θήβαις, Ἑρμιππίδαν μὲν καὶ Ἄρκισσον ἀπέκτειναν κρίναντες· ὁ δὲ τρίτος Δυσαορίδας, χρήμασι πολλοῖς ζημιωθεὶς, αὐτὸν ἐκ τῆς Πελοποννήσου μετέστησεν. ταύτην τὴν πρᾶξιν ἀρεταῖς μὲν ἀνδρῶν καὶ κινδύνοις καὶ ἀγῶσι παραπλησίαν τῇ Θρασυβούλου γενομένην, καὶ βραβευθεῖσαν ὁμοίως ὑπὸ τῆς τύχης, ἀδελφὴν ἐκείνης προσηγόρευον οἱ Ἕλληνες. οὐ γάρ ἐστι ῥαδίως ἑτέρους εἰπεῖν, οἳ πλειόνων ἐλάττους, καὶ δυνατωτάτων ἐρημότεροι, τόλμῃ καὶ δεινότητι κρατήσαντες, αἴτιοι μειζόνων ἀγαθῶν ταῖς πατρίσι κατέστησαν. ἐνδοξοτέραν δὲ ταύτην ἐποίησεν ἡ μεταβολὴ τῶν πραγμάτων. ὁ γὰρ καταλύσας τὸ τῆς Σπάρτης ἀξίωμα, καὶ παύσας ἄρχοντας αὐτοὺς γῆς τε καὶ θαλάττης πόλεμος, ἐξ ἐκείνης ἐγένετο τῆς νυκτὸς, ἐν ᾗ Πελοπίδας, οὐ φρούριον, οὐ τεῖχος, οὐκ ἀκρόπολιν καταλαβὼν, ἀλλ' εἰς οἰκίαν δωδέκατος κατελθὼν, εἰ δεῖ μεταφορᾷ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν,

am Deosque excitantibus, deduxere. Concio ea specie erecta, plausum & clamorem edidit amplectentium eos ut optime de ipsis meritos, & servatores.

Hinc Pelopidas cum Melone & Charone creatus Bœotarcha, extemplo circumvallavit & corona oppugnavit arcem, opprimere maturans Lacedæmonios, & Cadmiam prius recipere quam ex Sparta superveniret exercitus. Vix autem hi pervenerant, Cadmia capta, fide publica emissi in Megaridem, quum iis obviam venit cum ingentibus copiis Thebas movens Cleombrotus. Lacedæmonii autem ex tribus præfectis qui fuerant Thebis, Hermippidam & Arcissum damnatos necaverunt: tertius Dysaoridas, cui lis magna pecunia æstimata fuit, ex Peloponneso solum vertit. Hoc facinus virtute virorum & periculis certaminibusque illius quod perpetratum a Thrasybulo fuit, æmulum, parique a fortuna eventu dispensatum, Græci appellaverunt illius germanum. Neque enim alios in expedito sit proferre, qui pauciores majorem numerum, & pollentissimos egentiores audacia & consilio superaverunt, uberioremque fructum patriis suis attulerunt. Illustrius hoc succedens conversio rerum effecit. Illud enim, quod fastigium detraxit Spartæ, eamque terra marique exuit imperio, bellum ex ea scaturiit nocte, qua Pelopidas nullo occupato præsidio, nullis muris vel arce, sed domum regressus duodecimus, si metaphora exprimenda ve-

εἰπεῖν, ἔλυσε καὶ διέκοψε τοὺς δεσμοὺς τῆς Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας, ἀλύτους καὶ ἀρρήκτους εἶναι δοκοῦντας.

Ἐπεὶ τοίνυν στρατῷ μεγάλῳ Λακεδαιμονίων εἰς τὴν Βοιωτίαν ἐμβαλόντων, οἱ Ἀθηναῖοι περίφοβοι γενόμενοι, τήν τε συμμαχίαν ἀπείπαντο τοῖς Θηβαίοις, καὶ τῶν βοιωτιαζόντων, εἰς τὸ δικαστήριον παραγαγόντες, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ ἐφυγάδευσαν, τοὺς δὲ χρήμασιν ἐζημίωσαν· ἐδόκει δὲ κακῶς ἔχειν τὰ τῶν Θηβαίων πράγματα, μηδενὸς αὐτοῖς βοηθοῦντος· ἔτυχε μὲν ὁ Πελοπίδας μετὰ Γοργίδου βοιωταρχῶν, ἐπιβουλεύοντες δὲ συγκροῦσαι πάλιν τοὺς Ἀθηναίους τοῖς Λακεδαιμονίοις, τοιόνδε τι μηχανῶνται. Σφοδρίας ἀνὴρ Σπαρτιάτης, εὐδόκιμος μὲν ἐν τοῖς πολεμικοῖς καὶ λαμπρὸς, ὑπόκουφος δὲ τὴν γνώμην, καὶ κενῶν ἐλπίδων καὶ φιλοτιμίας ἀνοήτου μεστὸς, ἀπελείφθη περὶ Θεσπιὰς μετὰ δυνάμεως, τοὺς ἀφισταμένους τῶν Θηβαίων δέχεσθαι καὶ βοηθεῖν. πρὸς τοῦτον ὑποπέμπουσιν οἱ περὶ τὸν Πελοπίδαν ἰδίᾳ ἔμπορόν τινα τῶν φίλων, χρήματα κομίζοντα, καὶ λόγους, οἳ τῶν χρημάτων μᾶλλον ἀνέπεισαν αὐτὸν, ὡς χρὴ πραγμάτων μᾶλλον ἅψασθαι μεγάλων, καὶ τὸν Πειραιᾶ καταλαβεῖν ἀπροσδόκητον ἐπιπεσόντα μὴ φυλαττομένοις τοῖς Ἀθηναίοις· Λακεδαιμονίοις τε γὰρ οὐδὲν οὕτως ἔσεσθαι κεχαρισμένον ὡς λαβεῖν τὰς Ἀθήνας, Θηβαίους τε χαλεπῶς ἔχοντας αὐτοῖς, καὶ προδότας νομίζοντας, οὐκ ἐπιβοηθήσειν. τέλος δὲ συμπεισθεὶς ὁ Σφοδρίας, καὶ τοὺς στρατιώτας ἀναλαβὼν νυκτὸς εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐνέβαλεν, καὶ μέχρι μὲν Ἐλευσῖνος προῆλθεν. ἐκεῖ δὲ τῶν στρατιωτῶν ἀποδει-

veritas est, quæ indissolubiles & adamantinæ videbantur, Lacedæmoniorum imperii compedes dissolvit atque disrupit.

Ut ergo magnis copiis Bœotiam Lacedæmonii invaserunt, trepidantes Athenienses renuntiaverunt Thebanis societatem, eosque qui cum Bœotis faciebant, judiciis afflixerunt, partimque morte affecerunt, partim egerunt in exilium, nonnullos pecunia mulctaverunt. De Thebanis igitur undique destitutis actum videbatur. Erat id temporis Pelopidas cum Gorgida Bœotarcha. Hi machinantes committere denuo Athenienses cum Lacedæmoniis, struunt rem hujuscemodi: Sphodrias, vir magnis quidem rebus bello gestis clarus & celebris, sed vanior, & spe inani stultaque inflatus ambitione, cum exercitu relictus ad Thespias fuit, ut perfugas Thebanorum reciperet adjuvaretque. Ad hunc Pelopidas privatim mercatorem quendam, quo familiariter utebatur, cum nummis allegat clam, & cum verbis, quæ efficacius illum quam pecunia impulerunt, oportere illum majora aggredi & capere ex improviso securis Atheniensibus Piræum. Nihil enim perinde Lacedæmoniis expectatum fore, quam tenere Athenas, neque Thebanos iis infestos, qui eos proditorum loco habeant, laturos opem. Tandem inductus Sphodrias, nocte signa movit in Atticam, atque Eleusina usque progressus est. Inde ignavia militum, re infecta, quum

δειλιασάντων φανερὸς γενόμενος καὶ συνταράξας, οὐ φαῦλον οὐδὲ ῥᾴδιον ὂν τοῖς Σπαρτιάταις πολεμεῖν, ἀνεχώρησεν εἰς Θεσπιάς.

Ἐκ τούτου πάλιν προθυμότατα Ἀθηναῖοι τοῖς Θηβαίοις συνεμάχουν, καὶ τῆς θαλάσσης ἀντελαμβάνοντο, καὶ περιιόντες ἐδέχοντο καὶ προσήγοντο τοὺς ἀποστατικῶς τῶν Ἑλλήνων ἔχοντας. οἱ δὲ Θηβαῖοι καθ' αὐτοὺς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ συμπλεκόμενοι τοῖς Λακεδαιμονίοις ἑκάστοτε, καὶ μαχόμενοι μάχας, αὐτὰς μὲν οὐ μεγάλας, μεγάλην δὲ τὴν μελέτην ἐχούσας καὶ τὴν ἄσκησιν, ἐξερριπίζοντο τοῖς θυμοῖς, καὶ διεπονοῦντο τοῖς σώμασιν, ἐμπειρίαν ἅμα τῇ συνηθείᾳ καὶ φρόνημα προσλαμβάνοντες ἐκ τῶν ἀγώνων. δι' ὃ καί φασιν Ἀνταλκίδαν τὸν Σπαρτιάτην, ὡς Ἀγησίλαος ἐπανῆλθεν ἐκ Βοιωτίας τετρωμένος, εἰπεῖν πρὸς αὐτόν, Ἦ καλὰ διδασκάλια παρὰ Θηβαίων ἀντιλαμβάνεις, μὴ βουλομένους αὐτοὺς πολεμεῖν καὶ μάχεσθαι διδάξας. ἦν δὲ ὡς ἀληθῶς διδάσκαλος, οὐκ Ἀγησίλαος, ἀλλ' οἱ σὺν καιρῷ καὶ μετὰ λογισμοῦ τοὺς Θηβαίους, ὥσπερ σκύλακας, ἐμπείρως προσβάλλοντες τοῖς πολεμίοις, εἶτα γευσαμένους νίκης καὶ φρονήματος ἀσφαλῶς ἀγαπῶντες· ὧν μεγίστην δόξαν εἶχεν ὁ Πελοπίδας. ἀφ' ἧς γὰρ εἵλοντο πρῶτον ἡγεμόνα τῶν ὅπλων, οὐκ ἀνεπαύσαντο καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἄρχοντα χειροτονοῦντες, ἀλλ' ἢ τὸν ἱερὸν λόχον ἄγων, ἢ τὰ πλεῖστα βοιωταρχῶν ἄχρι τῆς τελευτῆς ἔπραττεν. ἐγένοντο μὲν οὖν καὶ περὶ Πλαταιὰς καὶ Θεσπιὰς ἧτται καὶ φυγαὶ τῶν Λακεδαιμονίων, ὅπου καὶ Φοιβίδας ὁ τὴν Καδμείαν καταλαβὼν ἀπέθανε. πολλοὺς δὲ καὶ πρὸς Τάναγραν τρεψάμενος, αὐτὸν καὶ Παν-

quum detectum consilium esset, & bellum concivisset Lacedæmoniis non mediocre neç leve, agmen Thespias reduxit.

Hinc sociaverunt Thebanis arma Athenienses promptissime, mareque asseruerunt, ac circumvecti Græciam, receperunt & allexerunt eos qui spectabant ad defectionem. Thebani per se soli conseruerunt quotidie manus cum Lacedæmoniis, conflixeruntque prœliis, non illis quidem magnis, sed quæ magnam exercitationem adferrent & usum. Unde excitati animis sunt, & corporibus durati, peritiamque ex consuetudine & audaciam ex certaminibus comparavere. Quamobrem Antalcidam aiunt Spartiatem Agesilao ex Bœotia reverso saucio dixisse, Næ tu egregiam mercedem refers a Thebanis, qui bellare invitos & dimicare docuisti. Sed fuit profecto magister eorum non Agesilaus, sed illi qui occasionem amplexi cum consilio, sicut catulos, perite Thebanos immiserunt hostibus, donec gustata victoria, nec animorum pœnituit eos: inter quos præcipuam Pelopidas laudem tulit. Ex quo enim primum belli eum ducem ceperunt, non intermiserunt quoque anno imperium ei deferre, sed usque ad exitum vitæ, aut sacram cohortem duxit, aut fere semper fuit Bœotarcha. Ac Lacedæmonii quidem apud Platæas atque Thespias fusi fugatique fuerunt, ubi Phœbidas quoque, qui Cadmiam occupaverat, cecidit. Magnam manum etiam pepulit ad Tanagram, ubi & ipsum interemit præ-

Πανθοΐδην τὸν ἁρμοστὴν ἀνῄρει. ἀλλ' οὗτοι μὲν οἱ ἀγῶνες ὥσπερ τοὺς κρατοῦντας εἰς φρόνημα καὶ θάρσος προῆγον, οὕτως τῶν ἡττωμένων οὐ παντάπασιν ἐδούλουντο τὴν γνώμην· οὐ γὰρ ἐκ παρατάξεως ἦσαν, οὐδὲ μάχης ἐμφανῆ κατάστασιν ἐχούσης καὶ νόμιμον, ἐκδρομὰς δὲ προσκαίρους τιθέμενοι, καὶ φυγὰς ἢ διώξεις ἐπιχειροῦντες αὐτοῖς καὶ συμπλεκόμενοι κατώρθουν.

Ὁ δὲ περὶ Τεγύρας, τρόπον τινὰ τοῦ Λευκτρικοῦ προαγὼν γενόμενος, μέγαν ἦρεν ἐν δόξῃ τὸν Πελοπίδαν, οὔτε πρὸς κατόρθωμα τοῖς συστρατήγοις ἀμφισβήτησιν, οὔτε τῆς ἥττης πρόφασιν τοῖς πολεμίοις ἀπολιπών. τῇ γὰρ Ὀρχομενίων πόλει τὰ Σπαρτιατῶν ἑλομένῃ, καὶ δύο δεδεγμένῃ μόρας αὐτῶν ὑπὲρ ἀσφαλείας, ἐπεβούλευε μὲν ἀεὶ, καὶ παρεφύλαττε καιρόν· ὡς δὲ ἤκουσεν τοὺς φρουροὺς εἰς τὴν Λοκρίδα γεγονέναι στρατείαν, ἐλπίσας ἔρημον αἱρήσειν τὸν Ὀρχομενόν, ἐστράτευσεν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἱερὸν λόχον, καὶ τῶν ἱππέων οὐ πολλούς. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν πόλιν προσαγαγὼν, εὗρεν ἥκουσαν ἐκ Σπάρτης διαδοχὴν τῆς φρουρᾶς, ἀπῆγεν ὀπίσω τὸ στράτευμα πάλιν διὰ Τεγυρῶν, ᾗ μόνη βάσιμος ἦν κύκλῳ παρὰ τὴν ὑπώρειαν. τὴν γὰρ διὰ μέσου πᾶσαν ὁ Μέλας ποταμὸς, εὐθὺς ἐκ πηγῶν εἰς ἕλη πλωτὰ καὶ λίμνας διασπειρόμενος, ἄπορον ἐποίει. μικρὸν δὲ ὑπὸ τὰ ἕλη, νεώς ἐστιν Ἀπόλλωνος Τεγυραίου, καὶ μαντεῖον ἐκλελειμμένον οὐ πάνυ πολὺν χρόνον, ἀλλ' ἄχρι τῶν Μηδικῶν ἤκμαζε, τὴν προφητείαν Ἐχεκράτους ἔχοντος. ἐνταῦθα μυθολογοῦσι τὸν Θεὸν γενέσθαι. καὶ τὸ μὲν πλησίον ὄρος Δῆλος καλεῖται,

præfectum Panthoidem. Cæterum hæ dimicationes sicut fecerunt animos & spiritus victoribus, ita victis non plane fregerunt ferociam. Neque enim dimicatum signis collatis fuit, neque ulla insignis aut ordinata extitit aut legitima pugna, sed brevibus excursionibus, receptibus, aut insectationibus adorientes eos, manusque conserentes, successum habuerunt.

Prœlium vero ad Tegyras, quod prolusio quædam Leuctrici fuit, ingentem gloriam peperit Pelopidæ; cujus victoriæ vindicare nullam partem collegæ ejus, neque hostes, quin victi essent, causari quicquam potuerunt. Nam Orchomeniorum oppido, quod partes sequebatur Lacedæmoniorum, & præsidium ab iis duarum cohortium acceperat, non cessabat struere insidias, captans opportunitatem. Ut vero præsidium accepit movisse in Locridem, sperans vacuum reperturum Orchomenum se, duxit eo sacram cohortem & exiguam manum equitum. At oppido quum appropinquasset, & nuntiatum ei esset alios Lacedæmone advenire qui præsidio succederent, reduxit exercitum retro per Tegyras, qua una patebat via circum radicem montis. Nam interjectus planitiem Melas amnis, qui mox a fontibus in paludes navigabiles & stagna diffunditur, inviam omnem reddit. Paulo infra paludes fanum est Apollinis Tegyræi, & oraculum desolatum, quod non admodum diu, sed usque ad bellum Medicum floruit, sacerdote Echecrate. Quo loco fabulæ memorant hunc Deum genitum esse. Vicinus autem mons Delus vocatur,

ται, καὶ πρὸς αὐτὸ καταλήγουσιν αἱ τοῦ Μέλανος διαχύσεις· ὄπισθεν δὲ τοῦ ναοῦ δύο ῥήγνυνται πηγαί, γλυκύτητι καὶ πλήθει καὶ ψυχρότητι θαυμαστοῦ νάματος, ὧν τὸ μὲν Φοίνικα, τὸ δ' Ἐλαίαν ἄχρι νῦν ὀνομάζομεν, οὐ φυτῶν μεταξὺ δυεῖν, ἀλλὰ ῥεέθρων τῆς Θεοῦ λοχευθείσης. καὶ γὰρ τὸ Πτῶον ἐγγύς, ὅθεν αὐτὴν ἀναπτοηθῆναι προφανέντος ἐξαίφνης κάπρου λέγουσι· καὶ τὰ περὶ Πύθωνα καὶ Τιτυὸν ὡσαύτως οἱ τόποι τῇ γενέσει τοῦ Θεοῦ συνοικειοῦσι. τὰ γὰρ πλεῖστα παραλείπω τῶν τεκμηρίων. οὐ γὰρ ἐν τοῖς ἐκ μεταβολῆς ἀθανάτοις γενομένοις γεννητοῖς ὁ πάτριος λόγος τὸν Θεὸν τοῦτον ἀπολείπει δαίμοσι, ὥσπερ Ἡρακλέα καὶ Διόνυσον, ἐκ μεταβολῆς ἀρετῇ τὸ θνητὸν καὶ παθητὸν ἀποβαλόντας· ἀλλὰ τῶν αἰδίων καὶ ἀγεννήτων εἷς ἐστιν, εἰ δεῖ τοῖς ὑπὸ τῶν φρονιμωτάτων καὶ παλαιοτάτων λεγομένοις τεκμαίρεσθαι περὶ τῶν τηλικούτων.

Εἰς γοῦν Τεγύρας οἱ Θηβαῖοι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς Ὀρχομενίας ἀπιόντες, καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι συνέπιπτον ἐξ ἐναντίας αὐτοῖς, ἐκ τῆς Λοκρίδος ἀναζευγνύντες. ὡς δὲ πρῶτον ὤφθησαν τὰ στενὰ διεκβάλλοντες, καί τις εἶπε τῷ Πελοπίδᾳ προσδραμών, Ἐκπεπτώκαμεν εἰς τοὺς πολεμίους· Τί μᾶλλον, εἶπεν, ἢ εἰς ἡμᾶς ἐκεῖνοι; καὶ τὴν μὲν ἵππον εὐθὺς ἐκέλευσεν παρελαύνειν ἀπ' οὐρᾶς, ὡς προεμβαλοῦσαν· αὐτὸς δὲ τοὺς ὁπλίτας τριακοσίους ὄντας εἰς ὀλίγον συνήγαγεν, ἐλπίζων καθ' ὃ προσβάλοι, μάλιστα διακόψειν ὑπερβάλλοντας πλήθει τοὺς πολεμίους. ἦσαν δὲ δύο μόραι Λακεδαιμονίων· τὴν δὲ μόραν Ἔφορος μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησίν, Καλλισθένης

tur, juxtaque eum diffusum flumen cogitur. Pone fanum duo scaturiunt fontes, qui dulcedine, copia, & frigore singularem laticem effundunt: quorum unum Palmam, Oleam alterum etiam nunc vocant, ut non inter arbores duas, sed fluenta videatur peperisse Latona: & prope est Ptoon, unde oblato subito apro exterritam ferunt fuisse. Jam quæ de Pythone & Tityo referuntur, ea hæc loca item accommodant ad ortum Dei. Maximam vero partem prætereo vestigiorum. Neque enim hunc Deum patria fama inter eos refert lares qui geniti ex mutatione sunt immortalitatem adepti, ut Herculem & Liberum patrem, qui virtute mortalitatem & corpus injuriis obnoxium converterunt in immortalitatem; sed est inter æternos & ingenitos, si qua ex sapientissimorum dictis conjectura est de istis capienda.

Igitur sub eandem horam Tegyras remeantes ex agro Orchomeniorum Thebani, & Lacedæmonii ex adversa Locride regressi concurrerunt. Ut primum superatis faucibus in conspectu fuere, & quidam ad Pelopidam accurrens ait, Incidimus in hostes, Quid magis, inquit, quam in nos illi? Simul equitibus tanquam prœlium commissuris equos ex novissimo agmine præcepit admittere. Ipse gravem armaturam (trecenti erant) in arctum conglobavit, sperans, qua maxime parte impetum dedisset, aciem se hostium, qui numero superabant, perrupturum. Erant duæ Lacedæmoniorum cohortes, quas appellant Moras. Eam cohortem Ephorus ait militum quingentorum esse, Callisthenes

νης δ' ἑπτακοσίους, ἄλλοι δέ τινες ἐννακοσίους, ὧν Πολύβιός ἐστιν· καὶ θαῤῥοῦντες οἱ πολέμαρχοι τῶν Σπαρτιατῶν, Γοργολέων καὶ Θεόπομπος, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς Θηβαίους. γινομένης δέ πως μάλιστα τῆς ἐφόδου καθ' αὐτοὺς τοὺς ἄρχοντας, ἀπ' ἀμφοτέρων μετὰ θυμοῦ καὶ βίας, πρῶτον μὲν οἱ πολέμαρχοι τῶν Λακεδαιμονίων τῷ Πελοπίδᾳ συῤῥάξαντες ἔπεσον· ἔπειτα, τῶν περὶ ἐκείνους παιομένων καὶ ἀποθνησκόντων, ἅπαν εἰς φόβον κατέστη τὸ στράτευμα· καὶ διέσχε μὲν ἐπ' ἀμφότερα τοῖς Θηβαίοις, ὡς διεκπεσεῖν εἰς τοὔμπροσθεν καὶ διεκθεῖν βουλομένοις. ἐπεὶ δὲ τὴν δεδομένην ὁ Πελοπίδας ἡγεῖτο πρὸς τοὺς συνεστῶτας, καὶ διεξῄει φονεύων, οὕτω πάντες προτροπάδην ἔφυγον. ἐγένετο δὲ οὐκ ἐπὶ πολὺν τόπον ἡ δίωξις· ἐφοβοῦντο γὰρ ἐγγὺς ὄντας οἱ Θηβαῖοι τοὺς Ὀρχομενίους, καὶ τὴν διαδοχὴν τῶν Λακεδαιμονίων. ὅσον δὲ νικῆσαι κατὰ κράτος, καὶ διεξελθεῖν διὰ παντὸς ἡσσωμένου τοῦ στρατεύματος, ἐξεβιάσαντο· καὶ στήσαντες τρόπαιον, καὶ νεκροὺς σκυλεύσαντες, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου μέγα φρονοῦντες. ἐν γὰρ τοσούτοις, ὡς ἔοικε, πολέμοις Ἑλληνικοῖς καὶ βαρβαρικοῖς, πρότερον οὐδέποτε Λακεδαιμόνιοι πλείονες ὄντες ὑπ' ἐλαττόνων ἐκρατήθησαν, ἀλλ' οὐδὲ ἴσοι πρὸς ἴσους ἐκ παρατάξεως συμβαλόντες. ὅθεν ἦσαν ἀνυπόστατοι τὰ φρονήματα, καὶ τῇ δόξῃ καταπληττόμενοι τοὺς ἀντιταττομένους, οὐδὲ αὐτοὺς ἀξιοῦντας ἀπ' ἴσης δυνάμεως τὸ ἴσον φέρεσθαι Σπαρτιάταις, εἰς χεῖρας συνέστησαν. ἐκείνη δὲ ἡ μάχη πρώτη καὶ τοὺς ἄλλους ἐδίδαξεν Ἕλληνας ὡς οὐχ ὁ Εὐρώτας, οὐδ' ὁ μεταξὺ Βαβύκας καὶ Κνακιῶνος τόπος ἄνδρας ἐκ-

nes ſeptingentorum, nonnulli (in quibus eſt Polybius) nongentorum. Polemarchi Spartiatarum alacres, Gorgoleon & Theopompus, impreſſionem fecerunt in Thebanos. Quum incurſus præcipue circa duces infeſtus & atrox utrinque fieret, primum Lacedæmoniorum Polemarchi, qui delati in Pelopidam fuerant, ceciderunt. Deinde convulneratis interfectiſque iis qui circa hos erant, trepidatio totum pervaſit exercitum, atque is aperuit mediam aciem Thebanis, quaſi evadere porro & per eos cuperent elabi. Quum vero qua data via erat, duceret Pelopidas ad conglobatos, magnaque cæde pervaderet per eos, tum effuſo curſu conjecerunt ſe in fugam. Nec longe ſunt eos Thebani inſequuti: quippe formidabant propinquos Thebani Orchomenios, & Lacedæmonios qui miſſi ad ſuccedendum priori præſidio fuerant. Contenderunt autem hactenus, acie ut vincerent & perrumperent ſuperando totum eorum exercitum. Inde trophæo excitato, & cæſorum ſpoliis lectis, domum ſe ovantes retulere. Neque ſane in tam multis prœliis, quæ cum Græcis & barbaris inierunt, ante eam diem Lacedæmonii a paucioribus ipſi plures victi fuerant unquam: immo ne ubi pares quidem ſignis collatis cum paribus decertaverunt. Unde intolerabiles erant eorum ſpiritus, gloriaque ſua percellentes oppoſitos hoſtes, qui ne ipſi quidem pares comparare ſe ſuſtinebant cum Lacedæmoniis, ad manum conſerendam veniebant. At ea pugna prima alios quoque docuit Græcos, non Eurotam ſolum, neque quod Babycen & Cnacionem interjacet ſoli, viros

ἐκφέρει μαχητὰς καὶ πολεμικοὺς, ἀλλὰ παρ' οἷς ἂν αἰσχύνεσθαι τὰ αἰσχρὰ, καὶ τολμᾶν ἐπὶ τοῖς καλοῖς ἐθέλοντες ἐγγίνωνται νέοι, καὶ τοὺς ψόγους τῶν κινδύνων μᾶλλον φεύγοντες, οὗτοι φοβερώτατοι τοῖς ἐναντίοις εἰσίν.

Τὸν δ' ἱερὸν λόχον, ὥς φασιν, συνετάξατο Γοργίδας πρῶτος, ἐξ ἀνδρῶν ἐπιλέκτων τριακοσίων, οἷς ἡ πόλις ἄσκησιν καὶ δίαιταν ἐν τῇ Καδμείᾳ στρατοπεδευομένοις παρεῖχεν, καὶ διὰ τοῦτο ἐκ πόλεως λόχος ἐκαλοῦντο. τὰς γὰρ ἀκροπόλεις ἐπιεικῶς οἱ τότε πόλεις ὠνόμαζον. ἔνιοι δέ φασιν ἐξ ἐραστῶν καὶ ἐρωμένων γενέσθαι τὸ σύστημα τοῦτο. καὶ Παμμένους ἀπομνημονεύεταί τι μετὰ παιδιᾶς εἰρημένον· οὐ γὰρ ἔφη τακτικὸν εἶναι τὸν Ὁμήρου Νέστορα, κελεύοντα κατὰ φῦλα καὶ φρήτρας συλλοχίζεσθαι τοὺς Ἕλληνας,

Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ, φῦλα δὲ φύλοις,

δέον ἐραστὴν παρ' ἐρώμενον τάττειν· φυλέτας μὲν γὰρ φυλετῶν καὶ φρατόρων οὐ πολὺν λόγον ἔχειν ἐν τοῖς δεινοῖς· τὸ δ' ἐξ ἐρωτικῆς φιλίας συνηρμοσμένον στῖφος, ἀδιάλυτον εἶναι καὶ ἄρρηκτον, ὅταν οἱ μὲν ἀγαπῶντες τοὺς ἐρωμένους, οἱ δὲ αἰσχυνόμενοι τοὺς ἐρῶντας, ἐμμένωσι τοῖς δεινοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων. καὶ τοῦτο θαυμαστὸν οὐκ ἔστιν· εἴγε δὴ καὶ μὴ παρόντας αἰδοῦνται μᾶλλον ἑτέρων παρόντων, ὡς ἐκεῖνος ὁ τοῦ πολεμίου κείμενον αὐτὸν ἐπισφάττειν μέλλοντος, δεόμενος καὶ ἀντιβολῶν διὰ τοῦ στέρνου διεῖναι τὸ ξίφος, Ὅπως, ἔφη, μή με νεκρὸν ὁ ἐρώμενος ὁρῶν κατὰ νώτου τετρωμένον αἰσχυνθῇ. λέγεται δὲ καὶ τὸν Ἰόλεων τοῦ Ἡρακλέους ἐρώμενον ὄντα, κοινωνεῖν τῶν ἄθλων καὶ παρασπίζειν. Ἀριστοτέλης δὲ καὶ καθ' αὐτὸν ἔτι φησὶν ἐπὶ τοῦ τάφου τοῦ Ἰόλεω, τὰς κα-

τα-

ros proferre bellatores & pugnaces: verum apud quos proveniunt qui rubore turpitudinis & confidentia ex rebus honestis tangantur juvenes, quique infamiam magis fugiant quam pericula, hos terribiles hostibus esse præcipue.

Sacram cohortem (uti memorant) primus Gorgias ex trecentis delectis viris conscripsit. Habebant hi in Cadmia castra, ubi ea quæ ad exercitationem pertinerent, & victus iis publice præbebatur: unde cohors urbana nominabatur; nam arces eo tempore vocabant fere urbes. Sunt qui ex amantibus & amasiis hunc globum constitisse referant: ac commemoratur Pammenis festivum dictum. Quippe Homericum Nestorem nescire ait aciem instruere, qui tribules & curiales una centuriare jubeat Græcis,

Et tribui tribus, & sua curia curiæ ut adsit,

quum amator apud amicum locandus sit. Siquidem gentiles gentilium & tribules tribulium rebus trepidis non magnam ait ducere rationem; indissolubilem vero & indivulsum esse ex amatoria contractum necessitudine cuneum: ubi hi amore dilectorum, verecundia illi amantium discrimina pro se mutuo perferant. Neque est hoc mirandum, si vel absentium horum capiuntur pudore potius quam aliorum præsentium: ut ille qui quum ipsum hostis jacentem esset interempturus, oravit & obsecravit hunc ut trajiceret sibi gladio pectus, Ne quum videat, inquit, a tergo me amasius vulneratum, suffundatur rubore. Ferunt etiam amasium Herculis Iolaum socium certaminum fuisse, & in dimicando latus ejus claudere solitum. Aristoteles autor est ad tumulum Iolai sua quoque memoria fidem sancire

ταπεινώσεις ποιεῖσθαι τοὺς ἐρωμένους καὶ τοὺς ἐραστάς. εἰκὸς οὖν καὶ τὸν λόχον ἱερὸν προσαγορεύεσθαι, καθότι καὶ Πλάτων ἔνθεον φίλον τὸν ἐραστὴν προσεῖπεν. λέγεται δὲ διαμεῖναι μέχρι τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης ἀήττητον. ὡς δὲ μετὰ τὴν μάχην ἐφορῶν τοὺς νεκροὺς ὁ Φίλιππος, ἔστη κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον, ἐν ᾧ συνετύγχανε κεῖσθαι τοὺς τριακοσίους ἐναντίους ἀπηντηκότας ταῖς σαρίσσαις ἅπαντας ἐν τοῖς στενοῖς ὅπλοις, καὶ μετ' ἀλλήλων ἀναμεμιγμένους, θαυμάσαντα, καὶ πυθόμενον ὡς ὁ τῶν ἐραστῶν καὶ τῶν ἐρωμένων οὗτος εἴη λόχος, δακρῦσαι, καὶ εἰπεῖν, Ἀπόλοιντο κακῶς οἱ τούτους τι ποιεῖν ἢ πάσχειν αἰσχρὸν ὑπονοοῦντες.

Ὅλως δὲ τῆς περὶ τοὺς ἐραστὰς συνηθείας, οὐχ, ὥσπερ οἱ ποιηταὶ λέγουσι, Θηβαίοις τὸ Λαΐου πάθος ἀρχὴν παρέσχεν, ἀλλ' οἱ νομοθέται, τὸ φύσει θυμοειδὲς αὐτῶν καὶ ἄκρατον ἀνιέναι καὶ ἀνυγραίνειν εὐθὺς ἐκ παίδων βουλόμενοι, πολὺν μὲν ἀνεμίξαντο καὶ σπουδῇ καὶ παιδιᾷ πάσῃ τὸν αὐλὸν, εἰς τιμὴν καὶ προεδρείαν ἄγοντες. λαμπρὸν δὲ τὸν ἔρωτα ταῖς παλαίστραις ἐνεθρέψαντο, συγκεραννύντες τὰ ἤθη τῶν νέων. ὀρθῶς δὲ πρὸς τοῦτο, καὶ τὴν ἐξ Ἄρεος καὶ Ἀφροδίτης γεγονέναι λεγομένην Θεὸν τῇ πόλει συνῳκείωσαν, ὡς ὅπου τὸ μαχητικὸν καὶ πολεμικὸν, μάλιστα τῷ μετέχοντι πειθοῦς καὶ χαρίτων ὁμιλεῖ, καὶ σύνεσιν εἰς τὴν ἐμμελεστάτην καὶ κοσμιωτάτην πολιτείαν, δι' ἁρμονίας καθισταμένων ἁπάντων. τὸν οὖν ἱερὸν λόχον τοῦτον ὁ μὲν Γοργίδας διαιρῶν εἰς τὰ πρῶτα ζυγὰ, καὶ παρ' ὅλην τὴν φάλαγγα τῶν ὁπλιτῶν προβαλλόμενος, ἐπίδηλον οὐκ ἐποίει τὴν ἀρετὴν τῶν ἀνδρῶν, οὐδ'

ἐχρῆ-

cire adamatos & amantes solere. Quare verisimile est vocatam quoque eam cohortem fuisse sacram, quatenus & Plato divinum amicum nominat amatorem. Fama est permansisse hanc usque ad prœlium Chæronense invictam, atque ut secundum pugnam mortuos Philippus inspiciens eo institit loco, ubi trecenti illi incurrerant infesti in sarissas, omnesque in arctis viis atque in unum confusi jacebant, obstupuisse: quum autem amantium audivisset eam esse cohortem, illacrymasse ac dixisse, Male pereant qui hos facere quicquam aut pati quod turpe sit, suspicantur.

Sane huic amantium consuetudini non, ut poetæ autumant, Laii casus originem apud Thebanos dedit, sed legislatores. Qui quum nativam eorum & ferociam & sævitiam remittere mox a pueris & mollire studerent, fistulam fere omni in re & seria & ludicra adhibuerunt, eique addiderunt honorem & dignationem. Ad hæc, præclarum amorem in palæstris aluerunt ad temperandos adolescentium mores. Et recte ob id Deam Harmoniam, quam Marte & Venere ferunt prognatam, urbi velut tutelarem consecraverunt; quod ubi strenuitas & vis bellica venustate condita & gratia sit commixta, omnia ad decentissimam & moderatissimam rempublicam, cum nihil sine harmonia fiat, componantur. Cæterum sacram hanc cohortem Gorgidas in primos ordines divellendo, & pro tota peditum acie in fronte collocando offuscavit illorum virorum virtutem, neque ad communem ef-

fectum

ἐχρῆτο τῇ δυνάμει πρὸς κοινὸν ἔργον, ἅτε δὴ διαλελυμένης, καὶ παρὰ πολὺ μεμιγμένον ἢ τὸ φαυλότερον· ὁ δὲ Πελοπίδας, ὡς ἐξέλαμψεν αὐτῶν ἡ ἀρετὴ περὶ Τεγύρας, καθαρῶς καὶ περὶ αὐτὸν ἀγωνισαμένων, οὐκ ἔτι διεῖλεν οὐδὲ διέσπασεν, ἀλλ᾽ ὥσπερ σώματι χρώμενος ὅλῳ, προεκινδύνευε τοῖς μεγίστοις ἀγῶσιν. ὥσπερ γὰρ οἱ ἵπποι θᾶσσον ὑπὸ τοῖς ἅρμασιν ἢ καθ᾽ αὑτοὺς ἐλαυνόμενοι θέουσιν, οὐχ ὅτι μᾶλλον ἐκπίπτοντες ἐκβιάζονται τὸν ἀέρα τῷ πλήθει ῥηγνύμενον, ἀλλ᾽ ὅτι συνεκκαίει τὸν θυμὸν ἡ μετ᾽ ἀλλήλων ἅμιλλα καὶ τὸ φιλόνεικον, οὕτως ᾤετο τοὺς ἀγαθοὺς, ζῆλον ἀλλήλοις καλῶν ἔργων ὄντας, ὠφελιμωτάτους εἰς κοινὸν ἔργον εἶναι καὶ προθυμοτάτους.

Ἐπεὶ δὲ Λακεδαιμόνιοι πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν εἰρήνην συνθέμενοι, πρὸς μόνους Θηβαίους ἐξήνεγκαν τὸν πόλεμον, ἐνεβεβλήκει δὲ Κλεόμβροτος ὁ βασιλεὺς ἄγων ὁπλίτας μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους· ὁ δὲ κίνδυνος οὐ περὶ ὧν πρότερον ἦν Θηβαίοις, ἀλλ᾽ ἄντικρυς ἀπειλὴ καὶ καταγγελία διοικισμοῦ, καὶ φόβος οἷος οὔπω τὴν Βοιωτίαν κατεῖχεν· ἐξιὼν μὲν ἐκ τῆς οἰκίας ὁ Πελοπίδας, καὶ τῆς γυναικὸς ἐν τῷ προπέμπειν δακρυούσης, καὶ παρακαλούσης σώζειν ἑαυτὸν, Ταῦτα, εἶπεν, ὦ γύναι, τοῖς ἰδιώταις ἀεὶ χρὴ παραινεῖν, τοῖς δὲ ἄρχουσιν, ὅπως τοὺς ἄλλους σώζωσιν. ἐλθὼν δὲ εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ τοὺς Βοιωτάρχας καταλαβὼν οὐχ ὁμογνωμονοῦντας, πρῶτος Ἐπαμεινώνδᾳ προσέθετο γνώμην, ψηφιζομένῳ διὰ μάχης ἰέναι τοῖς πολεμίοις, Βοιωτάρχης μὲν οὐκ ἀποδεδειγμένος, ἄρχων δὲ τοῦ ἱεροῦ λόχου, καὶ πιστευόμενος, ὡς ἦν δί-

καιον,

fectum robur eorum adhibuit, utpote dissolutum & magna ex parte confusum cum deteriore. Pelopidas vero, ut virtus eorum eluxit fortiter ad Tegyras circa ipsum dimicantium, non distraxit eos deinceps neque discerpsit, verum his, sicut toto corpore, usus est, cum quibus primum incursum in maximis certaminibus fecit. Ut enim pernicius equi ad currus juncti, quam seorsum currunt acti, non quia majore vi admissi aera impellant numerosiores atque perrumpant, verum quod inflammet mutua hæc contentio & concertatio fervorem animi: haud aliter fortes viros æmulatione inter se egregiorum factorum ad connitendum in communem actum æstimabat utilissimos esse expeditissimosque.

Postquam vero pace cum omnibus Græcis Lacedæmonii pacta, solis arma Thebanis intulerunt, ac decem millibus peditum & mille equitibus rex irrupit in fines eorum Cleombrotus, neque par prioribus periculum Thebanis impendebat, verum aperte proponebatur & denuntiabatur eis exterminatio, terrorque Bœotiam longe maximus incessit: egrediens domo Pelopidas, quum uxor in prosequendo ad lacrymas effusa eum, ut se servaret, admoneret, Id, mulier, inquit, privatis semper suggerendum, imperatoribus vero, ut servent alios. Quum in castra venisset, & Bœotarchas offendisset dissentientes, primus assensus est Epaminondæ qui dimicandum censebat cum hostibus. Neque enim erat creatus Bœotarcha, sed præfectus sacræ cohortis, & ea præditus autoritate quam merito habebat

καῖον, ἄνδρα τηλικαῦτα δεδωκότα τῇ πατρίδι σύμβολα εἰς τὴν ἐλευθερίαν. ὡς οὖν ἐδέδοκτο διακινδυνεύειν, καὶ περὶ τὰ Λεῦκτρα τοῖς Λακεδαιμονίοις ἀντεστρατοπέδευον, ὄψιν εἶδε κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ Πελοπίδας, εὖ μάλα διαταράξασαν αὐτόν. ἔστι γὰρ ἐν τῷ Λευκτρικῷ πεδίῳ τὰ σώματα τῶν τοῦ Σκεδάσου θυγατέρων, ἃς Λευκτρίδας καλοῦσι διὰ τὸν τόπον· ἐκεῖ γὰρ αὐταῖς ὑπὸ ξένων Σπαρτιατῶν βιασθείσαις συνέβη ταφῆναι. γενομένης δὲ χαλεπῆς οὕτω καὶ παρανόμου πράξεως, ὁ μὲν πατὴρ ὡς οὐκ ἔτυχεν ἐν Λακεδαίμονι δίκης, ἀρὰς κατὰ τῶν Σπαρτιατῶν ἀρασάμενος, ἔσφαξεν ἑαυτὸν ἐπὶ τοῖς τάφοις τῶν παρθένων. χρησμοὶ δὲ καὶ λόγια τοῖς Σπαρτιάταις ἀεὶ προὔφερον, εὐλαβεῖσθαι καὶ φυλάττεσθαι τὸ Λευκτρικὸν μήνιμα, μὴ πάνυ τῶν πολλῶν συνιέντων, ἀλλ' ἀμφιγνοούντων τὸν τόπον· ἐπεὶ καὶ τῆς Λακωνικῆς πολίχνιον πρὸς τῇ θαλάσσῃ, Λεῦκτρον ὀνομάζεται, καὶ πρὸς μεγάλῃ πόλει τῆς Ἀρκαδίας τόπος ἐστὶν ὁμώνυμος. τὸ μὲν οὖν πάθος τοῦτο, πολὺ τῶν Λευκτρικῶν ἦν παλαιότερον.

Ὁ δὲ Πελοπίδας ἐν τῷ στρατοπέδῳ κατακοιμηθεὶς, ἔδοξε τάς τε παῖδας ὁρᾶν περὶ τὰ μνήματα θρηνούσας, καὶ καταρωμένας τοῖς Σπαρτιάταις, τόν τε Σκέδασον κελεύοντα ταῖς κόραις σφαγιάσαι παρθένον ξανθὴν, εἰ βούλοιτο τῶν πολεμίων ἐπικρατῆσαι. δεινοῦ δὲ καὶ παρανόμου τοῦ προστάγματος αὐτῷ φανέντος, ἐξαναστὰς ἐκοινοῦτο τοῖς τε μάντεσι καὶ τοῖς ἄρχουσιν. ὧν οἱ μὲν οὐκ εἴων παραμελεῖν οὐδ' ἀπειθεῖν, τῶν μὲν παλαιῶν προφέροντες Μενοικέα τὸν Κρέοντος, καὶ Μακαρίαν τὴν Ἡρακλέους· τῶν δ' ὕστερον, Φερεκύδην τε

τὸν

bat ille qui tam præclara patriæ ad libertatem dedisset pignora. Ut igitur decernere prœlio visum est, & castra in Leuctris castris Lacedæmoniorum collata habuerunt, species oblata Pelopidæ in somnis est, quæ supra modum exterruit eum. Extant in Leuctrico campo Scedasi filiarum, quas Leuctridas ex loco vocant, tumuli. Nam eo forte loco, quum vi essent a Spartiatis compressæ hospitibus, humatæ fuerant. Eo perpetrato tam atroci atque nefario facinore, pater eorum, ubi vindictam impetrare non potuit Lacedæmone, diras Spartiatis imprecatus, super sepulcra puellarum seipsum jugulavit. Inde vaticinia & oracula Spartiatis assidue prænuntiabant, Leuctricam vitarent & declinarent a Diis ultionem. Id autem non ita multi intelligebant, sed ambigebant de loco, quod etiam oppidulum Laconiæ littori impositum Leuctron nominetur: præterea ejusdem nominis sit vicinus locus Megalopoli Arcadiæ. Cæterum fuit hic casus longe Leuctricis vetustior.

Porro Pelopidas in castris sopitus, visus sibi est virgines ad monumenta lamentantes videre, ac Lacedæmonios devoventes, præcipientemque Scedasum, si referre de hostibus vellet victoriam, rufam virginem ut puellis immolaret. Quum autem videretur ei præceptum hoc dirum & nefarium, retulit rem excitatus ad vates & duces. Hi partim suaserunt ne id negligeret aut prætermitteret, commemoraruntque ex vetustate Menœceum filium Creontis, & Herculis filiam Macariam, ex recentioribus Pherecydem sapientem illum

4 a

τὸν σοφὸν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀναιρεθέντα, καὶ τὴν δορὰν αὐτοῦ κατά τι λόγιον ὑπὸ τῶν βασιλέων φρουρουμένην· Λεωνίδαν τε τῷ χρησμῷ τρόπον τινὰ προθυσάμενον ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος· ἔτι δὲ τοὺς ὑπὸ Θεμιστοκλέους σφαγιασθέντας ὠμηστῇ Διονύσῳ πρὸ τῆς ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας· ἐκείνοις γὰρ ἐπιμαρτυρῆσαι τὰ κατορθώματα. τοῦτο δὲ, ὡς Ἀγησίλαον ἀπὸ τῶν αὐτῶν Ἀγαμέμνονι τόπων ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς στρατευόμενον πολεμίους, ᾔτησε μὲν ἡ θεὸς τὴν θυγατέρα σφάγιον, καὶ ταύτην εἶδε τὴν ὄψιν ἐν Αὐλίδι κοιμώμενος. ὁ δ᾽ οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ᾽ ἀπομαλθακωθεὶς κατέλυσε τὴν στρατείαν ἄδοξον καὶ ἀτελῆ γενομένην. οἱ δὲ τοὐναντίον ἀπηγόρευον, ὡς οὐδενὶ τῶν κρειττόνων καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρεστὴν οὖσαν οὕτω βάρβαρον καὶ παράνομον θυσίαν· οὐ γὰρ τοὺς Τυφῶνας ἐκείνους, οὐδὲ τοὺς Γίγαντας ἄρχειν, ἀλλὰ τὸν πάντων πατέρα θεῶν καὶ ἀνθρώπων· δαίμονας δὲ χαίροντας ἀνθρώπων αἵματι καὶ φόνῳ, πιστεύειν μὲν ἴσως ἐστὶν ἀβέλτερον· ὄντων δὲ τοιούτων, ἀμελητέον ὡς ἀδυνάτων· ἀσθενείᾳ γὰρ καὶ μοχθηρίᾳ ψυχῆς ἐμφύεσθαι καὶ παραμένειν τὰς ἀτόπους καὶ χαλεπὰς ἐπιθυμίας.

Ἐν τοιούτοις οὖν διαλόγοις τῶν πρώτων ὄντων, καὶ μάλιστα τοῦ Πελοπίδου διαποροῦντος, ἵππος ἐξ ἀγέλης καὶ πῶλος ἀποφυγοῦσα, καὶ φερομένη διὰ τῶν ὅπλων, ὡς ἦν θέουσα κατ᾽ αὐτοὺς ἐκείνους ἐπέστη, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις θέαν παρεῖχεν ἥτε χρόα στίλβουσα τῆς χαίτης πυρσότατον, ἥ τε γαυρότης καὶ τὸ σοβαρὸν καὶ τεθαρρηκὸς τῆς φωνῆς· Θεόκριτος δὲ ὁ μάντις συμφωνήσας ἀνεβόησε πρὸς τὸν Πελοπίδαν, Ἥκει σοι τὸ ἱερεῖον, ὦ δαιμόνιε· καὶ παρ-

a Lacedæmoniis interfectum, pellemque ejus a regibus ex vaticinio quopiam asservatam; & Leonidam qui pro Græciæ salute semet ipse secundum oraculum quodammodo devovit; præterea eos qui ante pugnam navalem a Themistocle ad Salamina immolati fuerant Baccho Omestæ: quæ quidem confirmata successibus fuissent. Contra, quemadmodum ab Agesilao, qui ex iisdem ex quibus Agamemnon locis adversus eosdem movebat hostes, victimam Dea filiam ejus postulavisset, quod ei visum per quietem est Aulide oblatum, quam ille præ mollitie animi non dedisset, atque idcirco infamem expeditionem & rudem reliquisset. Partim contra dissuaserunt: nulli enim cœlestium qui supra nos sunt hostiam cordi esse adeo barbaram & immanem. Neque enim typhonas istos mundo præesse aut gigantas, sed omnium Deorum atque hominum parentem docebant. Dæmones vero humano capi cruore & cæde, ineptum esse fortassis credere: qui tales si sint, contemnendos esse ut impotentes. In impotenti enim & depravata mente existere & hærere absurdas istas & perversas libidines.

Dum hæc disputant principes, & præter cæteros Pelopidas hæsitat, ecce equula, armento relicto per medios lata armatos, apud illos ipsos cursum sustinuit. Ibi cæterorum quidem oculos color jubæ insigniter rutilans, alacritas, vox exultans feroxque convertit. Vates vero Theocritus, re animadversa, voce magna appellavit Pelopidam, Adest, fortunate, tibi hostia, nec virginem expectemus aliam, sed

παρθένον ἄλλην μὴ περιμένωμεν, ἀλλὰ χρῆσθαι δεξάμενον ἣν ὁ Θεὸς δίδωσιν. ἐκ τούτου λαβόντες τὴν ἵππον, ἐπὶ τοὺς τάφους ἦγον τῶν παρθένων, καὶ κατευξάμενοι καὶ καταστέψαντες, ἐνέτεμνον αὐτοί τε χαίροντες, καὶ λόγον εἰς τὸ στρατόπεδον περὶ τῆς ὄψεως τοῦ Πελοπίδου καὶ τῆς θυσίας διδόντες.

Ἐν δὲ τῇ μάχῃ, τοῦ Ἐπαμινώνδου τὴν φάλαγγα λοξὴν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον ἕλκοντος, ὅπως τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ἀπωτάτω γένηται τὸ δεξιὸν τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ τὸν Κλεόμβροτον ἐξώσῃ προσπεσὼν ἀθρόως κατὰ κέρας, καὶ βιασάμενος· οἱ μὲν πολέμιοι καταμαθόντες τὸ γινόμενον, ἤρξαντο μετακινεῖν τῇ τάξει σφᾶς αὐτοὺς, καὶ τὸ δεξιὸν ἀνέπτυσσον καὶ περιῆγον, ὡς κυκλωσόμενοι καὶ περιβαλοῦντες ὑπὸ πλήθους τὸν Ἐπαμινώνδαν. ὁ δὲ Πελοπίδας ἐν τούτῳ προεξέδραμε, καὶ συστρέψας τοὺς τριακοσίους, δρόμῳ φθάνει πρὶν ἀνατεῖναι τὸν Κλεόμβροτον τὸ κέρας, ἢ συνάγειν πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ, καὶ συγκλεῖσαι τὴν τάξιν, οὐ καθεστῶσιν ἀλλὰ θορυβουμένοις δι᾽ ἀλλήλων τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐπιβαλών. καίτοι πάντων ἄκροι τεχνῖται καὶ σοφισταὶ τῶν πολεμικῶν ὄντες οἱ Σπαρτιάται, πρὸς οὐδὲν οὕτως ἐπαίδευον αὐτοὺς καὶ συνείθιζον, ὡς τὸ μὴ πλανᾶσθαι μηδὲ ταράττεσθαι τάξεως διαλυθείσης, ἀλλὰ χρώμενοι πᾶσι πάντες ἐπιστάταις καὶ ζυγίταις, ὅποι ποτὲ συνίστησιν ὁ κίνδυνος καὶ καταλαμβάνοι, καὶ συναρμόττειν καὶ μάχεσθαι παραπλησίως. τότε δὴ ἡ τοῦ Ἐπαμινώνδου φάλαγξ ἐπιφερομένη μόνοις ἐκείνοις, καὶ παραλλάττουσα τοὺς ἄλλους, ὅ, τε Πελοπίδας μετὰ τάχους ἀπίστου καὶ τόλμης ἐν τοῖς ὅπλοις γενόμενος, συνέχεεν τά τε φρονήματα καὶ τὰς ἐπιστήμας αὐτῶν οὕτως, ὥστε φυγὴν

ſed utere Dei munere. Tum corripuit equam, ductamque ad virginum ſepulcra, votis factis, coronis redimiverunt mactaveruntque, ac gaudio elati ſpeciem oblatam Pelopidæ & ſacrificium per caſtra divulgarunt.

In prœlio obliquam aciem Epaminonda in ſiniſtrum cornu trahente, quo a cæteris Græcis reduceret dextrum Lacedæmoniorum cornu quam longiſſime, & Cleombrotum valida in illud cornu impreſſione impelleret & profligaret; re hoſtes animadverſa ceperunt mutare ordinem ſuum, & dextrum cornu explicare circumagereque, ut circumvenirent & cingerent multitudine Epaminondam. Interea procurrit Pelopidas, ac cum globo trecentorum illorum maturat incurrere in Lacedæmonios incompoſitos & inter ſe tumultuantes, priuſquam cornu extenderet Cleombrotus, aut rurſus conjungeret & aciem ſuam clauderet. Quamvis rei militaris omnium Spartiatæ peritiſſimi & ſummi artifices, nulla in re æque laborarent aut verſarent ſe, ac ne diſſolutis ordinibus inconditi fluctuarent aut turbarentur, verum ut omnes omni ex parte, ubicunque periculum præſens opprimeret, præfectorum & manipulariorum munus obeuntes juxta inſtruerent ordines & dimicarent. Ac tum Epaminondæ phalanx in ſolos illos ſe invehens & cæteros præterlata, Pelopidaſque incredibili pernicitate & fervore in medios illatus armatos, animos eorum & diſciplinam eo uſque confuderunt, ut fuga & ſtrages, quan-

γὴν καὶ φόνον Σπαρτιατῶν ὅσον οὔπω πρότερον γενέσθαι. διὸ τῷ Ἐπαμεινώνδᾳ βοιωταρχοῦντι μὴ βοιωταρχῶν, καὶ πάσης ἡγουμένῳ τῆς δυνάμεως, μικροῦ μέρους ἄρχων, ἴσον ἠνέγκατο δόξης τῆς νίκης ἐκείνης καὶ τοῦ κατορθώματος.

Εἰς μέντοι Πελοπόννησον ἀμφότεροι βοιωταρχοῦντες ἐνέβαλον, καὶ τῶν ἐθνῶν τὰ πλεῖστα προσηγάγοντο, Λακεδαιμονίων ἀποστήσαντες Ἦλιν, Ἄργος, Ἀρκαδίαν σύμπασαν, αὐτῆς τῆς Λακωνικῆς τὰ πλεῖστα. καίτοι χειμῶνος μὲν ἦσαν αἱ περὶ τροπὰς ἀκμαί· μηνὸς δὲ τοῦ τελευταίου φθίνοντος, ὀλίγαι περιῆσαν ἡμέραι, καὶ τὴν ἀρχὴν ἔδει παραλαμβάνειν ἑτέρους εὐθὺς ἱσταμένου τοῦ πρώτου μηνός, ἢ θνήσκειν τοὺς μὴ παραδιδόντας. οἱ δὲ ἄλλοι Βοιωτάρχαι καὶ τὸν νόμον δεδιότες τοῦτον, καὶ τὸν χειμῶνα φεύγοντες, ἀπάγειν ἔσπευδον ἐπ᾽ οἴκου τὸ στράτευμα. Πελοπίδας δὲ πρῶτος Ἐπαμεινώνδᾳ γενόμενος σύμψηφος, καὶ συμπαρορμήσας τοὺς πολίτας, ἦγεν ἐπὶ τὴν Σπάρτην, καὶ διεβίβαζεν τὸν Εὐρώταν· καὶ πολλὰς μὲν ᾕρει πόλεις αὐτῶν, πᾶσαν δὲ τὴν χώραν ἐπόρθει μέχρι θαλάσσης, ἡγούμενος ἑπτὰ μυριάδων Ἑλληνικῆς στρατείας, ἧς ἔλαττον ἢ δωδέκατον ἦσαν αὐτοὶ Θηβαῖοι μέρος. ἀλλ᾽ ἡ δόξα τῶν ἀνδρῶν, ἄνευ δόγματος κοινοῦ καὶ ψηφίσματος, ἐποίει τοὺς συμμάχους ἕπεσθαι σιωπῇ πάντας ἡγουμένοις ἐκείνοις. ὁ γὰρ πρῶτος, ὡς ἔοικεν, καὶ κυριώτατος νόμος, τῷ σώζεσθαι δεομένῳ, τὸν σώζειν δυνάμενον, ἄρχοντα κατὰ φύσιν ἀποδίδωσι. κἂν, ὥσπερ οἱ πλέοντες εὐδίας οὔσης ἢ παρ᾽ ἀκτὴν ὁρμοῦντες, ἀσελγῶς προσενεχθῶσιν τοῖς κυβερνήταις καὶ θρασέως, ἅμα τῷ χειμῶνα καὶ κίνδυνον καταλαμβάνειν, πρὸς ἐκείνους ἀποβλέπουσι, καὶ τὰς ἐλπίδας ἐν ἐκείνοις ἔχουσι.

καὶ

quanta antea nunquam, ederetur Spartiatarum. Unde parem atque Epaminondas, penes quem ſummus erat magiſtratus, quique univerſo præerat exercitui, privatus hic & exiguæ ductor manus, gloriam retulit illius victoriæ & decoris.

Ambo tamen Bœotarchæ Peloponneſum iniverunt, plurimaſque gentes retraxerunt a Lacedæmoniis, ſibique adjunxerunt Elim, Argos, totam Arcadiam, ipſius pleraque Laconiæ. Et quanquam tempeſtas in ipſo eſſet articulo brumalis ſolſtitii, atque ultimi menſis vergentis pauci reliqui eſſent dies, ac mox ineunte primo menſe ſucceſſuri alii, morte indicta iis qui magiſtratu non abirent, ideoque Bœotarchæ cæteri cum legis metu, tum hyemis effugiendæ cauſa, reducere exercitum contenderent domum; primus Epaminondæ aſſenſus tamen Pelopidas accenſis militibus Spartam petiit, ſuperatoque Eurota multis potitus eſt eorum oppidis, fineſque omnes ad mare uſque vaſtavit. Habebant ſub ſignis militum Græcorum ſeptuaginta millia, quorum ipſi erant Thebani minus duodecima parte. Verum perpulit ſocios omnes abſque publico decreto vel lege, ut eos duces ſequerentur obſequenter, illorum ſplendor. Quippe prima & antiquiſſima lex naturæ ei cui opus ſalute eſt, imperatorem illum qui valet conſervare, præficit: ſicut vectores, licet tranquillo cœlo aut in ſtatione apud opportunum littus obſtrepuerint gubernatoribus, inſolenteſque fuerint, procella tamen ingruente & diſcrimine, illos reſpiciunt ſtatim, atque ſpem in iis ponunt.

καὶ γὰρ Ἀργεῖοι, καὶ Ἠλεῖοι, καὶ Ἀρκάδες, ἐν τοῖς συνεδρίοις ἐρίζοντες καὶ διαφερόμενοι πρὸς τοὺς Θηβαίους ὑπὲρ ἡγεμονίας, ἐπ' αὐτῶν τῶν ἀγώνων καὶ παρὰ τὰ δεινὰ τοῖς ἐκείνων αὐθαιρέτως πειθόμενοι στρατηγοῖς ἠκολούθουν. ἐν ἐκείνῃ τῇ στρατιᾷ πᾶσαν μὲν Ἀρκαδίαν εἰς μίαν δύναμιν συνέστησαν, τὴν δὲ Μεσσηνίαν χώραν νεμομένων Σπαρτιατῶν ἀποτεμόμενοι, τοὺς παλαιοὺς Μεσσηνίους ἐκάλουν καὶ κατῆγον, Ἰθώμην συνοικίσαντες. ἀπιόντες δὲ ἐπ' οἴκου διὰ Κεγχρεῶν, Ἀθηναίους ἐνίκων ἐπιχειροῦντας ἀψιμαχεῖν περὶ τὰ στενὰ, καὶ κωλύειν τὴν πορείαν.

Ἐπὶ δὲ τούτοις, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ὑπερηγάπων τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν τύχην ἐθαύμαζον· ὁ δὲ συγγενὴς καὶ πολιτικὸς φθόνος, ἅμα τῇ δόξῃ τῶν ἀνδρῶν συναυξόμενος, οὐ καλὰς οὐδὲ πρεπούσας ὑποδοχὰς παρεσκεύαζεν αὐτοῖς. θανάτου γὰρ ἀμφότεροι δίκας ἔφυγον ἐπανελθόντες, ὅτι τοῦ νόμου κελεύοντος ἐν τῷ πρώτῳ μηνὶ παραδοῦναι τὴν βοιωταρχίαν ἑτέροις, ὃν Βουκάτιον ὀνομάζουσιν, τέτταρας ὅλους προσεπεβάλοντο μῆνας, ἐν οἷς τὰ περὶ Μεσσήνην καὶ Ἀρκαδίαν καὶ τὴν Λακωνικὴν διῴκησαν. εἰσήχθη μὲν οὖν πρότερος εἰς τὸ δικαστήριον Πελοπίδας, διὸ καὶ μᾶλλον ἐκινδύνευσεν· ἀμφότεροι δὲ ἀπελύθησαν. τὸ δὲ συκοφάντημα καὶ τὴν πεῖραν Ἐπαμεινώνδας ἤνεγκε πρᾴως, μέγα μέρος ἀνδρείας καὶ μεγαλοψυχίας τὴν ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἀνεξικακίαν ποιούμενος· Πελοπίδας δὲ, καὶ φύσει θυμοειδέστερος ὢν, καὶ παροξυνόμενος ὑπὸ τῶν φίλων ἀμύνασθαι τοὺς ἐχθροὺς, ἐπελάβετο τοιαύτης αἰτίας. Μενεκλείδας ὁ ῥήτωρ, ἦν μὲν εἷς τῶν μετὰ Πελοπί-

δου

nunt. Namque Argivi, Elei, Arcades, qui de imperio in conciliis disceptabant & altercabantur cum Thebanis, quum dimicandum esset & instarent pericula, ultro obedientes sequebantur eorum duces. In illa expeditione omnem Arcadiam fecerunt unius corporis. In agrum Messenium, expulsis Spartiatis qui tenebant eum, veteres Messenios revocaverunt, reduxeruntque ad Ithomen habitandam. In reditu per Cenchream Athenienses, qui in faucibus eos tumultuose adoriri moliebantur & transitu prohibere, fuderunt.

Ob res hasce gestas cæteri omnes virtutem horum amplectebantur mirifice, & in admiratione fœlicitatem habebant: at intestina & civilis invidia una cum gloria gliscens parum excepit eos benigne vel comiter. Uterque enim sub reditum est in judicium capitis vocatus, quod, quum primo mense, quem Bucation vocant, summo magistratu cedere ex lege aliis debuissent, quatuor solidos adjecissent menses: quibus res illas ad Messenem, Arcadiam, & Laconiam gesserant. Postulatus prior Pelopidas est, quo majore est periculo jactatus: uterque tamen noxæ exemptus fuit. Cæterum eam calumniam & conatum malevolorum tulit Epaminondas leniter, magnam partem virtutis & magnanimitatis in repub. moderanda ducens, civium tolerare injurias. Iracundiore ingenio Pelopidas, & ad pœnas ab inimicis expetendas a necessariis incensus, occasionem arripit hujuscemodi: Meneclides orator, unus erat ex iis qui cum Pelo-

pida

δὲ καὶ Μέλωνος εἰς τὴν Χάρωνος οἰκίαν συνελθόντων· ἐπεὶ δὲ τῶν ἴσων οὐκ ἠξιοῦτο παρὰ τοῖς Θηβαίοις, δεινότατος μὲν ὢν λέγειν, ἀκόλαστος δὲ καὶ κακοήθης τὸν τρόπον, ἐχρῆτο τῇ φύσει πρὸς τὸ συκοφαντεῖν καὶ διαβάλλειν τοὺς κρείττονας, οὐδὲ μετὰ δίκην ἐκείνην παυσάμενος. Ἐπαμινώνδαν μὲν οὖν ἐξέκρουσε τῆς βοιωταρχίας, καὶ κατεπολιτεύσατο πολὺν χρόνον· Πελοπίδαν δὲ πρὸς μὲν τὸν δῆμον οὐκ ἴσχυσε διαβαλεῖν, ἐπεχείρει δὲ συγκροῦσαι τῷ Χάρωνι. καὶ κοινήν τινα τοῦ φθόνου παραμυθίαν ἔχοντος, ἂν ὧν αὐτοὶ μὴ δύνωνται βελτίους φανῆναι, τούτους ἄλλως γέ πως ἑτέρων ἀποδείξωσι κακίους, πολὺς ἦν πρὸς τὸν δῆμον αὔξων τὰ τοῦ Χάρωνος ἔργα, καὶ τὰς στρατηγίας τὰς ἐκείνου καὶ τὰς νίκας ἐγκωμιάζων. τῆς δὲ πρὸς Πλαταιὰς ἱππομαχίας, ἣν πρὸ τῶν Λευκτρικῶν ἐνίκησαν ἡγουμένου Χάρωνος, ἐπεχείρησεν ἀνάθημα τοιόνδε ποιῆσαι. Ἀνδροκύδης ὁ Κυζικηνὸς, ἐκλαβὼν παρὰ τῆς πόλεως πίνακα γράψαι μάχης ἑτέρας, ἐπετέλει τὸν ἔργον ἐν Θήβαις. γενομένης δὲ τῆς ἀποστάσεως, καὶ τοῦ πολέμου συμπεσόντος, οὐ πολὺ τοῦ τέλους ἔχειν ἐλλείποντα τὸν πίνακα παρ' ἑαυτοῖς οἱ Θηβαῖοι κατέσχον. τοῦτον οὖν ὁ Μενεκλείδας ἔπεισεν ἀναθέντας ἐπιγράψαι τοὔνομα τοῦ Χάρωνος, ὡς ἀμαυρώσων τὴν Πελοπίδου καὶ Ἐπαμινώνδου δόξαν. ἦν δὲ ἀβέλτερος ἡ φιλοτιμία, παρὰ τοσούτους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας ἑνὸς ἔργου καὶ μιᾶς νίκης ἀγαπωμένης, ἐν ᾗ Γεράνδαν τινὰ τῶν ἀσήμων Σπαρτιατῶν, καὶ τεσσαράκοντα μετ' αὐτοῦ πεσεῖν, ἄλλο δὲ οὐδὲν μέγα πραχθῆναι λέγουσιν. τοῦτο τὸ ψήφισμα γράφεται Πελοπίδας παρανόμων, ἰσχυριζόμενος ὅτι Θηβαίοις

pida & Melone in Charonis ædes coierant. Quum autem non esset in pari apud Thebanos dignatione, qui esset disertissimus quidem, sed moribus improbis & malignis, appulit ingenium suum ad calumniandum & arrodendum præstantiores: neque post illud judicium destitit. Ac Epaminondam quidem dejecit summo magistratu, diuque in reipub. negotiis eum fatigavit: Pelopidam vero lacerare ad populum non quivit, sed ut conflictaretur cum Charone machinatus est. Et quia commune habet livor levamen, si quibus ipsi præstare non valent, hos saltem esse aliis ostendant inferiores; assidue in concione Charonis res gestas extollebat, illius celebrabat expeditiones victoriasque. Atque equestris prœlii ad Platæas monumentum, quod ante pugnam Leuctricam duce obtinuerant Charone, dedicare ad hunc modum instituit: Androcydes Cyzicenus conduxerat publice tabulam pingendam alterius pugnæ; hoc opus Thebis faciebat. Quum autem defectio illa extitisset, atque esset exortum bellum, Thebani tabulam pene absolutam penes se retinuerunt. Hanc Meneclides, quo perstringeret Pelopidæ & Epaminondæ gloriam, suasit populo ut inscripto Charonis nomine dedicaret. Erat vero absurda ambitio præ tam multis & talibus pugnis uno gloriantium facto unaque victoria, qua Gerandam quendam obscurum Lacedæmonium, & cum eo quadraginta cecidisse, præterea præclari nihil autumant gestum. Hanc rogationem Pelopidas, ut adversus legum interdicta latam, defert, urgens non esse morem Thebanorum

βαίοις οὐ πάτριον ἦν ἰδίᾳ κατ' ἄνδρα τιμᾶν, ἀλλὰ τῇ πατρίδι κοινῶς τὸ τῆς νίκης ὄνομα σώζειν. καὶ τὸν μὲν Χάρωνα παρὰ πᾶσαν τὴν δίκην ἐγκωμιάζων ἀφθόνως διετέλεσεν· τὸν δὲ Μενεκλείδαν, βάσκανον καὶ πονηρὸν ἐξελέγχων, καὶ τοὺς Θηβαίους ἐρωτῶν εἰ μηδὲν αὐτοῖς καλὸν πέπρακται. ὃ μὴ Μενεκλείδαν ζημιῶσαι χρήμασιν, ἃ μὴ δυνάμενος ἐκτίσαι διὰ πλῆθος, ὕστερον ἐπεχείρησεν κινῆσαι καὶ μεταστῆσαι τὴν πολιτείαν. ταῦτα μὲν οὖν ἔχει τινὰ καὶ τοῦ βίου ἀποθεώρησιν.

Ἐπεὶ δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φερῶν τυράννου πολεμοῦντος μὲν ἐκ προδήλου πολλοῖς Θεσσαλῶν, ἐπιβουλεύοντος δὲ πᾶσιν, ἐπρέσβευσαν εἰς Θήβας αἱ πόλεις στρατηγὸν αἰτούμεναι καὶ δύναμιν, ὁρῶν ὁ Πελοπίδας τὸν Ἐπαμεινώνδαν τὰς ἐν Πελοποννήσῳ πράξεις διοικεῖν, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπέδωκεν καὶ προσένειμε τοῖς Θεσσαλοῖς, μήτε τὴν ἰδίαν ἐπιστήμην καὶ δύναμιν ἀργοῦσαν περιορᾶν ὑπομένων, μήτε ὅπου πάρεστιν Ἐπαμεινώνδας, ἑτέρου δεῖσθαι στρατηγοῦ νομίζων. ὡς οὖν ἐστράτευσεν ἐπὶ Θεσσαλίαν μετὰ δυνάμεως, τήν τε Λάρισσαν εὐθὺς παρέλαβεν, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐλθόντα καὶ δεόμενον, διαλλάττειν ἐπειρᾶτο, καὶ ποιεῖν ἐκ τυράννου πρᾶον ἄρχοντα τοῖς Θεσσαλοῖς καὶ νόμιμον. ὡς δὲ ἦν ἀνήκεστος καὶ θηριώδης, καὶ πολλὴ μὲν ὠμότης αὐτοῦ, πολλὴ δὲ ἀσέλγεια καὶ πλεονεξία κατηγορεῖτο, τραχυνομένου τοῦ Πελοπίδου πρὸς αὐτὸν καὶ χαλεπαίνοντος, ἀποδρὰς ᾤχετο μετὰ τῶν δορυφόρων. ὁ δὲ Πελοπίδας ἄδειάν τε πολλὴν ἀπὸ τοῦ τυράννου Θεσσαλοῖς ἀπολιπὼν, καὶ πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, αὐτὸς εἰς Μακεδονίαν ἀπῆρεν, Πτολεμαίου μὲν Ἀλεξ-

banorum aliquem ornare privatim, sed patriæ publice titulum retinere victoriæ. Ac Charonem quidem non destitit per omnem actionem cumulare laudibus, at Meneclidam ut invidum & improbum arguens, & Thebanos rogitans num extaret nullum ipsis præclarum factum: adeo ut Meneclidæ tandem mulcta imponeretur, quam quum ob magnitudinem solvere non posset, res novas postea in urbe molitus est. Habent hæc quoque quandam ejus vitæ contemplationem.

Quum autem Pheræorum tyrannus Alexander multos quidem Thessalos aperte bello oppugnaret, immineret vero omnibus, ac civitates Thebas ad petendum ducem cum copiis legatos misissent; cernens Epaminondam Pelopidas res in Peloponneso ordinare, detulit & attribuit se ipse Thessalis. Neque enim suam obtorpescere peritiam & facultatem volebat, neque ubi esset Epaminondas imperatorem desiderari ducebat alium. Simul ut in Thessaliam movit, Larissam recepit, & Alexandrum studuit ad se supplicem venientem invertere, & ex tyranno civcurare atque efficere legitimum Thessalis principem. Qui quum esset plane deploratus & ferus, magna item ejus sævitia, magna etiam protervitas & avaritia proferrentur, exacerbato in eum Pelopida & infenso, profugit cum stipatoribus. At Pelopidas quum securos a tyranno Thessalos reliquisset, eosque mutuo inter se conciliasset, petiit Macedoniam. Ptolemæus

enim

Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεύοντι τῶν Μακεδόνων πολεμοῦντος, ἀμφοτέρων δὲ μεταπεμπομένων ἐκεῖνον, ὡς διαλλακτὴν καὶ δικαστὴν καὶ σύμμαχον καὶ βοηθὸν τοῦ δοκοῦντος ἀδικεῖσθαι γενησόμενον. ἐλθὼν δὲ καὶ διαλύσας τὰς διαφορὰς, καὶ καταγαγὼν τοὺς φεύγοντας, ὅμηρον ἔλαβεν τὸν ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως Φίλιππον, καὶ τριάκοντα παῖδας ἄλλους τῶν ἐπιφανεστάτων· καὶ κατέστησεν εἰς Θήβας, ἐπιδειξάμενος τοῖς Ἕλλησιν ὡς πόρρω διήκει τὰ Θηβαίων πράγματα τῇ δόξῃ τῆς δυνάμεως, καὶ τῇ πίστει τῆς δικαιοσύνης. οὗτος ἦν Φίλιππος ὁ τοῖς Ἕλλησιν ὕστερον πολεμήσας ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας, τότε δὲ παῖς ὢν ἐν Θήβαις παρὰ Παμμένει δίαιταν εἶχεν. ἐκ δὲ τούτου καὶ ζηλωτὴς γεγονέναι ἔδοξεν Ἐπαμεινώνδου, τὸ περὶ τοὺς πολέμους καὶ τὰς στρατηγίας δραστήριον ἴσως κατανοήσας, ὃ μικρὸν ἦν τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῆς μόριον· ἐγκρατείας δὲ καὶ δικαιοσύνης καὶ μεγαλοψυχίας καὶ πρᾳότητος, οἷς ἦν ἀληθῶς μέγας ἐκεῖνος, οὐδὲν οὔτε φύσει Φίλιππος, οὔτε μιμήσει μετέσχεν.

Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν τῶν Θετταλῶν αἰτιωμένων τὸν Φεραῖον Ἀλέξανδρον ὡς διαταράττοντα τὰς πόλεις, ἀπεστάλη μετὰ Ἰσμηνίου πρεσβεύων ὁ Πελοπίδας· καὶ παρῆν οὔτε οἴκοθεν ἄγων δύναμιν, οὔτε πόλεμον προσδοκήσας, αὐτοῖς δὲ τοῖς Θετταλοῖς χρῆσθαι πρὸς τὸ κατεπεῖγον τῶν πραγμάτων ἀναγκαζόμενος. ἐν τούτῳ δὲ πάλιν τῶν κατὰ Μακεδονίαν ταραττομένων· ὁ γὰρ Πτολεμαῖος ἀνῃρήκει τὸν βασιλέα καὶ τὴν ἀρχὴν κατεῖχεν, οἱ δὲ φίλοι τοῦ τεθνηκότος ἐκάλουν τὸν Πελοπίδαν· βουλόμενος μὲν οὖν ἐπιφανῆναι τοῖς πράγμασι, ἰδίους δὲ στρατιώτας οὐκ ἔχων, μισθοφόρους τινὰς αὐτόθεν προσλαβό-

enim intulerat Alexandro apud Macedonas regnanti bellum: uterque autem disceptatorem illum & judicem acciverat; deinde socium & adjutorem ejus qui lædi videretur. Hic adventu suo quum controversias finivisset, exulesque reduxisset, Philippum obsidem, regis fratrem, prætereaque pueros triginta alios ex primoribus accepit: atque Thebas duxit, ostentans Græcis in quantum fastigium ascenderet respub. Thebanorum splendore potentiæ & fide justitiæ. Hic ille est Philippus qui cum Græcis insequutis temporibus de libertate eorum arma contulit. Id temporis puer apud Pammenem hospitium Thebis habuit. Inde æmulus Epaminondæ habitus est; notata fortasse in militia & imperio ejus strenuitate, quæ exigua portio illius fuit virtutis: temperantiæ vero, justitiæ, magnitudinis animi, lenitatis, quibus vere vir celsus ille fuit, neque natura Philippus, neque imitatione fuit consors.

Mox Thessali denuo accusaverunt Alexandrum Pheræum, quod quietem civitatum solicitaret. Missus eo Pelopidas cum Ismenia legatus, non duxerat domo secum copias, neque expectaverat bellum, sed subita necessitate fuit ei utendum Thessalis. Interea renatus tumultus in Macedonia est. Ptolemæus enim peremerat regem, regnumque invaserat, amici autem illius perempti acciverunt Pelopidam. Qui quum rebus iis nollet deesse, nec proprios milites ad manum haberet, conscripsit indidem mercenarios

λαβόμενος, μετὰ τούτων εὐθὺς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον. ὡς δ' ἐγγὺς ἀλλήλων ἐγένοντο, τοὺς μὲν μισθοφόρους Πτολεμαῖος χρήμασι διαφθείρας ἔπεισεν ὡς αὐτὸν μεταστῆναι· τοῦ δὲ Πελοπίδου τὴν δόξαν αὐτὴν καὶ τοὔνομα δεδοικώς, ἀπήντησεν ὡς κρείσσονι, καὶ δεξιωσάμενος καὶ δεηθεὶς, ὡμολόγησεν τὴν μὲν ἀρχὴν τοῖς τοῦ τεθνηκότος ἀδελφοῖς διαφυλάξειν, Θηβαίοις δὲ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸν ἕξειν καὶ φίλον· ὁμήρους δ' ἐπὶ τούτοις τὸν υἱὸν Φιλόξενον ἔδωκε, καὶ πεντήκοντα τῶν ἑταίρων. τούτους μὲν οὖν ἀπέστειλεν εἰς Θήβας ὁ Πελοπίδας· αὐτὸς δὲ βαρέως φέρων τὴν τῶν μισθοφόρων προδοσίαν, καὶ πυνθανόμενος τὰ πλεῖστα τῶν χρημάτων αὐτοῖς, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας ἀποκεῖσθαι περὶ Φάρσαλον, ὥστε τούτων κρατήσας, ἱκανὴν δίκην ὧν καθύβρισαι λήψεσθαι, καὶ συναγαγὼν τῶν Θεσσαλῶν τινας, ἧκεν εἰς Φάρσαλον. ἀρτίως δ' αὐτοῦ παρεληλυθότος, Ἀλέξανδρος ὁ τύραννος ἐπεφαίνετο μετὰ τῆς δυνάμεως. καὶ νομίσαντες οἱ περὶ τὸν Πελοπίδαν, ἀπολογησόμενον ἥκειν, ἐβάδιζον αὐτοὶ πρὸς αὐτὸν, ἐξώλη μὲν ὄντα καὶ μιαιφόνον εἰδότες, διὰ δὲ τὰς Θήβας καὶ τὸ περὶ αὐτοὺς ἀξίωμα καὶ δόξαν, οὐδὲν ἂν παθεῖν προσδοκήσαντες. ὁ δὲ ὡς εἶδεν ἀνόπλους καὶ μόνους προσιόντας, ἐκείνους μὲν εὐθὺς συνέλαβεν, τὴν δὲ Φάρσαλον κατέσχεν. φρίκην δὲ καὶ φόβον ἐνειργάσατο τοῖς ὑπηκόοις πᾶσιν, ὥς γε μετὰ τηλικαύτην ἀδικίαν καὶ τόλμαν, ἀφειδήσων ἁπάντων, καὶ χρησόμενος οὕτω τοῖς παραπίπτουσιν ἀνθρώποις καὶ πράγμασιν, ὡς τότε γε κομιδῇ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀπεγνωκώς.

Oi

narios quosdam, atque hac manu confestim movit in Ptolemæum. Ubi in propinquum venerunt, corrupit conductitium militem Ptolemæus pecunia, pellexitque ad se ut transirent. Pelopidæ vero, ipsam veritus existimationem & nomen ejus, occurrit ut præcellentiori, eumque complexus ac supplex, promisit regnum se defuncti fratribus conservaturum, & eosdem, quos Thebanos, hostes & amicos habiturum. In hæc obsides dedit Philoxenum filium suum, & quinquaginta ex familiaribus. Eos misit Pelopidas Thebas. Quum autem morderet eum conductorum mercede militum proditio, acciperetque pecuniam eorum maxima ex parte, liberosque & conjuges Pharsali esse, quibus, si esset potitus, satis ulturum se injurias suas putabat, delectu habito nonnullorum Thessalorum Pharsalum venit. Confestim ingresso eo oppidum, supervenit cum exercitu Alexander. Existimabat autem eum Pelopidas ad purgandum se præsto esse, ideo contendit ipse ad eum, non ignarus quidem nefarium hominem & sicarium esse, sed, fretus urbe Thebis suaque autoritate & gloria, nihil timuit mali. Ille ubi inermem vidit solumque accedentem, injecit confestim ei vincula, & Pharsalum occupavit, pavoremque & metum illis qui ei parebant cunctis incussit, verentibus ne a tam atroci injuria & audacia parsurus nemini esset, itaque se adversus quosvis homines & quacunque in re gesturus, velut vita tunc omnino deplorata.

At

Οἱ μὲν οὖν Θηβαῖοι ταῦτα ἀκούσαντες, ἔφερόν τε βαρέως, καὶ στρατιὰν ἐξέπεμπον εὐθύς, δι' ὀργήν τινα πρὸς τὸν Ἐπαμεινώνδαν, ἑτέρους ἀποδείξαντες ἄρχοντας. τὸν δὲ Πελοπίδαν εἰς τὰς Φερὰς ἀπαγαγὼν ὁ τύραννος, τὸ μὲν πρῶτον εἴα τοὺς βουλομένους αὐτῷ διαλέγεσθαι, νομίζων ἐλεεινὸν γεγονέναι καὶ ταπεινὸν ὑπὸ τῆς συμφορᾶς. ἐπεὶ δὲ τοὺς μὲν Φεραίους ὁ Πελοπίδας ὀδυρομένους παρεκάλει θαρρεῖν, ὡς νῦν μάλιστα δώσοντος τοῦ τυράννου δίκην, πρὸς δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον ἀποστείλας, ἔλεγεν ὡς ἄτοπός ἐστι τοὺς μὲν ἀθλίους πολίτας καὶ μηδὲν ἀδικοῦντας ὁσημέραι στρεβλῶν καὶ φονεύων, αὐτοῦ δὲ φειδόμενος, ὃν μάλιστα γινώσκει τιμωρησόμενον αὐτόν, ἄνπερ διαφύγῃ· θαυμάσας τὸ φρόνημα καὶ τὴν ἄδειαν αὐτοῦ, Τί δέ, φησίν, σπεύδει Πελοπίδας ἀποθανεῖν; κἀκεῖνος ἀκούσας Ὅπως, εἶπε, σὺ τάχιον ἀπόλῃ, μᾶλλον ἢ νῦν θεομισὴς γενόμενος. ἐκ τούτου διεκώλυσεν ἐντυγχάνειν αὐτῷ τοὺς ἐκτός. ἡ δὲ Θήβη θυγάτηρ μὲν Ἰάσονος οὖσα, γυνὴ δὲ Ἀλεξάνδρου, πυνθανομένη παρὰ τῶν φυλαττόντων Πελοπίδαν, τὸ θαρραλέον αὐτοῦ καὶ γενναῖον, ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὸν ἄνδρα καὶ προσειπεῖν. ὡς δὲ ἦλθεν πρὸς αὐτόν, καὶ ἅτε δὴ γυνή, τὸ μὲν μέγεθος τοῦ ἤθους οὐκ εὐθὺς ἐν τοσαύτῃ συμφορᾷ κατεῖδεν, κουρᾷ δὲ καὶ στολῇ καὶ διαίτῃ τεκμαιρομένη λυπρὰ καὶ μὴ πρέποντα τῇ δόξῃ πάσχειν αὐτόν, ἀπεδάκρυσεν· τὸ μὲν πρῶτον ἀγνοῶν ὁ Πελοπίδας τίς εἴη γυναικῶν, ἐθαύμαζεν· ὡς δὲ ἔγνω, προσηγόρευσεν αὐτὴν πατρόθεν· ἦν γὰρ τῷ Ἰάσονι συνήθης καὶ φίλος. εἰπούσης δὲ ἐκείνης, Ἐλεῶ σου τὴν γυναῖκα· Καὶ γὰρ ἐγώ σε, εἶπεν, ὅτι ἄδετος οὖσα ὑπομένεις

Ἀλέξ-

At Thebani, eo nuntiato, soliciti extemplo miserunt eo exercitum: cui, quod infensi tum essent Epaminondæ, alios duces præfecerunt. Pelopidam tyrannus Pheras abstraxit: ubi primum, quod abjectum in calamitate & infractum existimaret, omnibus permisit eum alloqui. At postquam gementes Pelopidas Pheræos consolatus est, quod nunc impenderet haud dubie tyranno vindicta, atque illi nuntiari jussit, absonum esse quod miseros & innoxios cives quotidie excruciaret, & trucidaret, sibi vero, quem certo sciret si evasisset, pœnas ab ipso persequuturum, parceret; miratus animum & securitatem ejus, Quid properat, inquit, Pelopidas mori? Quo audito, Ut tu, inquit, magis quam nunc execrandus pereas maturius. De cætero prohibuit ne quis præter domesticos eum adiret. Thebe vero, Jasonis filia, uxor Alexandri, quum accepisset de custodibus Pelopidæ firmitudinem & celsitudinem animi ejus, expetivit eum videre & convenire. Ut accessit ad eum, & velut mulier, magnanimitatem ejus non illico in tantis ærumnis perspexit, sed ex squalore, sordibus, & maligno victu conjiciens acerba eum & indigna illo nomine premi calamitate, illacrymavit. Primum, incertus quænam mulier esset, mirabatur Pelopidas; ubi cognovit eam, (quod consuetudo ei & gratia intercederet cum Jasone) compellavit eam nomine paterno. Quum diceret illa, Miseret me uxoris tuæ, Me vero tui, inquit, quæ soluta

feras

Ἀλέξανδρον. Θήβην ἔθιγέ πως ὁ λόγος τῆς γυναικός· ἐβαρύνετο γὰρ τὴν ὠμότητα καὶ τὴν ὕβριν τοῦ τυράννου μετὰ τῆς ἄλλης ἀσελγείας, καὶ τὸν νεώτατον αὐτῆς τῶν ἀδελφῶν παιδικὰ πεποιημένου. διὸ καὶ συνεχῶς φοιτῶσα πρὸς τὸν Πελοπίδαν, καὶ παρρησιαζομένη περὶ ὧν ἔπασχεν, ὑπεπίμπλατο θυμοῦ καὶ φρονήματος καὶ δυσμενείας πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον.

Ἐπεὶ δὲ οἱ στρατηγοὶ τῶν Θηβαίων εἰς τὴν Θετταλίαν ἐμβαλόντες ἔπραξαν οὐδέν, ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν ἢ δυστυχίαν αἰσχρῶς ἀνεχώρησαν, ἐκείνων μὲν ἕκαστον ἡ πόλις μυρίαις δραχμαῖς ἐζημίωσεν, Ἐπαμεινώνδαν δὲ μετὰ δυνάμεως ἀπέστειλαν. εὐθὺς οὖν κίνησίς τε μεγάλη Θετταλῶν ἦν, ἐπαιρομένων πρὸς τὴν δόξαν τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὰ πράγματα τοῦ τυράννου ῥοπῆς ἐδεῖτο μικρᾶς ἀπολωλέναι· τοσοῦτος ἐνεπεπτώκει φόβος τοῖς περὶ αὐτὸν ἡγεμόσι καὶ φίλοις, τοσαύτη δὲ τοὺς ὑπηκόους ὁρμὴ πρὸς ἀπόστασιν εἶχε, καὶ χαρὰ τοῦ μέλλοντος, ὡς νῦν ἐποψομένους δίκην διδόντα τὸν τύραννον. οὐ μὴν ἀλλ' Ἐπαμεινώνδας τὴν αὑτοῦ δόξαν ἐν ὑστέρῳ τῆς Πελοπίδου σωτηρίας τιθέμενος, καὶ δεδοικὼς μὴ τῶν πραγμάτων ταραχθέντων ἀπογνοὺς ἑαυτὸν Ἀλέξανδρος, ὥσπερ θηρίον, τράπηται πρὸς ἐκεῖνον, ἐπηωρεῖτο τῷ πολέμῳ, καὶ κύκλῳ περιιὼν τῇ παρασκευῇ καὶ τῇ μελλήσει κατεσκεύαζε καὶ συνέστελλε τὸν τύραννον, ὡς μήτε ἀνεῖναι τὸ αὔθαδες αὐτοῦ καὶ θρασυνόμενον, μήτε τὸ πικρὸν καὶ θυμοειδὲς ἐξερεθίσαι· πυνθανόμενος τὴν ὠμότητα καὶ τὴν ὀλιγωρίαν τῶν καλῶν καὶ δικαίων, ὡς ζῶντας μὲν ἀνθρώπους κατώρυττεν, ἑτέροις δὲ δέρματα συῶν ἀγρίων καὶ ἄρκτων περιτιθεὶς, καὶ τοὺς θηρευτικοὺς ἐπάγων κύνας, διέσπα καὶ κατηκόντιζε, παι-

feras Alexandrum. Hæc oratio pupugit Thebem. Quippe crudelitatem oderat flagitiaque tyranni, qui præter cæteram libidinem etiam minimum natu fratrem ejus in pellicatu habebat. Quare invisit Pelopidam frequenter, & quum libere evomeret apud eum miserias suas, dedit ille animum ei & spiritus, atque in Alexandrum incendit eam.

Ut vero prætoribus Thebanorum expeditio in Thessaliam sine effectu fuit, ob imperitiamque vel fortunam infestam recesserunt ignominiose, singulis dixit civitas decem millium drachmarum mulctam, misitque cum copiis Epaminondam. Hic subito magnus motus fuit arrectorum claritate ducis Thessalorum. Fortunæ autem tyranni poterant parvo momento convelli: tanta formido duces & familiares ejus incesserat, tantus ardor populares ceperat ad defectionem, & expectatio futuri, quasi tunc pœnas pendentem adspecturos se tyrannum. Verum enimvero Epaminondas, cui Pelopidæ incolumitate posterius suum decus erat, veritus ne rebus conquassatis & spe abscissa, feræ modo verteret se Alexander in illum, lente prosequutus bellum est, circumvagandoque cum apparatu bellico & cunctando ita tractavit, & compressit tyrannum, ut nec pervicaciam ejus & ferocitatem remitteret, neque exstimularet acerbitatem & iracundiam. Audiebat enim ejus immanitatem, contemptumque honesti atque legum, vivos homines eum defodere, alios pro ludo pellibus tectos aprorum & ursarum venaticis canibus immissis decerpere & confi-

cere

παιδιᾷ ταύτῃ χρώμενος. Μελιβοίᾳ δὲ καὶ Σκοτούσῃ, πόλεσιν ἐνσπόνδοις καὶ φίλαις, ἐκκλησιαζούσαις περιστήσας ἅμα τοὺς δορυφόρους, ἡβηδὸν ἀπέσφαξε. τὴν δὲ λόγχην ᾗ Πολύφρονα τὸν θεῖον ἀπέκτεινεν, καθιερώσας καὶ καταστέψας, ἔθυεν ὥσπερ θεῷ, καὶ Τύχωνα προσηγόρευεν. τραγῳδὸν δέ ποτε θεώμενος Εὐριπίδου Τρῳάδας ὑποκρινόμενον, ᾤχετο ἀπιὼν ἐκ τοῦ θεάτρου, καὶ πέμψας πρὸς αὐτὸν ἐκέλευε θαῤῥεῖν, καὶ μηδὲν ἀγωνίζεσθαι διὰ τοῦτο χεῖρον· οὐ γὰρ ἐκείνου καταφρονῶν ἀπελθεῖν, ἀλλ' αἰσχυνόμενος τοὺς πολίτας, εἰ μηδένα πώποτε τῶν ὑπ' αὐτοῦ φονευομένων ἠλεηκὼς, ἐπὶ τοῖς Ἑκάβης καὶ Ἀνδρομάχης κακοῖς ὀφθήσεται δακρύων. οὗτος μέντοι τὴν δόξαν αὐτὴν καὶ τοὔνομα καὶ τὸ πρόσχημα τῆς Ἐπαμεινώνδου στρατηγίας καταπλαγεὶς,

Ἔπτηξ' ἀλέκτωρ δοῦλος ὣς κλίνας πτερόν·

καὶ τοὺς ἀπολογησομένους ταχὺ πρὸς αὐτὸν ἔπεμπεν. ὁ δὲ συνθέσθαι μὲν εἰρήνην καὶ φιλίαν πρὸς τοιοῦτον ἄνδρα Θηβαίοις οὐχ ὑπέμεινεν· σπεισάμενος δὲ τριακονθημέρους ἀνοχὰς τοῦ πολέμου, καὶ λαβὼν τὸν Πελοπίδαν καὶ τὸν Ἰσμηνίαν, ἀνεχώρησεν.

Οἱ δὲ Θηβαῖοι, παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων καὶ τῶν Ἀθηναίων αἰσθόμενοι πρὸς τὸν μέγαν βασιλέα πρέσβεις ἀναβαίνοντας ὑπὲρ συμμαχίας, ἔπεμψαν καὶ αὐτοὶ Πελοπίδαν, ἄριστα βουλευσάμενοι πρὸς τὴν δόξαν αὐτοῦ. πρῶτον μὲν γὰρ ἀνέβαινε διὰ τῶν βασιλέως ἐπαρχιῶν, ὀνομαστὸς ὢν καὶ περιβόητος. οὐ γὰρ ἠρέμα διῖκτο τῆς Ἀσίας οὐδ' ἐπὶ μικρὸν ἡ δόξα τῶν πρὸς Λακεδαιμονίους ἀγώνων, ἀλλ' ὡς πρῶτος ἐπὶ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ἐξέδραμε λόγος,

cere jaculis; Meliboeam & Scotusam fœderatas civitates & amicas in concione satellitibus undique circumfusis citra ullum discrimen ætatis contrucidasse; lanceam qua confoderat patruum Polyphronem consecrasse, eique redimitæ ut Deo immolare, atque Tychonem appellare. Quum aliquando tragœdum Euripidis agentem Troadas spectaret, proripuisse se ex theatro, missoque nuntio confirmasse hominem atque adhortatum, ne ideo minus prosequeretur ludos; neque enim idcirco discedere se, quod eum fastidiret, sed quod erubesceret cives, si se, qui nullius unquam ab se necatorum fuisset captus misericordia, calamitati illacrymantem Hecubæ & Andromaches conspicerent. Iste tamen splendore ipso & nomine atque majestate Epaminondæ imperii perculsus,

Gallus velut servus premens alam horruit,

ac cito ad satisfaciendum legatos misit. Ille vero firmare inter Thebanos & istum hominem non sustinuit pacem & amicitiam, sed pactis induciis triginta dierum, receptisque Pelopida & Ismenia reduxit exercitum.

Porro Thebani legatos odorati de societate a Lacedæmoniis & Atheniensibus ad magnum regem mitti, legaverunt ipsi quoque Pelopidam, prudenti sane ob celebre nomen ejus consilio. Primum enim ascendit per regis provincias nobilis & celebratus. Neque enim segniter percurrerat Asiam neque obscure pugnarum cum Lacedæmoniis commissarum splendor. Verum ut primus de prœlio Leuctrico increbuit rumor, recentis

2

γος, ἀεί τινος καινοῦ προστιθεμένου κατορθώματος, αὐξανομένη καὶ ἀναβαίνουσα πορρωτάτω κατέσχεν· ἔπειτα τοῖς ἐπὶ θύραις σατράπαις καὶ στρατηγοῖς καὶ ἡγεμόσιν ὀφθείς, θαῦμα καὶ λόγον παρέσχεν, ὡς οὗτος ἀνήρ ἐστιν ὁ γῆς καὶ θαλάσσης ἐκβαλὼν Λακεδαιμονίους, καὶ συστείλας ὑπὸ τὸν Γέταν καὶ τὸν Εὐρώταν τὴν Σπάρτην, τὴν ὀλίγον ἔμπροσθεν βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ καὶ Πέρσαις δι' Ἀγησιλάου τὸν περὶ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἐπαραμένην πόλεμον. ταῦτ' οὖν ὁ Ἀρταξέρξης ἔχαιρεν· καὶ τὸν Πελοπίδαν ἔτι μᾶλλον ἐθαύμαζε τῇ δόξῃ, καὶ μέγαν ἐποίει ταῖς τιμαῖς, ὑπὸ τῶν μεγίστων εὐδαιμονίζεσθαι καὶ θεραπεύεσθαι βουλόμενος δοκεῖν. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ εἶδεν, καὶ τοὺς λόγους κατενόησε, τῶν μὲν Ἀττικῶν βεβαιοτέρους, τῶν δὲ Λακεδαιμονίων ἁπλουστέρους ὄντας, ἔτι μᾶλλον ἠγάπησε· καὶ πάθος βασιλικὸν παθών, οὐκ ἀπεκρύψατο τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα τιμήν, οὐδ' ἔλαθε τοὺς ἄλλους πρέσβεις πλεῖστον νέμων ἐκείνῳ. καίτοι δοκεῖ μάλιστα τῶν Ἑλλήνων Ἀνταλκίδαν τιμῆσαι τὸν Λακεδαιμόνιον, ὅτι τὸν στέφανον ὃν πίνων περιέκειτο, βάψας εἰς μύρον ἀπέστειλεν. Πελοπίδᾳ δὲ οὕτω μὲν οὐκ ἐνετρύφησεν, δῶρα δὲ λαμπρότατα καὶ μέγιστα τῶν νομιζομένων διέπεμψεν, καὶ τὰς ἀξιώσεις ἐπεκύρωσεν, αὐτονόμους μὲν εἶναι τοὺς Ἕλληνας, οἰκεῖσθαι δὲ Μεσσήνην· Θηβαίους δὲ πατρικοὺς φίλους νομίζεσθαι βασιλέως. ταύτας ἔχων τὰς ἀποκρίσεις, τῶν δὲ δώρων οὐδέν, ὅ, τι μὴ χάριτος ἦν σύμβολον καὶ φιλοφροσύνης, δεξάμενος, ἀνέζευξεν. ὃ καὶ μάλιστα τοὺς ἄλλους πρέσβεις διέβαλεν. Τιμαγόραν γοῦν Ἀθηναῖοι κρί-

centis semper alicujus accessione victoriæ increscens atque ascendens, ad superiores provincias longissime dispersus fuit. Deinde aulicorum oculis, satraparum, ducum, & principum subjectus, in magna fuit apud eos admiratione & sermone. Hunc scilicet illum esse virum qui terra marique Lacedæmonios profligasset, Spartamque, quæ non multo ante regi magno & Persis, duce Agesilao, de Susis & Ecbatanis intulerat bellum, intra Taygetum & Eurotam redegisset. Erant hæc grata Artaxerxi, qui, quo videretur suspici & coli a summis viris, magis auxit existimationem Pelopidæ, & extulit eum honoribus. Ut vero vultum ejus aspexit, & orationem audivit Attica graviorem, & simpliciorem Laconica, impendio magis complexus est eum, atque animo vere regio non dissimulavit quanti illum faceret. Neque clam fuit cæteros legatos plurimum illi tribuere: quamvis videretur inter Græcos eximio honore Antalcidam prosequutus Lacedæmonium fuisse, quod coronam, quam in convivio capite gerebat, in unguento mersam ei misisset. At cum Pelopida non egit tanta licentia, sed munera ei splendidissima & amplissima, quæ de more erant, misit, & postulata ejus confirmavit; ut Græci immunes suis legibus agerent, Messene colerctur, Thebani amici paterni regis haberentur. Cum his responsis nullo dono, nisi quod gratiæ & benevolentiæ esset pignus, accepto discessit. Quæ res reliquos legatos in calumniam conjecit præcipue. Siquidem Timagoram populus Atheni-

ναντες ἀπέκτειναν, εἰ μὲν ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν, ὀρθῶς καὶ δικαίως. οὐ γὰρ μόνον χρυσίον οὐδὲ ἀργύριον ἔλαβεν, ἀλλὰ τὴν κλίνην πολυτελῆ, καὶ στρώτας θεράποντας, ὡς τῶν Ἑλλήνων οὐκ ἐπισταμένων· ἔτι δὲ βοῦς ὀγδοήκοντα καὶ βουκόλους, ὡς δὴ πρὸς ἀρρωστίαν τινὰ γάλακτος βοείου δεόμενος. τέλος δὲ κατέβαινεν ἐπὶ θάλασσαν ἐν φορείῳ κομιζόμενος, καὶ τέσσαρα τάλαντα τοῖς κομίζουσι μισθὸς ἐδόθη παρὰ βασιλέως. ἀλλ' ἔοικεν οὐχ ἡ δωροδοκία μάλιστα παροξῦναι τοὺς Ἀθηναίους. Ἐπικράτους γοῦν ποτε τοῦ σκευοφόρου, μήτε ἀρνουμένου δῶρα δέξασθαι παρὰ βασιλέως, ψήφισμά τε γράφειν φάσκοντος, ἀντὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων, χειροτονεῖσθαι κατ' ἐνιαυτὸν ἐννέα πρέσβεις πρὸς βασιλέα τῶν δημοτικῶν καὶ πενήτων, ὅπως λαμβάνοντες εὐπορῶσιν, ἐγέλασεν ὁ δῆμος. ἀλλ' ὅτι Θηβαίοις ἐγεγόνει πάντα, χαλεπῶς ἔφερον, οὐ λογιζόμενοι τὴν Πελοπίδου δόξαν, ὅσων ἦν ῥητορειῶν καὶ λόγων κρείττων, παρ' ἀνθρώπῳ θεραπεύοντι τοὺς τῶν ὅπλων ἀεὶ κρατοῦντας.

Ἡ μὲν οὖν πρεσβεία τῷ Πελοπίδᾳ προσέθηκεν οὐ μικρὰν εὔνοιαν ἐπανελθόντι, διὰ τὸν Μεσσήνης συνοικισμὸν καὶ τὴν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων αὐτονομίαν. Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Φεραίου πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν ἀναδραμόντος, καὶ Θεσσαλῶν μὲν οὐκ ὀλίγας περικόπτοντος πόλεις, Φθιώτας δὲ καὶ Ἀχαιοὺς ἅπαντας καὶ τὸ Μαγνήτων ἔθνος ἔμφρουρον πεποιημένου· πυνθανόμεναι Πελοπίδαν ἐπανήκειν, αἱ πόλεις εὐθὺς ἐπρέσβευον εἰς Θήβας, αἰτούμεναι δύναμιν καὶ στρατηγὸν ἐκεῖνον. ψηφισαμένων δὲ τῶν Θηβαίων προθύμως, καὶ ταχὺ πάντων ἑτοίμων γινομένων, καὶ στρατηγοῦ περὶ ἔξοδον ὄντος, ὁ μὲν ἥλιος ἐξέ-

λιπεν,

ensis damnavit necavitque; si ob multitudinem donorum, recte atque ordine. Neque enim aurum modo & argentum acceperat, verum etiam pretiosum lectum & servos lectisterniatores, tanquam rudibus ad ista Græcis; insuper octoginta vaccas cum bubulcis, tanquam lacte bubulo ad valetudinem opus haberet: denique fuit lectica ad mare delatus, ac quatuor talenta lecticariis pro mercede præbita a rege. Atqui non videntur ob munera illa accepta præcipue exarsisse in eum Athenienses, quando Epicrate lixa olim nec dissimulante dona se ab rege accepisse, & profitente rogationem se laturum, ut novem archontum loco, novem quotannis legatos ad regem ex popularibus & tenuioribus designarent, quo muneribus auctiores forent, arrisit populus. Cæterum quod omnia tributa Thebanis fuissent, id eos momordit: non reputantes, Pelopidæ gloria quam multis splendidis dictionibus & orationibus apud hominem qui semper coleret bellica laude præstantes, præcelleret.

Atque hæc legatio quidem non mediocre regresso domum Pelopidæ studium, ob Messenes restitutionem & aliorum Græcorum libertatem peperit. At quia Alexander Pheræus iterum ad ingenium suum relapsus non pauca oppida Thessalis ademerat, Phthiotis, universo nomini Achæo, atque Magnetum genti imposuerat præsidium; ad nuntium revertentis Pelopidæ miserunt confestim civitates legatos ad petendum suppetias & illum ducem. Ea quum Thebani libentes scivissent, omniaque protinus parata, ac dux jam esset profecturus, sol defecit,

cit,

λιπεῖν, καὶ σκότος ἐν ἡμέρᾳ τὴν πόλιν ἔσχεν. ὁ δὲ Πελοπίδας ὁρῶν πρὸς τὸ φάσμα συντεταραγμένους ἅπαντας, οὐκ ᾤετο δεῖν βιάζεσθαι καταφόβους καὶ δυσέλπιδας ὄντας, οὐδὲ ἀποκινδυνεύειν ἑπτακισχιλίοις πολίταις· ἀλλ᾽ ἑαυτὸν μόνον τοῖς Θεσσαλοῖς ἐπιδοὺς, καὶ τριακοσίους τῶν ἱππέων ἐθελοντὰς ἀναλαβὼν καὶ ξένους, ἐξώρμησεν, οὔτε τῶν μάντεων ἐώντων, οὔτε τῶν ἄλλων συμπροθυμουμένων πολιτῶν. μέγα γὰρ ἐδόκει καὶ πρὸς ἄνδρα λαμπρὸν ἐξ οὐρανοῦ γεγονέναι σημεῖον. ὁ δὲ ἦν μὲν καὶ δι᾽ ὀργὴν ὧν καθύβριστο, θερμότερος ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον· ἤλπιζε δὲ καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ νοσοῦσαν ἤδη καὶ διεφθαρμένην εὑρήσειν, ἐξ ὧν διείλεκτο τῇ Θήβῃ. μάλιστα δ᾽ αὐτὸν καὶ παρεκάλει τὸ τῆς πράξεως κάλλος, ἐπιθυμοῦντα καὶ φιλοτιμούμενον, ἐν οἷς χρόνοις Λακεδαιμόνιοι Διονυσίῳ τῷ Σικελίας τυράννῳ στρατηγοὺς καὶ ἁρμοστὰς ἔπεμπον, Ἀθηναῖοι δὲ μισθοδότην Ἀλέξανδρον εἶχον, καὶ χαλκοῦν ἵστασαν ὡς εὐεργέτην, τότε τοῖς Ἕλλησιν ἐπιδεῖξαι Θηβαίους μόνους ὑπὲρ τῶν τυραννουμένων στρατευομένους, καὶ καταλύοντας ἐν τοῖς Ἕλλησι τὰς παρανόμους καὶ βιαίους δυναστείας.

Ὡς οὖν εἰς Φάρσαλον ἐλθὼν ἤθροιζε τὴν δύναμιν, εὐθὺς ἐβάδιζεν ἐπὶ τὸν Ἀλέξανδρον. ὁ δὲ Θηβαίους μὲν ὀλίγους περὶ τὸν Πελοπίδαν ὁρῶν, αὐτὸς δὲ πλείους ἔχων ἢ διπλασίους ὁπλίτας τῶν Θεσσαλῶν, ἀπήντα πρὸς τὸ Θετίδιον. εἰπόντος δέ τινος τῷ Πελοπίδᾳ πολλοὺς ἔχοντα τὸν τύραννον ἐπέρχεσθαι, Βέλτιον, ἔφη, πλείονας γὰρ νικήσομεν. ἀνατεινόντων δὲ πρὸς τὸ μέσον κατὰ τὰς καλουμένας κυνὸς κεφαλὰς λόφων περικλινῶν καὶ ὑψηλῶν, ὥρμησαν ἀμφότεροι τούτους καταλαβεῖν τοῖς πεζοῖς. τοὺς δ᾽ ἱππεῖς ὁ Πελοπίδας, πολ-

λοὺς

cit, & caligo occupavit interdiu urbem. Hoc ostento cernens Pelopidas trepidantem civitatem, non putavit pavidos & languescentes extrudendos, neque periculo objicienda septem millia civium, sed solum se dedit Thessalis, trahensque secum trecentos equites voluntarios & externos, profectus est obnuntiantibus vatibus, & reliquis civibus invitis: magnum enim existimabant de cœlo & inclyto viro factum portentum. At ille cum majore ira ex prioribus contumeliis exarserat in Alexandrum, tum spondebat sibi ex colloquiis cum Thebe habitis, domum se ejus affectam & exulceratam reperturum. Potissimum autem eum splendor facti acuit aventem & annitentem, quo tempore Lacedæmonii Siciliæ tyranno Dionysio duces & præfectos mittebant, & Athenienses sub Alexandro stipendia mererent, eique æneam statuam ut bene merenti posuerant, tunc Græcis ob oculos ponere, solos esse Thebanos qui belligerarent pro oppressis tyrannide, & injustos per Græciam & violentos dominatus obtererent.

Ut ergo Pharsalum venit, & delectum habuit, movit raptim in Alexandrum. Qui paucos Thebanos cernens cum Pelopida, quum duplo plures ipse pedites quam essent Thessali, haberet, occurrit ei ad fanum Thetidis. Quum Pelopidam autem moneret quidam, magna manu tyrannum adesse, Bene habet, inquit, plures enim vincemus. Tumuli convexi & excelsi circa Cynoscephalas appellatas, exporrecti adversi ad medium campi erant: hos occupare ambo peditatu institere. Equites autem Pelopidas, qui multi

&

λοὺς κἀγαθοὺς ὄντας, ἐφῆκε τοῖς ἱππεῦσι τῶν πολεμίων. ὡς δὲ οὗτοι μὲν ἐκράτουν, καὶ συνεξέπεσον εἰς τὸ πεδίον τοῖς φεύγουσιν, ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ὤφθη τοὺς λόφους καταλαβὼν, τοῖς ὁπλίταις τῶν Θεσσαλῶν ὕστερον ἐπερχομένοις, καὶ πρὸς ἰσχυρὰ καὶ μετέωρα χωρία βιαζομένοις ἐμβαλὼν, ἔκτεινε τοὺς πρώτους, οἱ δὲ ἄλλοι πληγὰς λαβόντες οὐδὲν ἔπρασσον. κατιδὼν οὖν ὁ Πελοπίδας, τοὺς μὲν ἱππεῖς ἀνεκαλεῖτο, καὶ πρὸς τὸ συνεστηκὸς τῶν πολεμίων ἐλαύνειν ἐκέλευεν· αὐτὸς δὲ συνέμιξε δρόμῳ τοῖς περὶ τοὺς λόφους μαχομένοις, εὐθὺς τὴν ἀσπίδα λαβών· καὶ διὰ τῶν ὄπισθεν ὠσάμενος εἰς τοὺς πρώτους, τοσαύτην ἐνεποίησε ῥώμην καὶ προθυμίαν ἅπασιν, ὥστε καὶ τοῖς πολεμίοις ἑτέρους δοκεῖν γεγονότας καὶ σώμασι καὶ ψυχαῖς ἐπέρχεσθαι. καὶ δύο μὲν ἢ τρεῖς ἀπεκρούσαντο προσβολὰς, ὁρῶντες δὲ καὶ τούτους ἐπιβαίνοντας εὐρώστως, καὶ τὴν ἵππον ἀπὸ τῆς διώξεως ἀναστρέψασαν, εἶξαν, ἐπὶ σκέλος ποιούμενοι τὴν ἀναχώρησιν. ὁ δὲ Πελοπίδας, ἀπὸ τῶν ἄκρων κατιδὼν ἅπαν τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων, οὔπω μὲν εἰς φυγὴν τετραμμένον, ἤδη δὲ θορύβου καὶ ταραχῆς ἀναπιμπλάμενον, ἔστη, καὶ περιέστησεν αὐτὸν, ζητῶν τὸν Ἀλέξανδρον. ὡς δ' εἶδεν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ παραθαρρύνοντα καὶ συντάττοντα τοὺς μισθοφόρους, οὐ κατέσχε τῷ λογισμῷ τὴν ὀργὴν, ἀλλὰ πρὸς τὴν βλέψιν ἀναφλεχθεὶς, καὶ τῷ θυμῷ παραδοὺς τὸ σῶμα καὶ τὴν ἡγεμονίαν τῆς πράξεως, πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἐξαλλόμενος ἐφέρετο, βοῶν καὶ προκαλούμενος τὸν τύραννον. ἐκεῖνος μὲν οὖν οὐκ ἐδέξατο τὴν ὁρμὴν οὐδὲ ὑπέμεινεν, ἀλλ' ἀναφυγὼν πρὸς τοὺς δορυφόρους, ἐνέκρυψεν ἑαυτόν. τῶν δὲ μισθοφόρων οἱ μὲν

πρῶ-

& fortes erant, immiſit in hoſtium equitatum. Ubi hi victores, & fugientium tergis inhærentes, delati ſunt in campum, Alexander vero colles illos conſpectus eſt tenere, & in peditatum Theſſalorum ſerius adventantem, ad aſperaque atque edita eluctantem invectus, primos interfecit, reliqui vulnerabantur impune. Eo Pelopidas animadverſo, revocavit equites, & in globum hoſtium imperavit dare impreſſionem. Ipſe arrepto clypeo raptim ſuccurrit iis qui in collibus pugnabant, ac per poſtremos erumpens in primam aciem, tantum roboris & alacritatis addidit omnibus, ut viderentur etiam hoſtibus alii eſſe facti, ac tum mutatis corporibus tum animis incumbere. Duas jam aut tres impreſſiones propulſaverant, quum vident & hos magna vi irrumpentes, & revertentem ab inſequendo equitatum; tunc vero gradum retulerunt. Pelopidas ex edito contemplatus totam hoſtium aciem nondum quidem vertiſſe terga, ſed fluctuantem undique & tumultuantem, ſubſtitit, ac circumlatis oculis requiſivit Alexandrum. Quem ut conſpexit mercenarios milites in dextro cornu cientem, ordineſque reſtituentem, non repreſſit ratione iram, ſed ad adſpectum ejus incenſus, commiſit ardori corpus & rei gerendæ imperium, longeque ante primam aciem invectus, alta voce provocavit tyrannum. Ille vero non excepit neque exſpectavit impetum ejus, verum vitabundus ſe inter ſtipatores abdidit. Mercenariorum qui

primi

πρῶτοι συμβαλόντες εἰς χεῖρας, ἀνεκόπησαν ὑπὸ τοῦ Πελοπίδου, τινὲς δὲ καὶ πληγέντες ἐτελεύτησαν. οἱ δὲ πολλοὶ τοῖς δόρασι πόρρωθεν διὰ τῶν ὅπλων τύπτοντες αὐτὸν κατετραυμάτιζον· ἕως οἱ Θεσσαλοὶ περιπαθήσαντες ἀπὸ τῶν λόφων δρόμῳ προσεβοήθησαν. ἤδη δὲ πεπτωκότος, οἵ τε ἱππεῖς προσελάσαντες, ὅλην ἐτρέψαντο τὴν φάλαγγα, καὶ διώξαντες ἐπὶ πλεῖστον, ἐνέπλησαν νεκρῶν τὴν χώραν, πλέον ἢ τρισχιλίους καταβαλόντες.

Τὸ μὲν οὖν Θηβαίων τοὺς παρόντας ἐπὶ τῇ τοῦ Πελοπίδου τελευτῇ βαρέως φέρειν, πατέρα καὶ σωτῆρα καὶ διδάσκαλον τῶν μεγίστων καὶ καλλίστων ἀγαθῶν ἀποκαλοῦντας ἐκεῖνον, οὐ πάνυ θαυμαστὸν ἦν. οἱ δὲ Θεσσαλοὶ καὶ οἱ σύμμαχοι, πᾶσαν ἀνθρωπίνῃ πρέπουσαν ἀρετῇ τιμὴν τοῖς ψηφίσμασιν ὑπερβαλόντες, ἔτι μᾶλλον ἐπεδείξαντο τοῖς πάθεσιν τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα χάριν. τοὺς μὲν γὰρ παραγεγονότας τῷ ἔργῳ λέγουσι μήτε θώρακα θέσθαι, μήτε ἵππον ἐκχαλινῶσαι, μήτε τραῦμα δήσασθαι πρότερον, ὡς ἐπύθοντο τὴν ἐκείνου τελευτήν, ἀλλὰ μετὰ τῶν ὅπλων θερμοὺς ἰόντας ἐπὶ τὸν νεκρὸν, ὥσπερ αἰσθανόμενον, τὰ τῶν πολεμίων κύκλῳ περὶ τὸ σῶμα σωρεύειν λάφυρα, κεῖραι δὲ ἵππους, κείρασθαι δὲ καὶ αὐτούς· ἀπιόντας δὲ πολλοὺς ἐπὶ σκηνὰς, μήτε πῦρ ἀνάψαι, μήτε δεῖπνον ἑλέσθαι, σιγὴν δὲ καὶ κατήφειαν εἶναι τοῦ στρατοπέδου παντὸς, ὥσπερ οὐ νενικηκότας ἐπιφανεστάτην νίκην καὶ μεγίστην, ἀλλ' ἡττημένων ὑπὸ τοῦ τυράννου καὶ καταδεδουλωμένων. ἐκ δὲ τῶν πόλεων, ὡς ἀπηγγέλθη ταῦτα, παρῆσαν αἵ τε ἀρχαὶ, καὶ μετ' αὐτῶν ἔφηβοι καὶ παῖδες καὶ ἱερεῖς, πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τοῦ σώματος, τρόπαια καὶ στεφάνους καὶ πανοπλίας χρυσᾶς ἐπιφέροντες.

primi pedem contulerunt, concisi a Pelopida, nonnulli etiam vulnerati interfectique. Maxima pars eminus arma ejus hastis trajecerunt, eumque contrucidaverunt; quousque supra modum anxii Thessali ex collibus ad ferendum suppetias decurrerunt. Jam prolapso eo, aderant equites qui totam pepulerant aciem, & longe fugientes consectati compleverant strage campos, interfectis amplius tribus millibus.

Hic gravem præsentium Thebanorum ex morte Pelopidæ molestiam, patrem, servatorem, maximarum ac præclarissimarum magistrum virtutum appellantium, nemo perinde mirabatur: Thessali vero qui omnem humanum virtuti debitum excesserunt decretis honorem, multo magis dolore suam adversus eum benevolentiam declaravere. Fama est eos qui huic prœlio interfuerunt, non ante loricam posuisse, non equo frænum detraxisse, non vulnus obligasse, ubi eum cecidisse acceperunt, sed armatos & calentes ad mortuum accurrisse velut spirantem, atque hostium spolia undique circa corpus cumulasse, totondisse equos, totondisse seipsos: multos, quum in tentoria se recepissent, nec ignem accendisse, nec cibum cepisse, silentium & mœstitiam universum exercitum occupavisse, non quasi clarissimam & maximam obtinuissent victoriam, verum tanquam a tyranno superati & oppressi fuissent. Ex urbibus, ubi hæc nuntiata sunt, magistratus, simulque adolescentes, pueri, & sacerdotes effuderunt se ad excipiendum corpus Pelopidæ, trophæa, coronas, atque armaturas aureas ingerentes.

τες. ὡς δ᾽ ἔμελλεν ἐκκομίζεσθαι τὸ σῶμα, προσελθόντες οἱ πρεσβύτατοι τῶν Θεσσαλῶν ᾐτοῦντο τοὺς Θηβαίους δι᾽ αὑτῶν θάψαι τὸν νεκρόν. εἷς δὲ αὐτῶν ἔλεγεν, Ἄνδρες σύμμαχοι, χάριν αἰτοῦμεν παρ᾽ ὑμῶν, κόσμον ἡμῖν ἐπὶ ἀτυχίᾳ τοσαύτῃ καὶ παραμυθίαν φέρουσαν. οὐ γὰρ ζῶντα Θεσσαλοὶ Πελοπίδαν προπέμψουσιν, οὐδὲ αἰσθανομένῳ τὰς ἀξίας τιμὰς ἀποδώσουσιν, ἀλλ᾽ ἐὰν ψαῦσαί τε τοῦ νεκροῦ τύχωμεν, καὶ δι᾽ αὐτῶν κοσμῆσαι, καὶ θάψαι τὸ σῶμα, δόξομεν ὑμῖν οὐκ ἀπιστεῖν ὅτι μείζων ἡ συμφορὰ γέγονε Θετταλοῖς ἢ Θηβαίοις. ὑμῖν γὰρ ἡγεμόνος ἀγαθοῦ μόνου, ἡμῖν δὲ καὶ τούτου καὶ τῆς ἐλευθερίας στέρεσθαι συμβέβηκεν. πῶς γὰρ ἔτι τολμήσομεν αἰτῆσαι στρατηγὸν ἄλλον παρ᾽ ὑμῶν, οὐκ ἀποδόντες Πελοπίδαν; ταῦτα μὲν οἱ Θηβαῖοι συνεχώρησαν.

Ἐκείνων δὲ τῶν ταφῶν οὐ δοκοῦσιν ἕτεραι λαμπρότεραι γενέσθαι, τοῖς τὸ λαμπρὸν οὐκ ἐν ἐλέφαντι καὶ χρυσῷ καὶ πορφύραις εἶναι νομίζουσιν, ὥσπερ Φίλιστος ὑμνῶν καὶ θαυμάζων τὴν Διονυσίου ταφὴν, οἷον τραγῳδίας μεγάλης, τῆς τυραννίδος ἐξόδιον θεατρικὸν γενομένην. Ἀλέξανδρος δὲ ὁ μέγας, Ἡφαιστίωνος ἀποθανόντος, οὐ μόνον ἵππους ἔκειρε καὶ ἡμιόνους, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπάλξεις ἀφεῖλεν τῶν τειχῶν· ὡς ἂν δοκοῖεν αἱ πόλεις πενθεῖν, ἀντὶ τῆς πρόσθεν μορφῆς κούριμον σχῆμα καὶ ἄτιμον ἀναλαμβάνουσαι. ταῦτα μὲν οὖν, προστάγματα δεσποτῶν ὄντα, καὶ μετὰ πολλῆς ἀνάγκης περαινόμενα, καὶ μετὰ φθόνου τῶν τυχόντων, καὶ μίσους τῶν βιαζομένων, οὐδεμιᾶς χάριτος ἦν οὐδὲ τιμῆς, ὄγκου δὲ βαρβαρικοῦ, καὶ τρυφῆς καὶ ἀλαζονείας ἐπίδειξις, εἰς κενὰ καὶ ἄζηλα τὴν περιουσίαν διατιθεμένων. ἀνὴρ δὲ δημοτικὸς ἐπὶ ξένης τεθνηκὼς, οὐ γυναικὸς,

tes. Ubi jam efferendum corpus fuit, ſeniores Theſſali adierunt Thebanos, poſtulantes ut permitterent ipſis mortuum funerare; quorum unus ita verba fecit, Beneficium, ſocii, a vobis petimus hoc, quod ornamento in tanta calamitate nobis & ſolatio erit. Non enim vivum Theſſali Pelopidam proſequuntur, nec meritos honores ſentienti habent, ſed ſi contrectare exanimem licebit, & per nos decorare atque humare corpus ejus, fidem faciemus vobis, credere nos cladem hanc eſſe Theſſalis quam Thebanis majorem. Vos enim bono imperatore tantum fortuna, nos & hoc & libertate ſpoliavit. Nam qua fronte alium poſthac ducem a vobis, non reddito Pelopida, poſcemus? Conceſſerunt ea Thebani.

Illo funere ſplendidiora fuiſſe dixerit alia nemo, qui ſplendorem non ebore, auro, purpura metitur; ut Philiſtus, qui Dionyſii decantat & ſtupet ſepulturam, quæ ſicut magnæ tragœdiæ tyrannidis theatrale exodium repræſentaret. Alexander Magnus defuncto Hephæſtione non equos modo & mulos totondit, verumetiam pinnas detraxit muris, quo urbes loco prioris imaginis ſordida aſſumpta & ſqualida ſpecie viderentur lugere. Sed juſſa dominorum hæc, quæ magna violentia exprimuntur, & cum invidia honoratorum, & odio cogentium, nullum ſignificaverunt ſtudium vel honorem, ſed barbaricum faſtum, ſed luxum, ſed inſolentiam, opes in res vanas & illaudatas effundentium. At vir popularis, quem peregre fato functum, non

κὸς, οὐ παίδων, οὐ συγγενῶν παρόντων, οὐ δεομένου τινὸς, οὐκ ἀναγκάζοντος, ὑπὸ δήμων τοσούτων καὶ πόλεων ἁμιλλωμένων προπεμπόμενος καὶ συνεκκομιζόμενος καὶ στεφανούμενος, εἰκότως ἐδόκει τὸν τελειότατον ἐπέχειν εὐδαιμονισμόν. οὐ γὰρ, ὡς Αἴσωπος ἔφασκε, χαλεπώτατός ἐστιν ὁ τῶν εὐτυχούντων θάνατος, ἀλλὰ μακαριώτατος, εἰς ἀσφαλῆ χώραν τὰς εὐπραξίας κατατιθέμενος τῶν ἀγαθῶν, καὶ τύχην μεταβάλλεσθαι ἀπολιπών. διὸ βέλτιον ὁ Λάκων τὸν Ὀλυμπιονίκην Διαγόραν, ἐπιδόντα μὲν υἱοὺς στεφανουμένους Ὀλυμπιάσιν, ἐπιδόντα δ' υἱωνοὺς καὶ θυγατριδοῦς, ἀσπασάμενος, Κάτθανε, εἶπε, Διαγόρας· οὐκ εἰς τὸν Ὄλυμπον ἀναβήσῃ. τὰς δὲ Ὀλυμπικὰς καὶ Πυθικὰς νίκας οὐκ ἄν, οἶμαι, τις εἰς τὸ αὐτὸ συνθεὶς ἁπάσας, ἑνὶ τῶν Πελοπίδου παραβαλεῖν ἀγώνων ἀξιώσειεν, οὓς πολλοὺς ἀγωνισάμενος καὶ κατορθώσας, καὶ τοῦ βίου τὸ πλεῖστον ἐν δόξῃ καὶ τιμῇ βιώσας, τέλος ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ βοιωταρχίᾳ, τυραννοκτονίᾳ μεμιγμένην ἀριστείαν ἀριστεύων, ὑπὲρ τῆς τῶν Θεσσαλῶν ἐλευθερίας ἀπέθανεν.

Ὁ δὲ θάνατος αὐτοῦ μεγάλα μὲν ἐλύπησε τοὺς συμμάχους, μείζονα δὲ ὠφέλησεν. Θηβαῖοι γὰρ, ὡς ἐπύθοντο τὴν τοῦ Πελοπίδου τελευτὴν, οὐδεμίαν ἀναβολὴν ποιησάμενοι τῆς τιμωρίας, κατὰ τάχος ἐστράτευσαν ὁπλίταις ἑπτακισχιλίοις, ἱππεῦσι δ' ἑπτακοσίοις, ἡγουμένου Μαλκίτου καὶ Διογείτονος. καταλαβόντες δὲ συνεσταλμένον καὶ περικεκομμένον τῆς δυνάμεως Ἀλέξανδρον, ἠνάγκασαν Θεσσαλοῖς μὲν ἀποδοῦναι τὰς πόλεις ἃς εἶχεν αὐτῶν, Μάγνητας δὲ καὶ Φθιώτας καὶ Ἀχαιοὺς ἀφεῖναι, καὶ τὰς φρουρὰς ἐξαγαγεῖν

ὁμό-

non conjuge, non liberis, non præſentibus propinquis, nemine rogante vel compellente, tam multi populi & civitates certatim pro ſe quique proſequuti ſunt, extulerunt, & coronis decorarunt, jure viſus eſt ſummam aſſequutus beatitudinem. Non enim (ut Æſopus ait) mors eſt fœlicium acerbiſſima, verum beatiſſima: quæ res bonorum virorum lætas ſecuro loco depoſuit, & fortunæ declinavit converſionem. Melius ergo Lacon ille qui Olympionicam Diagoram, quum ſpectaſſet filios ille victores Olympiæ, ſpectaſſet etiam nepotes ex filiis & filiabus, ſalutans, Morere Diagora, inquit, non enim in cœlum aſcenſurus es. Olympiacas autem & Pythicas laureas nemo, opinor, in unum collectas omnes uni dignetur conferre Pelopidæ certaminum: quæ quum multa decertaſſet, & victor evaſiſſet, vitamque pene omnem glorioſe & honorifice traduxiſſet, tandem in decima tertia bœotarchia, conjunctum cum tyranni oppreſſione decus obiens, pro Theſſalorum exſpiravit libertate.

Mors ejus quamvis valde gravis fuerit ſociis, magis fuit tamen fructuoſa: ſiquidem Thebani ſimul atque fatum Pelopidæ intellexerunt, nulla interpoſita ulciſcendi mora, eduxerunt raptim, Malcite & Diogitone ducibus, exercitum ſeptem millium peditum & ſeptingentorum equitum. Quum autem reperiſſent dejectum Alexandrum & viribus truncatum, compulerunt eum, ut Theſſalis, quæ ademerat iis, oppida reſtitueret, Magnetas, Phthiotas, Achæos liberaret, & præſidia inde deduceret,

de-

ὀμόσαι δὲ αὐτὸν, ἐφ' οἷς ἂν ἡγῶνται Θηβαῖοι καὶ κελεύσωσιν, ἀκολουθήσειν. Θηβαῖοι μὲν οὖν τούτοις ἠρκέσθησαν. ἣν δὲ ὀλίγον ὕστερον τοῖς Θεοῖς ὑπὲρ Πελοπίδου δίκην ἔδωκεν, διηγήσομαι. Θήβην τὴν συνοικοῦσαν αὐτῷ, πρῶτον μὲν, ὡς εἴρηται, Πελοπίδας ἐδίδαξε μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἔξω λαμπρότητα καὶ παρασκευὴν τῆς τυραννίδος, ἐντὸς τῶν ὅπλων καὶ τῶν φυγάδων οὖσαν. ἔπειτα δὲ φοβουμένη τὴν ἀπιστίαν αὐτοῦ, καὶ μισοῦσα τὴν ὠμότητα, συνθεμένη μετὰ τῶν ἀδελφῶν, τριῶν ὄντων, Τισιφόνου, Πυθολάου, Λυκόφρονος, ἐπεχείρει τόνδε τὸν τρόπον. τὴν μὲν ἄλλην οἰκίαν τοῦ τυράννου κατεῖχον αἱ φυλακαὶ τῶν παρανυκτερευόντων, ὁ δὲ θάλαμος ἐν ᾧ καθεύδειν εἰώθεσαν, ὑπερῷος ἦν, καὶ πρὸ αὐτοῦ φυλακὴν εἶχεν κύων δεδεμένος, πᾶσι φοβερὸς πλὴν αὐτοῖς ἐκείνοις καὶ ἑνὶ τῶν οἰκετῶν τῷ τρέφοντι. καθ' ὃν οὖν ἔμελλε καιρὸν ἐπιχειρεῖν ἡ Θήβη, τοὺς μὲν ἀδελφοὺς ἀφ' ἡμέρας εἶχε πλησίον ἐν οἴκῳ τινὶ κεκρυμμένους· εἰσελθοῦσα δὲ, ὥσπερ εἰώθει, μόνη πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον ἤδη καθεύδοντα, καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν προελθοῦσα, τῷ μὲν οἰκέτῃ προσέταξεν ἀπάγειν ἔξω τὸν κύνα· βούλεσθαι γὰρ ἀναπαύεσθαι μεθ' ἡσυχίας ἐκεῖνον. αὐτὴ δὲ δὲ τὴν κλίμακα, φοβουμένη μὴ κτύπον παράσχῃ τῶν νεανίσκων ἀναβαινόντων, ἐρίοις κατεστόρεσεν· εἶτα οὕτως ἀναγαγοῦσα τοὺς ἀδελφοὺς ξιφήρεις, καὶ στήσασα πρὸ τῶν θυρῶν, εἰσῆλθεν αὐτὴ, καὶ καθελοῦσα τὸ ξίφος ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς κρεμάμενον, σημεῖον εἶναι τοῦ κατέχεσθαι τὸν ἄνδρα καὶ καθεύδειν ἔδειξεν. ἐκπεπληγμένων δὲ τῶν νεανίσκων, καὶ κατοκνούντων, κακίζουσα καὶ διομνυμένη μετ' ὀργῆς, αὐτὴ τὸν Ἀλέξανδρον ἐξεγείρασα μηνύσειν τὴν πρᾶξιν, αἰ-

σχυν-

denique ipse juraret se, quocunque ducerent, quicquid mandarent Thebani, obsecuturum: hac mulcta satiati Thebani fuere. Quas vero paulo post ob Pelopidam pœnas Diis dederit commemorabo. Theben ejus conjugem primum Pelopidas (uti diximus) docuit ne trepidaret splendorem & apparatum tyrannidis externum, armis vallatum & fugitivis. Deinde ipsa metuens hominis perfidiam, & crudelitatem exosa, coitione cum tribus fratribus suis facta, Tisiphono, Pytholao, Lycophrone, insidias ei ad hunc modum struit. Cætera ædium tyranni statio excubantium servabat; cubiculum vero ubi solebant quiescere in edito erat, pro quo canis deligatus, omnibus, nisi ipsis & uni servo qui eum curabat, horrendus, agebat excubias. Quo tempore eum statuerat Thebe adoriri, fratres jam de die in conclave quoddam abdiderat propinquum. Ea more suo ad Alexandrum sola jam sopitum ingressa, ac mox egressa, servo foras jussit canem abducere, velle illum dicens quiete dormire. Scalas etiam, verita ne strepitum ederent ascendentibus adolescentibus, constravit lana. Inde ad thalamum fratres gladiis accinctos adduxit: quibus pro foribus relictis, ingressa est ipsa. Ensem, qui supra caput ejus suspensus erat, detractum ad significandum recubuisse eum somno stratum, ostendit fratribus. Hic adolescentes terrore exanimatos & torpescentes illa lacerans probris ac frendens dejeravit, Alexandrum se excitaturam, consiliumque ei aperturam. Ita pudore

χιωθέντας αὐτοὺς ἅμα καὶ φοβηθέντας εἰσήγαγε καὶ περιέστησεν τῇ κλίνῃ, προσφέρουσα τὸν λύχνον. τῶν δὲ ὁ μὲν τοὺς πόδας κατεῖχεν πιέσας, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν λαβόμενος τῶν τριχῶν ἀνέκλασεν, ὁ δὲ τρίτος τῷ ξίφει τύπτων αὐτὸν διεχρήσατο· τῷ μὲν τάχει τῆς τελευτῆς, πρότερον ἴσως ἢ προσῆκον ἦν ἀποθανόντα· τῷ δὲ μόνῳ, πρῶτον τύραννον ὑπὸ γυναικὸς ἰδίας ἀπολέσθαι, καὶ τῇ μετὰ θάνατον αἰκίᾳ τοῦ σώματος, ῥιφέντος καὶ πατηθέντος ὑπὸ τῶν Φεραίων, ἄξια πεπονθέναι δόξαντα τῶν παρανομημάτων.


dore simul & metu perfusos introduxit, lumenque admovens circumjecit eos cubili. Quorum unus apprehendit pressitque pedes, illius caput alter crinibus correptum retorsit, tertius ense feriens obtruncavit eum. Ac mortis quidem celeritate citius fortasse quam oportuit defunctus est. Uno vero hoc, quod primus omnium tyrannorum a propria sit uxore sublatus, & post obitum cadaver cum contumelia projectum a Pheræis conculcatumque, dignum facinoribus suis exitum visus est invenisse.





Tho: Sadler. P.

ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ.



ΑΡΚΟΝ δὲ Κλαύδιον τὸν πεντάκις ὑπατεύσαντα Ῥωμαίων, Μάρκου μὲν υἱὸν γενέσθαι λέγουσιν, κληθῆναι δὲ τῶν ἀπὸ τῆς οἰκίας πρῶτον Μάρκελλον, ὅπερ ἐστὶν Ἀρήϊον, ὥς φησι Ποσειδώνιος. ἦν γὰρ τῇ μὲν ἐμπειρίᾳ πολεμικὸς, τῷ δὲ σώματι ῥωμαλέος, τῇ δὲ χειρὶ πλήκτης, τῇ δὲ φύσει φιλοπόλεμος. καὶ τούτῳ δὴ, πολὺ τὸ γαῦρον καὶ ἀγέρωχον ἐπιφαίνων ἐν τοῖς ἀγῶσιν, τῷ δὲ ἄλλῳ τρόπῳ, σώφρων, φιλάνθρωπος, Ἑλληνικῆς παιδείας καὶ λόγων, ἄχρι τοῦ τιμᾶν καὶ θαυμάζειν τοὺς κατορθοῦντας ἐραστὴς, αὐτὸς δ' ὑπ' ἀσχολιῶν ἐφ' ὅσον ἦν πρόθυμος ἀσκῆσαι καὶ μαθεῖν οὐκ ἐξικόμενος. εἰ γὰρ ἄλλοις τισὶν ἀνθρώποις ὁ Θεὸς, ὥσπερ Ὅμηρος εἴρηκεν,

Ἐκ νεότητος ἔδωκε καὶ εἰς γῆρας τολυπεύειν
Ἀργαλέους πολέμους,

καὶ τοῖς τότε πρωτεύουσι Ῥωμαίων· οἱ νέοι μὲν ὄντες, περὶ Σικελίαν Καρχηδονίοις,

M. Claudium, qui consul Romanus quinquies fuit, patrem habuisse Marcum memorant. Primum suæ gentis tradit Posidonius vocatum Marcellum quasi Martialem. Fuit enim usu rei militaris peritus, corpore robustus, manu strenuus, bellorum natura cupidus. Igitur ferociam hanc ingentem & fervorem ad prœlia attulit, reliqua modestus, humanus, Græcarum literarum & disciplinarum hactenus, ut coleret præstantes in iis & in admiratione haberet, studiosus, sed parem voluntati non est exercitationem in iis, neque doctrinam propter occupationes assequutus. Nam si quos homines Deus alios, ut ait Homerus,

A teneris voluit versari Marte feroci
Ultimum in usque diem,

voluit certe principes ejus memoriæ Romanos. Qui juvenes bellum cum Pœnis in Sicilia,

δονίοις, ἀκμάζοντες δὲ Γαλάταις ὑπὲρ αὐτῆς Ἰταλίας ἐπολέμουν, ἤδη δὲ γηρῶντες, Ἀννίβᾳ πάλιν συνείχοντο καὶ Καρχηδονίοις, οὐκ ἔχοντες, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, διὰ γῆρας ἀνάπαυσιν στρατειῶν, ἀλλ' ἐπὶ στρατηγίας πολέμων καὶ ἡγεμονίας κατ' εὐγένειαν καὶ ἀρετὴν ἀγόμενοι.

Μάρκελλος δὲ πρὸς οὐδὲν μὲν ἦν μάχης εἶδος ἀργὸς, οὐδὲ ἀνάσκητος, αὐτὸς δὲ αὑτοῦ κράτιστος ἐν τῷ μονομαχεῖν γινόμενος, οὐδεμίαν πρόκλησιν ἔφυγε, πάντας δὲ τοὺς προκαλεσαμένους ἀπέκτεινεν. ἐν δὲ Σικελίᾳ τὸν ἀδελφὸν Ὀτακίλιον κινδυνεύοντα διέσωσεν, ὑπερασπίσας καὶ ἀποκτείνας τοὺς ἐπιφερομένους. ἀνθ' ὧν ὄντι μὲν ἔτι νέῳ στέφανοι καὶ γέρα παρὰ τῶν στρατηγῶν ἦσαν. εὐδοκιμοῦντα δὲ μᾶλλον, ἀγορανόμον μὲν ἀπέδειξε τῆς ἐπιφανεστέρας τάξεως ὁ δῆμος, οἱ δὲ ἱερεῖς, αὔγουρα· τοῦτο δ' ἐστὶν ἱερωσύνης εἶδος ᾧ μάλιστα τὴν ἀπ' οἰωνῶν μαντικὴν ἐπιβλέπειν, καὶ παραφυλάττειν νόμος δέδωκεν. ἠναγκάσθη δὲ ἀγορανομῶν, δίκην ἀβούλητον εἰσενεγκεῖν. ἦν γὰρ αὐτῷ παῖς ὁμώνυμος, ἐν ὥρᾳ τὴν ὄψιν ἐκπρεπὴς, οὐχ ἧττον δὲ τῷ σωφρονεῖν καὶ πεπαιδεῦσθαι περίβλεπτος ὑπὸ τῶν πολιτῶν· τούτῳ Καπετωλῖνος ὁ τοῦ Μαρκέλλου συνάρχων, ἀσελγὴς ἀνὴρ καὶ θρασὺς, ἐρῶν λόγους προσήνεγκεν. τοῦ δὲ παιδὸς τὸ μὲν πρῶτον αὐτοῦ καθ' ἑαυτὸν ἀποτρεψαμένου τὴν πεῖραν, ὡς δ' αὖθις ἐπεχείρησεν, κατειπόντος πρὸς τὸν πατέρα, βαρέως ἐνεγκὼν ὁ Μάρκελλος, προσήγγειλε τῇ βουλῇ τὸν ἄνθρωπον. ὁ δὲ πολλὰς μὲν ἀποδράσεις καὶ παραγραφὰς ἐμηχανᾶτο, τοὺς δημάρχους ἐπικαλούμενος· ἐκείνων δὲ μὴ προσδεχομένων τὴν ἐπίκλησιν, ἀρνήσει τὴν αἰτίαν ἔφυγε. καὶ μάρ-

cilia, constante ætate de ipsa Italia cum Gallis habuerunt; ad postremum cum Annibale & Pœnis iterum jam colluctati sunt senes, caruntque, contra ac vulgus, in senio vacatione militiæ, quod præ nobilitate atque virtute veherentur ad gerenda bella & imperium.

Marcellus autem tum nullius generis pugnandi expers vel rudis, tum vero in singulari certamine ex provocatione vicit seipsum. Quare a quocunque provocaretur, non detrectavit, omnesque interfecit a quibus esset provocatus. Fratrem in Sicilia Otacilium circumventum protexit servavitque, & hostes qui eum premebant occidit; ob quæ facta coronis juvenis aliisque præmiis est ab imperatoribus donatus. Quum vero magis ac magis virtus ejus enitesceret, creavit eum ædilem curulem populus, pontifices augurem. Sacerdotium id est cui potissimum auguriorum procurationem observationemque lex attribuit. In ædilitate ex casu quodam necesse habuit accusationem instituere. Filium habebat cognominem, cum forma in flore ætatis insigni, tum moribus & eruditione rara, ut eum cives admirarentur. Hunc lascivus & audax homo amore deperiens, collega Marcelli, Capitolinus attentavit. Cujus tentationem adolescens primum per se rejicit; ubi ille eum iterum appellat, defert rem ad patrem. Id iniquo animo ferens Marcellus, accusat hominem in senatu. Qui appellatis tribunis plebis, varia diverticula, varias præscriptiones molitur; neque tamen his provocationem recipientibus, inficiatione rejicit crimen. Quia vero

μάρτυρος οὐδενὸς τῶν λόγων γεγονότος, ἔδοξε μεταπέμπεσθαι τὸν παῖδα τῇ βουλῇ. παραγινομένου δ' ἰδόντες ἐρύθημα, καὶ δάκρυον, καὶ μεμιγμένον ἀπαύστῳ θυμουμένῳ τὸ αἰδούμενον, οὐδενὸς ἄλλου δεηθέντες τεκμηρίου κατεψηφίσαντο, καὶ χρήμασιν ἐζημίωσαν Καπετωλῖνον· ἐξ ὧν ὁ Μάρκελλος ἀργυραμοιβίαν ποιησάμενος, τοῖς Θεοῖς καθιέρωσεν.

Ἐπεὶ δὲ τοῦ πρώτου τῶν Καρχηδονίων πολέμου ἔτει δευτέρῳ καὶ εἰκοστῷ συναιρεθέντος, ἀρχαὶ πάλιν Γαλατικῶν ἀγώνων διεδέχοντο τὴν Ῥώμην· οἱ δὲ τὴν ὑπαλπείαν νεμόμενοι τῆς Ἰταλίας Ἴβηρες, Κελτικὸν ἔθνος, μεγάλοι καὶ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες, δυνάμεις ἐκάλουν, καὶ μετεπέμποντο Γαλατῶν τοὺς μισθοῦ στρατευομένους, οἳ Γεσάται καλοῦνται· καὶ θαυμαστὸν μὲν ἐδόκει, καὶ τύχης ἀγαθῆς γενέσθαι, τὸ μὴ συρραγῆναι τὸν Κελτικὸν εἰς τὸ αὐτὸ τῷ Λιβυκῷ πόλεμον· ἀλλ' ὥσπερ ἐφεδρείαν εἰληφότας τοὺς Γαλάτας, ὀρθῶς καὶ δικαίως ἀτρεμήσαντας μαχομένων ἐκείνων, οὕτω τότε δὴ τοῖς νενικηκόσιν ἐπαποδύεσθαι, καὶ προκαλεῖσθαι σχολὴν ἄγοντας. οὐ μὴν ἀλλὰ μέγαν ἥ τε χώρα παρεῖχε φόβον, διὰ τὴν γειτνίασιν ὁμόρῳ καὶ προσοίκῳ πολέμῳ συνοισομένοις, καὶ τὸ παλαιὸν ἀξίωμα τῶν Γαλατῶν· οὓς μάλιστα Ῥωμαῖοι δεῖσαι δοκοῦσιν, ἅτε δὴ καὶ τὴν πόλιν ὑπ' αὐτῶν ἀποβαλόντες, ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ θέμενοι νόμον, ἀτελεῖς εἶναι στρατείας τοὺς ἱερέας, πλὴν εἰ μὴ Γαλατικὸς πάλιν ἐπέλθοι πόλεμος. ἐδήλου δὲ καὶ τὸν φόβον αὐτῶν ἥ τε παρασκευή (μυριάδες γὰρ ἐν ὅπλοις ἅμα τοσαῦται Ῥωμαίων, οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον γενέσθαι λέγονται) καὶ τὰ περὶ τὰς θυσίας καινοτομούμενα· βαρβαρικὸν μὲν

οὐδὲν

vero tentatio Capitolini remotis arbitris fuerat, placuit ſenatui puerum accerſere. Cujus ruborem & lacrymas præſentis, mixtumque flagrantiſſima ira pudorem quum cernunt patres, nullo ultra quæſito indicio, damnant Capitolinum, litemque pecunia æſtimant, ex qua menſam argentariam fecit Marcellus, quam Diis dicavit.

Porro primum bellum Punicum vigeſimo & altero anno finitum, ſemina rurſus tumultus Gallici Romæ exceperunt. Iberes, qui regionem Italiæ ſubalpinam incolebant, gens Gallica vel per ſe pollens, milites ex cæteris Gallis mercenaria ſtipendia merentes, qui Gæſatæ vocantur, exciverunt. Miraculum autem fuit & fœlicitas populi Romani, quod in Punicum non incurriſſet bellum Gallicum, ſed velut ſpectatores, ut integri aſſurgerent in victorem, dum illud gereretur, bona fide quieviſſent, tunc autem victores adorirentur laceſſerentque otioſos. At non mediocrem pavorem tamen ſuſcepturis bellum Romanis propinquum & finitimum, vicinia & antiqua gloria injecit Gallorum, quos timuiſſe eos præ cæteris, quod urbem aliquando cepiſſent, apparet. A quo tempore lege cautum fuit vacationem pontificibus, niſi tumultu Gallico ingruente, eſſe. Trepidationis etiam indicia, qua belli apparatus (neque enim tot uno tempore legiones habuiſſe in armis populus Romanus vel ante vel poſt unquam fertur) qua ſacrificia extraordinaria fuere. Qui quum ab inſtitutis barbaro-

rum

οὐδὲν οὐδ' ἔκφυλον ἐπιτηδεύοντες, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα ταῖς δόξαις Ἑλληνικῶς διακείμενοι, καὶ πρᾴως πρὸς τὰ θεῖα, τότε τοῦ πολέμου συμπεσόντος ἠναγκάσθησαν εἶξαι λογίοις τισὶν ἐκ τῶν Σιβυλλείων, δύο μὲν Ἕλληνας, ἄνδρα καὶ γυναῖκα, δύο δὲ Γαλάτας ὁμοίως ἐν τῇ καλουμένῃ βοῶν ἀγορᾷ κατορύξαι ζῶντας, οἷς ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ Νοεμβρίῳ μηνὶ δρῶσιν Ἕλλησι καὶ Γαλάταις ἀπορρήτους καὶ ἀθεάτους ἱερουργίας.

Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι τῶν ἀγώνων, νίκας τε μεγάλας καὶ σφάλματα τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέγκαντες, εἰς οὐδὲν ἐτελεύτησαν πέρας βέβαιον· Φλαμινίου δὲ καὶ Φουρίου τῶν ὑπάτων, μεγάλαις ἐκστρατευσάντων δυνάμεσιν ἐπὶ τοὺς Ἰνσόμβρας, ὤφθη μὲν αἵματι ῥέων ὁ διὰ τῆς Πηκινίδος χώρας ποταμὸς, ἐλέχθη δὲ τρεῖς σελήνας φανῆναι περὶ πόλιν Ἀρίμινον. οἱ δὲ περὶ ταῖς ὑπατικαῖς ψηφοφορίαις παραφυλάττοντες οἰωνοὺς ἱερεῖς, διεβεβαιοῦντο μοχθηρὰς καὶ δυσόρνιθας αὐτοῖς γεγονέναι τὰς τῶν ὑπάτων ἀναγορεύσεις. εὐθὺς οὖν ἔπεμψεν ἡ σύγκλητος ἐπὶ τὸ στρατόπεδον γράμματα, καλοῦσα καὶ μεταπεμπομένη τοὺς ὑπάτους, ὅπως ἐπανελθόντες ᾗ τάχιστα τὴν ἀρχὴν ἀπείπωνται, καὶ μηδὲν ὡς ὕπατοι φθάσωσι πρᾶξαι πρὸς τοὺς πολεμίους. ταῦτα δεξάμενος τὰ γράμματα Φλαμίνιος, οὐ πρότερον ἔλυσεν, ἢ μάχῃ συνάψας τρέψασθαι τοὺς βαρβάρους καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπιδραμεῖν. ὡς οὖν ἐπανῆλθεν μετὰ πολλῶν λαφύρων, οὐκ ἀπήντησεν ὁ δῆμος, ἀλλ' ὅτι καλούμενος οὐκ εὐθὺς ὑπήκουσεν, οὐδὲ ἐπείθη τοῖς γράμμασιν, ἀλλ' ἐνύβρισε καὶ κατεφρόνησεν, μικροῦ μὲν ἐδέησεν ἀποψηφίζεσθαι τὸν θρίαμβον αὐτοῦ· θριαμβεύ-

rum & immanium gentium essent alienissimi, ac de Diis imprimis cum Græcis & pie sentirent, tum bello ingruente ex vaticiniis librorum Sibyllinorum Græcum & Græcam, simulque Gallum & Gallam in foro boario, quod vocant, sub terra vivos demisere: quibus ad hunc usque diem Græcis & Gallis sacra arcana & nefanda faciunt mense Novembri.

Per initia hujus belli quum Romani nunc insignes victorias obtinerent, nunc fœde cæderentur, nihil perfectum ad summam belli, donec C. Quintius Flaminius, & P. Furius Philo consules in Insubres ingentes copias duxere. Tum qui per agrum Picenum perfluit, amnem sanguine conspexerunt manantem. Fama fuit tres lunas visas Arimini. Comitiis autem consularibus vitio creatos consules, augures quibus hæc curæ erant, obnuntiaverunt. Extemplo igitur misit in castra senatus literas, quibus consules accersiverunt & revocaverunt Romam, ut consulatu se primo quoque tempore abdicarent, nec quicquam pro imperio adversus hostes gererent. Eas allatas Flaminius non prius quam fusis fugatisque barbaris fines eorum esset depopulatus, solvit. Quare redeunti cum ingenti præda non prodiit obviam populus, immo, quia literis, quibus retrahebatur, non paruisset statim, neque dicto audiens fuisset, sed eas ludibrio & contemptui habuisset, nihil propius factum est quam ut ei negaret triumphum. Secundum tri-

βεύσαντα δὲ, ἰδιώτην ἐποίησεν, ἀναγκάσας ἐξομόσασθαι τὴν ὑπατείαν μετὰ τοῦ συνάρχοντος. οὕτω πάντα τὰ πράγματα Ῥωμαίοις εἰς τὸν Θεὸν ἀνήγετο. μαντειῶν δὲ καὶ πατρίων ὑπεροψίαν οὐδ' ἐπὶ ταῖς μεγίσταις εὐπραξίαις ἀπεδέχοντο, μεῖζον ἡγούμενοι πρὸς σωτηρίαν πόλεως, τὸ θαυμάζειν τὰ θεῖα τοὺς ἄρχοντας, ἢ τὸ κρατεῖν τῶν πολεμίων.

Τιβέριος οὖν Σεμπρώνιος, ἀνὴρ δι' ἀνδρείαν καὶ καλοκαγαθίαν οὐδενὸς ἧττον ἀγαπηθεὶς ὑπὸ Ῥωμαίων, ἀπέδειξε μὲν ὑπάτων διαδόχους, Σκιπίωνα Νασικᾶν καὶ Γάϊον Μάρκιον· ἤδη δὲ ἐχόντων αὐτῶν ἐπαρχίας, καὶ στρατευματικοῖς ὑπομνήμασιν ἐντυχὼν, εὗρεν ἠγνοημένον ὑφ' αὐτοῦ τι τῶν πατρίων. ἦν δὲ τοιοῦτον· ὅταν ἄρχων ἐπ' ὄρνισι καθεζόμενος ἔξω πόλεως οἶκον ἢ σκηνὴν μεμισθωμένην, ὑπ' αἰτίας τινὸς ἀναγκασθῇ, μήπω γεγονότων σημείων βεβαίων, ἐπανελθεῖν εἰς πόλιν, ἀφεῖναι ἐχρῆν τὸ προμεμισθωμένον οἴκημα, καὶ λαβεῖν ἕτερον ἐξ οὗ ποιήσεται τὴν θέαν αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς. τοῦτο ἔλαθεν, ὡς ἔοικε, τὸν Τιβέριον, καὶ δὶς τῷ αὐτῷ χρησάμενος, ἀπέδειξε τοὺς εἰρημένους ἄνδρας ὑπάτους. ὕστερον δὲ γνοὺς τὴν ἁμαρτίαν, ἀνήνεγκε πρὸς τὴν σύγκλητον. ἡ δὲ οὐ κατεφρόνησε τοῦ κατὰ μικρὸν οὕτως ἐλλείμματος, ἀλλ' ἔγραψε τοῖς ἀνδράσι· καὶ ἐκεῖνοι τὰς ἐπαρχίας ἀπολιπόντες, ἐπανῆλθον εἰς Ῥώμην ταχὺ, καὶ κατέθεντο τὴν ἀρχήν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐπράχθη. περὶ δὲ τοὺς αὐτοὺς ἐκείνους χρόνους, καὶ δύο ἱερεῖς ἐπιφανέστατοι τὰς ἱερωσύνας ἀφῃρέθησαν, Κορνήλιος μὲν Κέθηγος, ὅτι τὰ σπλάγχνα τοῦ ἱερείου παρὰ τάξιν ἐπέδωκεν· Κόϊντος δὲ Σουλπίκιος, ἐπὶ τῷ θύ-

triumphum abrogavit ei extemplo cum collega magiſtratum, eoſque redegit in ordinem. Ita omnia Romæ ex religione pendebant. Auſpicia rituſque veteres, ne ſi ſecundiſſimi quidem rerum ſequerentur curſus, ferebant negligi; antiquius ad ſalutem publicam rati, ſi magiſtratus Deos ſuſpicerent, quam ſi ſuperarent hoſtes.

Itaque Tiberius Sempronius, quem virtutis & probitatis gratia cives plurimi fecerunt, ſucceſſores creavit conſul Scipionem Naſicam & C. Martium. Quum jam in provincias profecti illi eſſent, incidit in libros ad militaria præcepta pertinentes: ubi quiddam, quod latuerat ipſum, ſolenne reperit. Id hoc fuit: quum auſpicaretur conſul, in domo extra urbem vel in tabernaculo ad id conducto ſedebat; quod ſiqua de cauſa redire in urbem nulliſdum viſis certis ſignis cogeretur, relinquendum erat prius conductum tabernaculum, & quærendum alterum, ex quo de integro cœlorum aſpectus obſervaret. Hoc quum Tiberium (uti reor) falleret, bis eodem uſus, illos quos dixi, renuntiavit conſules. Cognito poſt vitio, rem ad ſenatum retulit: neque neglexit adeo minutam offenſionem ſenatus, ſcripſit Scipioni Naſicæ & C. Martio, qui relictis provinciis, illico Romam regreſſi, depoſuerunt magiſtratum: verum hæc poſt inſequuta ſunt. Verum illa tempeſtate duobus clariſſimis viris ſacerdotia ſunt adempta, Cornelio Cethego, quod exta hoſtiæ non rite porrexiſſet: Q. Sulpicio, quia im-

θύοντος αὐτοῦ τὸν κορυφαῖον ἀποῤῥυῆναι τῆς κεφαλῆς πῖλον, ὃν οἱ καλούμενοι Φλαμίνιοι φοροῦσι. Μινουκίου δὲ δικτάτωρος ἵππαρχον ἀποδείξαντος Γάϊον Φλαμίνιον, ἐπεὶ τετριγμὸς ἠκούσθη μυὸς, ὃν σόρικα καλοῦσιν, ἀποψηφισάμενοι τούτους, αὖθις ἑτέρους κατέστησαν. καὶ τὴν ἐν οὕτω μικροῖς ἀκρίβειαν φυλάττοντες, οὐδεμιᾷ προσεμίγνυσαν δεισιδαιμονίᾳ, τῷ μηδὲν ἀλλάττειν μηδὲ παρεκβαίνειν τῶν πατρίων.

Ὡς δ᾽ οὖν ἐξωμόσαντο τὴν ἀρχὴν οἱ περὶ τὸν Φλαμίνιον, διὰ τῶν καλουμένων μεσοβασιλέων ὕπατος ἀποδείκνυται Μάρκελλος. καὶ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, ἀποδείκνυσιν αὑτῷ συνάρχοντα Γναῖον Κορνήλιον. ἐλέχθη μὲν οὖν ὡς πολλὰ συμβατικὰ τῶν Γαλατῶν, καὶ τῆς βουλῆς εἰρηναῖα βουλομένης, ὁ Μάρκελλος ἐξετράχυνε τὸν δῆμον ἐπὶ τὸν πόλεμον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ γενομένης εἰρήνης, ἀνακαινίσαι τὸν πόλεμον οἱ Γεσάται δοκοῦσι, τὰς Ἄλπεις ὑπερβαλόντες, καὶ τοὺς Ἰνσόμβρους ἐπάραντες· τρισμύριοι γὰρ ὄντες προσεγένοντο πολλαπλασίοις ἐκείνοις οὖσι, καὶ μέγα φρονοῦντες, εὐθὺς ἐπ᾽ Ἀκέρρας ὥρμησαν, πόλιν ὑπὲρ ποταμοῦ Πάδου ἀνῳκισμένην. ἐκεῖθεν δὲ μυρίους τῶν Γεσατῶν ὁ βασιλεὺς Βριτόμαρτος ἀναλαβὼν, τὴν περὶ Πάδου χώραν ἐπόρθει. ταῦτα Μάρκελλος πυθόμενος, τὸν μὲν συνάρχοντα πρὸς Ἀκέρρας ἀπέλιπε, τὴν πεζὴν καὶ βαρεῖαν ὁμοῦ πᾶσαν ἔχοντα δύναμιν καὶ τῶν ἱππέων μέρος τρίτον· αὐτὸς δὲ τοὺς λοιποὺς ἱππεῖς ἀναλαβὼν, καὶ τοὺς ἐλαφροτάτους τῶν ὁπλιτῶν περὶ ἑξακοσίους, ἤλαυνεν, οὔτε ἡμέρας οὔτε νύκτας ἀνεὶς τὸν δρόμον, ἕως ἐπέβαλε τοῖς μυρίοις Γεσάταις περὶ τὸν καλούμενον

immolanti apex, quem gestant flamines, de capite ei defluxisset. Minutio dictatori, qui magistrum equitum dixerat C. Flaminium, quia stridor soricis auditus erat, imperium abrogarunt, aliosque suffecerunt. Neque his tamen tam anxie observandis minutiis, quia nihil variabant nec excedebant majorum instituta, in ullam impingebant superstitionem.

Ut consulatu se Flaminius cum collega abdicavit, M. Marcellus per interreges, uti vocantur, consul declaratur. Qui inito magistratu, collegam sibi allegit Cn. Cornelium. Fama fuit multum pacificantibus Gallis & inclinante ad quietem senatu, inflammasse Marcellum ad bellum populum. Attamen pace licet inita, eam tamen rupisse dicuntur Gæsatæ, qui ad triginta millia, superatis Alpibus, Insubres concitaverunt, iisque conjunxerunt se: quorum etiam longe plures erant legiones, inflatique animis recta Acerras petierunt, in ripa Padi amnis positam urbem. Inde Gæsatarum rex Viridomarus, decem millibus militum assumptis, regionem circumpadanam vastavit. Quod ubi perlatum ad Marcellum est, collega ad Acerras cum peditatu, universaque gravi armatura, & tertia parte equitum relicto, reliquum equitatum secum trahens, & ex peditibus expeditissimos quosque ad sexcentos, nec die nec nocte, raptim agmine facto, remisit iter, dum ad hostes pervenit

μένον Καπίδιον, Γαλατικὴν κώμην, οὐ πρὸ πολλοῦ Ῥωμαίοις ὑπήκοον γεγενημένην. ἀναλαβεῖν δὲ καὶ διαναπαῦσαι τὸν στρατὸν οὐχ ὑπῆρξεν αὐτῷ. ταχὺ γὰρ αἴσθησιν τοῖς βαρβάροις ἀφικόμενος παρέσχε, καὶ κατεφρονήθη, πεζῶν μὲν ὀλίγων παντάπασιν ὄντων σὺν αὐτῷ, τὸ δ' ἱππικὸν ἐν οὐδενὶ λόγῳ τῶν Κελτῶν τιθεμένων. κράτιστοι γὰρ ὄντες ἱππομαχεῖν, καὶ μάλιστα τούτῳ διαφέρειν δοκοῦντες, τότε καὶ πλήθει πολὺ τὸν Μάρκελλον ὑπερέβαλλον. εὐθὺς οὖν ἐπ' αὐτὸν, ὡς ἀναρπασόμενοι, μετὰ βίας πολλῆς καὶ δεινῶν ἀπειλῶν ἐφέροντο, τοῦ βασιλέως προϊππεύοντος. ὁ δὲ Μάρκελλος, ὡς μὴ φθαῖεν αὐτὸν ἐγκυκλωσάμενοι, καὶ περιχυθέντες ὀλίγιστον ὄντα, τὰς εἴλας ἦγε πόρρω τῶν ἱππέων, καὶ περιήλαυνε, λεπτὸν ἐκτείνων τὸ κέρας, ἄχρι οὗ μικρὸν ἀπέσχε τῶν πολεμίων. ἤδη δέ πως εἰς ἐμβολὴν ἐπιστρέφοντος αὐτοῦ, συντυγχάνει τὸν ἵππον πτυρέντα τῇ γαυρότητι τῶν πολεμίων ἀποτραπέσθαι, καὶ βίᾳ φέρειν ὀπίσω τὸν Μάρκελλον. ὁ δὲ τοῦτο δείσας μὴ ταραχὴν ἐκ δεισιδαιμονίας τοῖς Ῥωμαίοις ἐνεργάσηται, ταχὺ περισπάσας ἐφ' ἡνίαν τῷ χαλινῷ καὶ περιστρέψας τὸν ἵππον ἐναντίον τοῖς πολεμίοις, τὸν ἥλιον αὐτὸς προσεκύνησεν, ὡς δὴ μὴ κατὰ τύχην ἀλλ' ἕνεκα τούτου τῇ περιαγωγῇ χρησάμενος. οὕτω γὰρ ἔθος ἐστὶ Ῥωμαίοις προσκυνεῖν τοὺς θεοὺς, περιστρεφομένους. αὐτὸν δ' ἤδη προσμιγνύντα τοῖς ἐναντίοις, προσεύξασθαι τῷ Φερετρίῳ Διῒ τὰ κάλλιστα τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις ὅπλων καθιερώσειν.

Ἐν τούτῳ δὲ κατιδὼν ὁ τῶν Γαλατῶν βασιλεὺς, καὶ τεκμηράμενος ἀπὸ τῶν συμ-

venit juxta Clastidium vicum Galliæ, qui non multo ante in ditionem Romanorum venerat. Nec spatium reficiendi militis vel quietis dandæ habuit. Confestim enim senserunt adventum ejus barbari qui jam aderant, contempseruntque eum, quod paucos admodum pedites secum haberet. Equitatus vero Galli, quum optimi ipsi equites sint, eaque re plurimum videantur præstare, & in præsentia quidem superarent numero quoque Marcellum, nullam rationem duxere. Ergo protinus ruunt, velut eum conculcaturi, magno impetu, & sæva minitantes. Ante signa versabatur rex. Hic Marcellus, quia pauci sui erant, ne circundarentur circunfunderenturque ab hostibus, alas equitum promovit, atque equo circumvectus extenuavit, produxitque cornu, dum prope hostem venit. Ibi, dum aciem in hostes dirigit, equus ejus ululatu illorum expavefactus retro cedit, vique Marcellum avertit. Ille veritus ne ea res permoveret in omen versa milites, equum propere in sinistram flectit, & ad hostes convertit, solemque ipse adorat, ut si non casu, sed ejus rei causa circumegisset equum. Solenne est enim Romanis, quum adorant Deos, in orbem se convertere. Quum jam ad manus ventum esset cum hostibus, fertur præstantissima hostium arma Jovi Feretrio se consecraturum vovisse.

Ibi Gallorum rex conspicit Marcellum, & ab insignibus conjiciens ducem esse, longe

συμβόλων ἄρχοντα τοῦτον εἶναι, πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἐξελάσας τὸν ἵππον, ὑπηντίασεν ἅμα τῇ φωνῇ προκλητικὸν ἐπαλαλάζων, καὶ τὸ δόρυ κραδαίνων· ἀνὴρ μεγέθει τε σώματος ἔξοχος Γαλατῶν, καὶ πανοπλίᾳ ἐν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ καὶ βαφαῖς πᾶσι καὶ ποικίλμασιν, ὥσπερ ἀστραπὴ διαφέρων στίλβουσα. ὡς οὖν ἐπιβλέψαντι τὴν φάλαγγα τῷ Μαρκέλλῳ ταῦτα τῶν ὅπλων ἔδοξε κάλλιστα, καὶ κατὰ τούτων ὑπέλαβε πεποιῆσθαι τῷ Θεῷ τὴν κατευχὴν, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τῷ δόρατι διακόψας τὸν θώρακα, καὶ συνεπερείσας τῇ ῥώμῃ τοῦ ἵππου, ζῶντα μὲν αὐτὸν περιέτρεψεν, δευτέραν δὲ καὶ τρίτην πληγὴν ἐνθεὶς, εὐθὺς ἀπέκτεινεν. ἀποπηδήσας δὲ τοῦ ἵππου, καὶ τῶν ὅπλων τοῦ νεκροῦ ταῖς χερσὶν ἐφαψάμενος, πρὸς τὸν οὐρανὸν εἶπεν, Ὦ μεγάλα καὶ ἡγεμόνων ἔργα στρατηγῶν καὶ πράξεις καὶ περιβλέπων ἐν πολέμοις καὶ μάχαις Φερέτρειε Ζεῦ, μαρτύρομαί σε Ῥωμαίων τρίτος ἄρχων ἄρχοντα, καὶ βασιλέα στρατηγὸς, ἰδίᾳ χειρὶ τόνδε τὸν ἄνδρα κατεργασάμενος καὶ κτείνας, σοὶ καθιεροῦν τὰ πρῶτα καὶ κάλλιστα τῶν λαφύρων. σὺ δὲ δίδου τύχην ὁμοίαν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τοῦ πολέμου προτρεπομένοις. ἐκ τούτου συνέμισγον οἱ ἱππεῖς, οὐ διακεκριμένοις τοῖς ἱππεῦσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς πεζοὺς ὁμοῦ προσφερομένους μαχόμενοι· καὶ νικῶσι νίκην ἰδίαν τε καὶ τρόπῳ περιττὴν καὶ παράδοξον. ἱππεῖς γὰρ ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἅμα τοσοῦτοι τοσούτους, οὔτε πρότερον, οὔτε ὕστερον νικῆσαι λέγονται. κτείνας δὲ τοὺς πλείστους, καὶ κρατήσας ὅπλων καὶ χρημάτων, ἐπανῆλθεν πρὸς τὸν συνάρχοντα μοχθηρῶς πολεμοῦντα Κελτοῖς περὶ πόλιν μεγίστην καὶ πολυανθρωποτάτην τῶν Γαλατικῶν.

longe ante aciem provectus est, simulque alta voce lacessens eum & hastam vibrans, admittit infestus in eum equum, proceritate inter Gallos exsuperans, armisque ex auro & argento fabrefactis, & varia picturatis tinctura, instar fulguris insignis radiantis. Quæ arma lustranti oculis aciem Marcello, ut visa sunt præcellentissima, eaque votis se sacrasse Diis existimans, in regem impetum dedit, thoracemque ejus hasta transfixit, simul equi viribus innisus in terram vivum præcipitavit eum, alterum deinde ac tertium repetens ictum occidit. Mox desiliit ex equo, injectaque mortui armis manu, suspiciens in cœlum ita fatur, Arbiter insignium factorum ducum, & actuum, & imperatorum in bello atque prœliis spectator, Jupiter Feretrie, te teste dux ducem, consul regem manu mea tertius ego hunc confossum interfeci: tibi consecro prima & præstantissima ex spoliis. Tu ad reliquias belli pergentibus eundem tribue fortunæ cursum. Hinc concurrunt equites non cum solis seorsum equitibus, sed cum inferentibus se simul peditibus quoque confligunt, referuntque singularem victoriam, modoque novam ac stupendam. Neque enim equitatum & peditatum tam pauci tam numerosum (quod quidem proditum memoriæ sit) unquam vel ante vel post fuderunt. Hostibus magna ex parte cæsis, lectisque spoliis, revertitur ad collegam: cui res adversus hostes bellum gerenti ad urbem Galliæ maximam & frequentissimam

κῶν. Μεδιόλανον καλεῖται, καὶ μητρόπολιν μὲν αὐτὴν οἱ τῇδε Κελτοὶ νομίζουσιν· ὅθεν ἐκθύμως μαχόμενοι περὶ αὐτῆς, ἀντεπολιόρκουν τὸν Κορνήλιον. ἐπελθόντος δὲ Μαρκέλλου, καὶ τῶν Γαισατῶν, ὡς ἐπύθοντο τὴν τοῦ βασιλέως ἧτταν καὶ τελευτὴν, ἀπελθόντων, τὸ μὲν Μεδιόλανον ἁλίσκεται, τὰς δὲ ἄλλας πόλεις αὐτοὶ παραδιδόασιν οἱ Κελτοὶ, καὶ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσιν πάντα Ῥωμαίοις· καὶ τούτοις μὲν ἦν εἰρήνη μετρίων τυχοῦσα.

Ψηφισαμένης δὲ τῆς συγκλήτου μόνῳ Μαρκέλλῳ θρίαμβον, εἰσήλαυνε, τῇ μὲν ἄλλῃ λαμπρότητι καὶ πλούτῳ καὶ λαφύροις καὶ σώμασιν ὑπερφυέσιν αἰχμαλώτων ἐν ὀλίγοις θαυμαστός· ἥδιστον δὲ πάντων θέαμα καὶ καινότατον ἐπιδεικνύμενος αὐτὸν κομίζοντα τῷ Θεῷ τὴν τοῦ βαρβάρου πανοπλίαν. δρυὸς γὰρ εὐκεάνου πρέμνον ὄρθιον καὶ μέγα τεμὼν, καὶ ἀσκήσας ὥσπερ τρόπαιον, ἀνεδήσατο καὶ κατήρτησεν ἐξ αὐτοῦ τὰ λάφυρα, κόσμῳ διαθεὶς καὶ περιαρμόσας ἕκαστον. προϊούσης δὲ τῆς πομπῆς ἀράμενος αὐτὸς, ἐπέβη τοῦ τεθρίππου, καὶ τροπαιοφόρον ἄγαλμα τῶν ἐκείνου κάλλιστον καὶ διαπρεπέστατον ἐπόμπευε διὰ τῆς πόλεως. ὁ δὲ στρατὸς εἵπετο καλλίστοις ὅπλοις κεκοσμημένος, ᾄδων ἅμα πεποιημένα μέλη καὶ παιᾶνας ἐπινικίους εἰς τὸν Θεὸν καὶ τὸν στρατηγόν· οὕτω δὲ προβὰς, καὶ παρελθὼν εἰς τὸν νεὼν τοῦ Φερετρίου Διὸς, ἀνέστησε καὶ καθιέρωσε, τρίτος καὶ τελευταῖος ἄχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς αἰῶνος. πρῶτος μὲν γὰρ ἀνήνεγκε σκῦλα Ῥωμύλος, ἀπὸ Ἄκρωνος τοῦ Καινινήτου· δεύτερος δὲ, Κόσσος Κορνήλιος, ἀπὸ Τολουμνίου Τυρρηνοῦ· μετὰ δὲ τούτους, Μάρκελλος, ἀπὸ Βριτομάρτου βασιλέως Γαλατῶν· μετὰ δὲ Μάρκελλον,

mam (Mediolanum vocant) male cedebat. Hanc Galli cisalpini pro capite habent: quare pro ea acriter propugnantes, non tam obsidebantur quam obsidebant Cornelium. At reverso Marcello, & Gæsatis, ubi de regis clade ac cæde certiores facti sunt, se recipientibus, capitur Mediolanum. Reliqua oppida ultro Galli, suaque omnia dedunt Romanis. Gallis pax satis æqua data.

Marcellus ex senatusconsulto solus triumphavit. Triumphus fuit reliqua magnificentia, opulentia, spoliis, immanibus corporibus captivorum cum primis memorabilis. Verum omnium gratissimum spectaculum & rarissimum ipse fuit dux, qui integram armaturam barbari Deo tulit. Ex quercus eximiæ excelso & recto stipite detruncato paravit in modum trophæi ferculum. Deligavit ex eo & suspendit in orbem spolia, singula apte & decore annectens. Prægressa pompa portans ferculum conscendit currum, ac triumphalis imago ipse illius memoriæ pulcherrima speciosissimaque invectus urbem est. Exercitus sequutus est fulgentibus armis ornatus, Deumque & imperatorem carminibus compositis atque cantilenis victorialibus concelebravit. Templum inde ingressus Jovis Feretrii donum dedicavit tertius & ultimus ad nostram usque memoriam. Primus opima spolia occiso Cæninensium rege Acrone retulit Romulus; de Volumnio Hetrusco secundus Cornelius Cossus; ab his Marcellus de Gallorum rege Viridomaro; post Marcellum

κελλον, οὐδ' εἷς. καλεῖται δ' ὁ μὲν Θεὸς ᾧ πέμπεται, Φερέτριος Ζεὺς, ὡς μὲν ἔνιοι φασὶν, ἀπὸ τοῦ φερετρευομένου τροπαίου, κατὰ τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν, ἔτι πολλὴν τότε συμμεμιγμένην τῇ Λατίνων· ὡς δ' ἕτεροι, Διός ἐστιν ἡ προσωνυμία κεραυνοβολοῦντος. τὸ γὰρ τύπτειν, φερίρε οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ἄλλοι δὲ παρὰ τὴν τοῦ πολέμου πληγὴν γεγονέναι τοὔνομα λέγουσιν. καὶ γὰρ νῦν ἐν ταῖς μάχαις ὅταν διώκωσι τοὺς πολεμίους, πυκνὸν τὸ φέρι, τουτέστιν παῖε, παρεγγυῶσιν ἀλλήλοις. τὰ δὲ σκῦλα, σπόλια μὲν κοινῶς, ἰδίως δὲ ὀπίμια, ταῦτα καλοῦσι. καίτοι φασὶν ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν Νουμᾶν Πομπίλιον καὶ πρώτων ὀπιμίων καὶ δευτέρων καὶ τρίτων μνημονεύειν· τὰ μὲν πρῶτα ληφθέντα, τῷ Φερετρίῳ Διῒ κελεύοντα καθιεροῦν, τὰ δεύτερα δὲ τῷ Ἀρεῖ, τὰ δὲ τρίτα, τῷ Κυρίνῳ· καὶ λαμβάνειν γέρας, ἀσσάρια τριακόσια, τὸν πρῶτον, τὸν δὲ δεύτερον, διακόσια, τὸν δὲ τρίτον, ἑκατόν. ὁ μέντοι πολὺς οὗτος ἐπικρατεῖ λόγος, ὡς ἐκείνων μόνων τιμίων ὄντων, ὅσα καὶ παρατάξεως οὔσης, καὶ πρῶτα, καὶ στρατηγοῦ στρατηγὸν ἀνελόντος. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν νίκην ἐκείνην καὶ τοῦ πολέμου τὴν κατάλυσιν οὕτως ὑπερηγάπησαν, ὥστε καὶ τῷ Πυθίῳ χρυσοῦν κρατῆρα ἀπὸ λύτρων εἰς Δελφοὺς ἀποστεῖλαι χαριστήριον, καὶ τῶν λαφύρων ταῖς τε συμμαχίσι μεταδοῦναι πόλεσιν λαμπρῶς, καὶ πρὸς Ἱέρωνα πολλὰ πέμψαι τὸν Συρακουσίων βασιλέα, φίλον ὄντα καὶ σύμμαχον.

Ἀννίβου δὲ ἐμβαλόντος εἰς Ἰταλίαν, ἐπέμφθη μὲν ὁ Μάρκελλος ἐπὶ Σικελίαν, στόλον ἄγων· ἐπεὶ δὲ ἡ περὶ Κάννας ἀτυχία συνέπεσε, καὶ Ῥωμαίων

οὐκ

cellum nemo. Deus cui consecrantur, Jupiter Feretrius vocatur, a trophaeo, quod feretro gestabatur, deducto nomine e lingua Graeca, quae passim sermoni Latino erat etiam tum confusa. Alii esse cognomen Jovis fulminantis affirmant, a voce quae apud Romanos ferire significat. Sunt qui deductum volunt ab ictibus qui in bello inferuntur. Nam nunc etiam in conflictibus quum hostibus instant, repetendo vocem feri ad feriendum crebro adhortantur se mutuo. Communes manubiae spolia, haec vocantur peculiariter opima; licet in commentariis dicant Numam Pompilium primorum opimorum spoliorum, secundorum & tertiorum meminisse, eumque praescribere, prima capta ut Jovi Feretrio consecrentur, Marti altera, tertia Quirino, praemiumque sit primis asses trecenti, secundis ducenti, tertiis centum. Fama obtinet tamen sola in honore illa esse quae in acie, & prima & duci ab se interfecto detrahit dux: verum de his hactenus. Illa victoria populo Romano bellumque profligatum usque adeo fuit acceptum, ut Apollini Delphico donum crateram auream centum pondo gratiae referendae causa mitterent, partemque magnam praedae donaverint sociis civitatibus, ac multa ad regem Syracusarum amicum & socium Hieronem curaverint ferenda.

At quo tempore irrupit in Italiam Annibal, missus cum classe Marcellus in Siciliam est: mox Cannensi clade, qua multa millia mortalium

lium

οὐκ ὀλίγαι μυριάδες ἐν τῇ μάχῃ διεφθάρησαν, ὀλίγοι δὲ σωθέντες εἰς Κανύσιον συνεπεφεύγεσαν· ἦν δὲ προσδοκία τὸν Ἀννίβαν εὐθὺς ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλᾶν, ὅπερ ἦν κράτιστον τῆς δυνάμεως ἀνῃρηκότα· πρῶτον μὲν ὁ Μάρκελλος ἀπὸ τῶν νεῶν ἔπεμψε τῇ πόλει φυλακὴν, πεντακοσίους καὶ χιλίους ἄνδρας, ἔπειτα δόγμα τῆς βουλῆς δεξάμενος, εἰς Κανύσιον παρῆλθεν, καὶ τοὺς ἐκεῖ συνειλεγμένους παραλαβὼν, ἐξήγαγε τῶν ἐρυμάτων, ὡς οὐ προησόμενος τὴν χώραν. Ῥωμαῖοι δὲ τῶν ἡγεμονικῶν καὶ δυνατῶν ἀνδρῶν οἱ μὲν ἐτεθνήκεσαν ἐν ταῖς μάχαις· Φαβίου δὲ Μαξίμου τοῦ πλεῖστον ἔχοντος ἀξίωμα πίστεως καὶ συνέσεως, τὸ λίαν ἀπηκριβωμένον ἐν τοῖς ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν λογισμοῖς, ὡς ἀργὸν ἐπὶ τὰς πράξεις καὶ ἄτολμον, ἠτιῶντο· καὶ νομίζοντες ἀποχρῶντα τοῦτον ἔχειν πρὸς ἀσφάλειαν, οὐ διαρκῆ δὲ πρὸς ἄμυναν στρατηγὸν, ἐπὶ τὸν Μάρκελλον κατέφυγον, καὶ τὸ θαρραλέον αὐτοῦ, καὶ δραστήριον πρὸς τὴν ἐκείνου κεραννύντες καὶ ἁρμόττοντες εὐλάβειαν καὶ πρόνοιαν, ποτὲ μὲν ἀμφοτέρους ἅμα χειροτονοῦντες ὑπάτους, ποτὲ δὲ ἐν μέρει, τὸν μὲν, ὕπατον, τὸν δὲ, ἀνθύπατον ἐξέπεμπον. ὁ δὲ Ποσειδώνιος φησὶν, τὸν μὲν Φάβιον, θυρεὸν καλεῖσθαι, τὸν δὲ Μάρκελλον ξίφος. αὐτὸς δὲ ὁ Ἀννίβας ἔλεγε τὸν μὲν Φάβιον, ὡς παιδαγωγὸν φοβεῖσθαι, τὸν δὲ Μάρκελλον, ὡς ἀνταγωνιστήν. ὑφ᾽ οὗ μὲν γὰρ κωλύεσθαι κακόν τι ποιεῖν, ὑφ᾽ οὗ δὲ καὶ πάσχειν.

Πρῶτον μὲν οὖν ἀνέσεως πολλῆς καὶ θρασύτητος ἐκ τοῦ κρατεῖν τὸν Ἀννίβαν τοῖς στρατιώταις ἐγγινομένης, τοὺς ἀποσκιδναμένους τοῦ στρατοπέδου καὶ κατ-

lium perierunt, accepta, quum pauci incolumes Canusium se ex fuga recepissent, & Annibalem timerent, qui robur exercitus Romani deleverat, ne Romam e vestigio raperet agmen: Marcellus primum ad præsidium urbis mille quingentos milites, quos in classem scriptos habebat, misit. Inde ex senatusconsulto profectus Canusium, accepto quod eo militum confluxerat, eduxit eos munimentis ad arcendam populationem. Principes autem Romani ac proceres in præliis plerique ceciderant. Fabii vero Maximi, cujus propter fidem & prudentiam maxima erat autoritas, curam in cavendo ne quid acciperet detrimenti nimium anxiam, conquerebantur segnem ad res gerendas & timoris plenam esse. Quum autem hunc prospiciendæ securitati satis esse confiderent, haud tamen ad repellendum hostem ducem satis acrem, Marcellum ejusque fidentiam & promptitudinem cum illius temperantes componentesque cautione atque providentia, nunc ambos cum imperio consulari, nunc alterum consulem, alterum proconsulem adversus hostes misere. Tradit Posidonius fuisse Fabium clypeum, Marcellum ensem appellatum. Ipse certe confitebatur Annibal timere se ut pædagogum Fabium, Marcellum ut adversarium; ab illo, ne quid mali inferret prohiberi se: ab hoc, etiam accipere.

Quum autem apud Annibalis milites multa ex ejus victoria licentia & ferocia crevisset, dilapsos ex castris, prædas ex agris agentes adortus,

κατέχοντας τὴν χώραν ἐπιτιθέμενος κατέκοπτε καὶ ὑπανήλισκε τῆς δυνάμεως· ἔπειτα πρὸς Νέαν πόλιν καὶ Νῶλαν βοηθήσας, Νεαπολίτας μὲν ἐπέρρωσεν, αὐτοὺς καθ' αὑτοὺς βεβαίους ὄντας Ῥωμαίοις, εἰς δὲ Νῶλαν εἰσελθὼν, στάσιν εὗρεν, τῆς βουλῆς τὸν δῆμον ἀννιβίζοντα μεταχειρίσασθαι καὶ καταρτίσαι μὴ δυναμένης. ἦν γάρ τις ἀνὴρ εὐγενείᾳ τε πρωτεύων ἐν τῇ πόλει καὶ κατ' ἀνδρείαν ἐπιφανὴς, ὄνομα Βάνδιος, καὶ τοῦτον ἐν Κάνναις περιόπτως ἀγωνισάμενον, καὶ πολλοὺς μὲν ἀνελόντα τῶν Καρχηδονίων, τέλος δὲ αὐτὸν ἐν τοῖς νεκροῖς εὑρεθέντα πολλῶν βελῶν κατάπλεων τὸ σῶμα, θαυμάσας ὁ Ἀννίβας, οὐ μόνον ἀφῆκεν ἄνευ λύτρων, ἀλλὰ καὶ δῶρα προσέθηκεν, καὶ φίλον ἐποιήσατο καὶ ξένον. ἀμειβόμενος οὖν ταύτην τὴν χάριν ὁ Βάνδιος, εἷς ἦν τῶν ἀννιβιζόντων προθύμως, καὶ τὸν δῆμον ἰσχύων ἐξῆγαγε πρὸς ἀπόστασιν. ὁ δὲ Μάρκελλος ἀνελεῖν μὲν ἄνδρα λαμπρὸν οὕτω τὴν τύχην, κεκοινωνηκότα τῶν μεγίστων Ῥωμαίοις ἀγώνων, οὐχ ὅσιον ἡγεῖτο· πρὸς δὲ τῷ φύσει φιλανθρώπῳ καὶ πιθανὸς ὢν ὁμιλίᾳ, καὶ προσάγεσθαι φιλότιμον ἦθος, ἀσπασαμένου ποτὲ τοῦ Βανδίου αὐτὸν, ἠρώτησεν ὅστις ἀνθρώπων εἴη· πάλαι μὲν εὖ εἰδὼς, ἀρχὴν δὲ καὶ πρόφασιν ἐντεύξεως ζητῶν. ὡς γὰρ εἶπεν, Λεύκιος Βάνδιος, οἷον ἡσθεὶς καὶ θαυμάσας ὁ Μάρκελλος, Ἢ γὰρ ἐκεῖνος, ἔφη, σὺ Βάνδιος, οὗ πλεῖστος ἐν Ῥώμῃ λόγος τῶν ἐν Κάνναις ἀγωνισαμένων, ὡς μόνου Παῦλον Αἰμίλιον τὸν ἄρχοντα μὴ προλιπόντος, ἀλλὰ τὰ πλεῖστα τῶν ἐκείνῳ φερομένων βελῶν ὑποστάντος τῷ σώματι καὶ ἀναδεξαμένου;

adortus, concidebat eos, paulatimque copias illius atterebat. Hinc quum Neapolitanis & Nolanis opem ferret, superiorum, quum Romanis essent sua sponte satis fidi, confirmavit animos. Nolam vero ingressus discordiam ibi invenit, quod senatus plebem, quæ erat tota Annibalis, neque regere neque valeret continere. Erat Bantius quidam in oppido inclytus nobilitate & virtute vir. Hunc, quum acerrime ad Cannas certasset, multis interfectis hostium, ad postremum in acervo cæsorum cadaverum inventum & coopertum jaculis honoraverat Annibal, & non modo eum sine pretio domum remiserat, sed addiderat insuper dona, atque jus cum eo amicitiæ & hospitii contraxerat. Ob ejus gratiam meriti, Bantius unus erat eorum qui trahebant rem ad Annibalem, pollensque opibus populum ad res novas solicitabat. Eum ut interficeret Marcellus tam insignem virum, maximisque defunctum cum Romanis periculis, non potuit in animum inducere: sed, quum præter singularem humanitatem ipse delinire homines sermone nosset, & conciliare sibi elatum animum, ubi ad se Bantius aliquando salutandum venisset, quisnam esset rogavit, non quin jam dudum sciret, sed ingressum & occasionem quærens colloquii. Ut L. Bantium se dixit esse, Marcellus, quasi lætus & mirabundus, Tune (inquit) ille es Bantius, quem Romani præ cæteris, qui ad Cannas dimicaverunt, in ore habent, prædicantque solum non destituisse consulem Paulum Æmilium, sed plurima tela in illum directa sustinuisse & suo excepisse

μένους; φήσαντος δὲ τοῦ Βανδίου, καί τι καὶ παραφήναντος αὐτοῦ τῶν τραυμάτων, Εἶτα, ἔφη, τηλικαῦτα γνωρίσματα φέρων τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας, οὐκ εὐθὺς προσῄεις; ἢ κακοί σοι δοκοῦμεν ἀρετὴν ἀμείβεσθαι φίλων, οἷς ἐστι τιμὴ καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις; ταῦτα φιλοφρονηθεὶς καὶ δεξιωσάμενος, ἵππον τε δωρεῖται πολεμιστὴν αὐτῷ, καὶ δραχμὰς ἀργυρίου πεντακοσίας.

Ἐκ τούτου βεβαιότατος μὲν ἦν Μαρκέλλῳ παραστάτης καὶ σύμμαχος, δεινότατος δὲ μηνυτὴς καὶ κατήγορος τῶν τἀναντία φρονούντων ὁ Βάνδιος. ἦσαν δὲ πολλοί, καὶ διενοοῦντο, τῶν Ῥωμαίων ἐπεξιόντων τοῖς πολεμίοις, αὐτοὶ διαρπάσαι τὰς ἀποσκευάς. διὸ συντάξας ὁ Μάρκελλος τὴν δύναμιν ἐντὸς παρὰ τὰς πύλας ἔστησε τὰ σκευοφόρα, καὶ τοῖς Νωλανοῖς διὰ κηρύγματος ἀπεῖπε πρὸς τὰ τείχη προσπελάζειν. ἦν οὖν ὅπλων ἐρημία, καὶ τὸν Ἀννίβαν ἐπεσπάσατο προσάγειν ἀτακτότερον, ὡς τῶν ἐν τῇ πόλει ταραττομένων. ἐν τούτῳ δὲ τὴν καθ' αὐτὸν πύλην ἀναπετάσαι κελεύσας ὁ Μάρκελλος, ἐξήλασεν ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τῶν ἱπποτῶν τοὺς λαμπροτάτους· καὶ προσπεσὼν κατὰ στόμα, συνείχετο τοῖς πολεμίοις. μετ' ὀλίγον δ' οἱ πεζοὶ καθ' ἑτέραν πύλην ἐχώρουν μετὰ δρόμου καὶ βοῆς, καὶ πρὸς τούτοις, αὖθις αὐτοῦ Ἀννίβα μερίζοντος τὴν δύναμιν, ἡ τρίτη τῶν πυλῶν ἀνεῴγνυτο, καὶ δι' αὐτῆς ἐξέθεον οἱ λοιποί, καὶ προσέκειντο πανταχόθεν ἐκπεπληγμένοις τῷ ἀπροσδοκήτῳ, καὶ κακῶς ἀμυνομένοις τοὺς ἐν χερσὶν ἤδη, διὰ τοὺς ὕστερον ἐπιφερομένους. κἀνταῦθα πρῶτον οἱ σὺν Ἀννίβᾳ Ῥωμαίοις ἐνέδωκαν, ὠθούμενοι φόβῳ πολλῷ καὶ τραύμασι πρὸς τὸ στρατόπεδον. λέγονται γὰρ ὑπὲρ πεν-

ſe corpore? Annuente Bantio, & aperiente ei cicatrices ſuas, Quin tu (inquit) quum tanta feras veſtigia benevolentiæ erga nos tuæ, me ſtatim adiſti? An vero tibi maligni videmur in referenda bene meritis gratia, quibus eſt honos vel apud hoſtes? Præter hanc comitatem verborum complexus juvenem, equum eximium & quingentas argenti drachmas ei dono dat.

Inde fideliſſimus adjutor Marcello ſociuſque, & index atque delator res novas molientium acerrimus fuit. Erant hi multi, & conſilium inierant, quum feciſſent Romani eruptionem in hoſtes, impedimenta eorum diripiendi. Itaque in urbe quum exercitum Marcellus inſtruxiſſet, impedimenta ſtatuit prope portas, vetuitque edicto Nolanis muros adire. Nuſquam igitur arma ex urbe apparebant, eaque re illexit Annibalem, ut ad urbem, quaſi eſſent illic omnia tumultus plena, minus compoſito agmine moveret. Ibi Marcellus proxima patefacta porta, uti præceperat, cum flore equitum in frontem irrumpens, confligit cum hoſtibus. Mox pedites ex altera porta cum clamore accurrunt. Et dum opponit his partem copiarum Annibal, tertia reſeratur porta, ex qua reliqui erumpunt, atque omni ex parte inſtant trepidantibus re inopinata, nec ſatis valide reſiſtentibus iis quibuſcum manus conſeruerant, ob incurſum poſteriorum. Hic primum milites Annibalis ingenti pavore, multiſque vulneribus ad caſtra uſque impulſi terga dederunt Romanis. Cecidiſſe dicuntur am-

πεντακισχιλίους ἀποκτεῖναι, ἀποβαλεῖν δὲ Ῥωμαίων οὐ πλείονας ἢ πεντακοσίους. ὁ δὲ Λίβιος οὕτω μὲν οὐ διαβεβαιοῦται γενέσθαι μεγάλην ἧτταν, οὐδὲ πεσεῖν νεκροὺς τοσούτους τῶν πολεμίων· κλέος δὲ μέγα Μαρκέλλῳ, καὶ Ῥωμαίοις ἐκ κακῶν θάρσος ἀπὸ τῆς μάχης ἐκείνης ὑπάρξαι θαυμαστὸν, οὐχ ὡς πρὸς ἄμαχον οὐδὲ ἄτρωτον, ἀλλά τι καὶ παθεῖν δυνάμενον διαγωνιζομένοις πολέμιον.

Cæterum animum acuat necesse est & fortunam experiatur, aut sedens extremam sustineat famem. Ita fatus Alexander rogavit Aristidem id ut mente teneret & meminisset, alteri ne revelaret. Hic vero convenire negavit ut Pausaniam ea, penes quem esset imperium, celaret: apud alios ostendit hoc ante pugnam se non vulgaturum; at si vicissent Græci, neminem Alexandri studium & propensum animum ignoraturum. His dictis rex Macedonum retro se recepit. Aristides vero ad tentorium Pausaniæ profectus, exposuit ei quæ nuntiasset ille: accitisque reliquis ducibus edixerunt ut instructas copias haberent, quod instaret prœlium.

Hic (ut autor est Herodotus) sermonem apud Aristidem intulit Pausanias, postulans ut Athenienses in dextrum cornu traduceret, eosque Persis opponeret, (melius enim dimicaturos, pugnare cum illis doctos, & pristinis subnixos victoriis) sibi sinistrum cornu traderet, in quod, qui stabant a Medis, Græci pugnaturi erant. At cæteri quidem Atheniensium præfecti insolentiam & importunitatem reprehendebant Pausaniæ: quod quum immotam aciem reliquam relinqueret, solos se sursum ac deorsum, tanquam Ilotas transferret, robori hostilis exercitus objiciens. Verum Aristides rursus longe errare docuit eos qui nuper de lævo cornu obtinendo decertaverant cum Tegeatis, prælatique exultaverant, nunc Lacedæmoniis ultro sibi dextro cedentibus, atque imperium quodammodo tradentibus, neque

των, οὔτε τὴν δόξαν ἀγαπῶσιν, οὔτε κέρδος ἡγοῦνται τὸ μὴ πρὸς ὁμοφύλους καὶ συγγενεῖς, ἀλλὰ βαρβάρους καὶ φύσει πολεμίους ἐναγωνίσασθαι. ἐκ τούτου πάνυ προθύμως οἱ Ἀθηναῖοι διημείβοντο τοῖς Σπαρτιάταις τὴν τάξιν· καὶ λόγος ἐχώρει δι' αὐτῶν πολὺς ἀλλήλοις παρεγγυώντων, ὡς οὔτε ὅπλα βελτίω λαβόντες οὔτε ψυχὰς ἀμείνους οἱ πολέμιοι τῶν ἐν Μαραθῶνι προσίασιν, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ μὲν ἐκείνοις τόξα, ταυτὰ δ' ἐσθῆτος ποικίλματα, καὶ χρυσὸς ἐπὶ σώμασι μαλακοῖς καὶ ψυχαῖς ἀνάνδροις· ἡμῖν δ' ὅμοια μὲν ὅπλα καὶ σώματα, μεῖζον δὲ ταῖς νίκαις τὸ θάρσος. ὁ δ' ἀγὼν, οὐχ ὑπὲρ χώρας καὶ πόλεως μόνον, ὡς ἐκείνοις, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐν Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι τροπαίων, ὡς μηδ' ἐκεῖνα Μιλτιάδου δοκοίη καὶ τύχης, ἀλλὰ Ἀθηναίων. οὗτοι μὲν οὖν σπεύδοντες, ἐν ἀμείψει τῶν τάξεων ἦσαν· αἰσθόμενοι δὲ Θηβαῖοι παρ' αὐτομόλων, Μαρδονίῳ φράζουσι. κἀκεῖνος εὐθὺς, εἴτε δεδιὼς τοὺς Ἀθηναίους, εἴτε τοῖς Λακεδαιμονίοις συμπεσεῖν φιλοτιμούμενος, ἀντιπαρεξῆγε τοὺς Πέρσας ἐπὶ τὸ δεξιόν· τοὺς δ' Ἕλληνας ἐκέλευε τοὺς σὺν αὐτῷ κατὰ τοὺς Ἀθηναίους ἵστασθαι. γινομένης δὲ τῆς μετακοσμήσεως καταφανοῦς, ὅ, τε Παυσανίας ἀποτραπεὶς αὖθις ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κατέστη, καὶ Μαρδόνιος, ὥσπερ εἶχεν ἐξ ἀρχῆς, εὐθὺς ἀνέλαβε τὸ εὐώνυμον, κατὰ τοὺς Λακεδαιμονίους γινόμενος. ἥ τε ἡμέρα διεξῆλθεν ἀργή· καὶ τοῖς Ἕλλησι βουλευομένοις ἔδοξε πορρωτέρω μεταστρατοπεδεῦσαι, καὶ καταλαβεῖν εὔυδρον χωρίον· ἐπεὶ τὰ πλησίον νάματα καθύβριστο καὶ διέφθαρτο τῶν βαρβάρων ἱπποκρατούντων.

Ἐπελ-

que hoc decus amplecterentur, neque quod non cum popularibus suis & propinquis conserturi manus, sed cum barbaris & naturalibus hostibus essent, in lucro ponerent. Hinc locum Athenienses cum Spartiatis commutaverunt alacriter, ac frequens sermo pervasit eos sese mutuo cohortantes, non cum præstantioribus hostes armis neque animis majoribus quam illos in Marathone accessisse, verum cum iisdem atque illos arcubus, cum iisdem picturatis vestibus & auro in corporibus mollibus & effœminatis animis: sibi paria & arma & corpora, animus victoriis major. Certamen est, non ut illis, pro agro & urbe tantum, sed & pro trophæis Marathonicis & Salaminiacis: ut illa ne Miltiadi & fortunæ, sed adscribantur Atheniensibus. Hi ergo maturantes in permutandis ordinibus erant. Eam rem edocti a perfugis Thebani indicant Mardonio: qui mox (sive timens Athenienses, sive concurrere cum Lacedæmoniis affectans) Persas in dextrum cornu traduxit contra Lacedæmonios: Græcos, quos in exercitu suo habebat, comparavit Atheniensibus. Visa ea ordinis conversione, Pausanias transgreditur iterum in dextrum, & Mardonius, (ut initio constiterat) repetit adversum Lacedæmonios sinistrum: ita dies sine effectu transacta. Porro Græcis re deliberata visum est longius movere castra, ac locum capere aquationi commodiorem: quod propinquos rivulos barbari, qui prævalebant equitatu, conspurcavissent & fœdavissent.

Su-

Ἐπελθούσης δὲ νυκτὸς, καὶ τῶν στρατηγῶν ἀγόντων ἐπὶ τὴν ἀποδεδειγμένην στρατοπεδείαν, οὐ πάνυ πρόθυμον ἦν ἕπεσθαι καὶ συμμένειν τὸ πλῆθος, ἀλλ' ὡς ἀνέστησαν ἐκ τῶν πρώτων ἐρυμάτων, ἐφέροντο πρὸς τὴν πόλιν τῶν Πλαταιέων οἱ πολλοὶ, καὶ θόρυβος ἦν ἐκεῖ διασκιδναμένων καὶ κατασκηνούντων ἀτάκτως. Λακεδαιμονίοις δὲ συνέβη μὲν ἄκουσι μόνοις ἀπολιπέσθαι τῶν ἄλλων. Ἀμομφάρετος γὰρ ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ φιλοκίνδυνος, ἔκπαλαι πρὸς τὴν μάχην σπαργῶν, καὶ βαρυνόμενος τὰς πολλὰς ἀναβολὰς καὶ μελλήσεις, τότε δὲ παντάπασι τὴν μετανάστασιν φυγὴν ἀποκαλῶν καὶ ἀπόδρασιν, οὐκ ἔφη λείψειν τὴν τάξιν, ἀλλ' αὐτόθι μένων μετὰ τῶν ἑαυτοῦ λοχιτῶν ὑποστήσεσθαι Μαρδόνιον. ὡς δὲ Παυσανίας ἐπελθὼν ἔλεγε ταῦτα πράττειν ἐψηφισμένα καὶ δεδογμένα τοῖς Ἕλλησιν, ἀράμενος ταῖν χεροῖν πέτρον μέγαν ὁ Ἀμομφάρετος, καὶ καταβαλὼν πρὸ τῶν ποδῶν τοῦ Παυσανίου, ταύτην ἔφη ψῆφον αὐτὸς περὶ τῆς μάχης τίθεσθαι, τὰ δὲ τῶν ἄλλων δειλὰ βουλεύματα καὶ δόγματα χαίρειν ἐᾶν. ἀπορούμενος δὲ Παυσανίας τῷ παρόντι, πρὸς μὲν τοὺς Ἀθηναίους ἔπεμψεν ἀπιόντας ἤδη, περιμεῖναι δεόμενος καὶ κοινῇ βαδίζειν, αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην δύναμιν ἦγε πρὸς τὰς Πλαταιὰς, ὡς ἀναστήσων τὸν Ἀμομφάρετον. ἐν τούτῳ δὲ κατελάμβανεν ἡμέρα, καὶ Μαρδόνιος (οὐ γὰρ ἔλαθον τὴν στρατοπεδείαν ἐκλιπόντες οἱ Ἕλληνες) ἔχων συντεταγμένην τὴν δύναμιν, ἐπεφέρετο τοῖς Λακεδαιμονίοις βοῇ πολλῇ καὶ πατάγῳ τῶν βαρβάρων, ὡς οὐ μάχης ἐσομένης, ἀλλὰ φεύγοντας ἀναρπασομένων τοὺς Ἕλληνας. ὃ μικρᾶς ῥοπῆς ἐδέησε γενέσθαι. κατιδὼν γὰρ τὸ γινόμενον ὁ Παυσανίας,

Superveniente nocte quum moverent duces ad locum mutandis castris designatum, haud prompte sequebatur neque cohærebat multitudo: sed ut extra prima munimenta venere, vulgus militum petiit oppidum Platæensium, atque illic divulsi nulloque ordine tentoria componentes tumultuabantur. Lacedæmonii forte ab aliis relicti soli fuerunt, & quidem inviti. Namque Amompharetus, vir ferox & præceps, jamdudum gestiens pugnare, procrastinationes & moras gravabatur: tunc vero plane castrorum translationem fugam vocans & consternationem, negavit locum se deserturum, sed institurum ibi cum manipulo suo, Mardoniumque sustenturum. Quem quum adiisset Pausanias, ostenderetque id facere se ex Græcorum calculo & sententia, Amompharetus sublato ingenti saxo abjectoque ante pedes Pausaniæ, Hoc (inquit) ego calculo de prœlio suffragium fero: reliquorum timida consilia & decreta contemno. Ea re Pausanias æstuans, misit ad Athenienses jam abeuntes ut præstolarentur se oratum, atque una pergerent, simul reliquum agmen ipse Platæas duxit, ut excitaret Amompharetum. Interea diluxit, & Mardonius (neque enim fallebat eum castra Græcos deseruisse) instructam ducens aciem magno barbarorum clamore & ululatu impressionem dedit in Lacedæmonios, quasi non præliaturos, sed in fugam effusos oppressuri Græcos essent. Quod pene factum est ut eveniret. Nam cernens quid ageretur, Pausanias

σανίας, ἔσχετο μὲν τῆς πορείας, καὶ τὴν ἐπὶ μάχῃ τάξιν ἐκέλευσε λαμβάνειν ἕκαστον· ἔλαθε δ' αὐτόν, εἴθ' ὑπὸ τῆς πρὸς Ἀμομφάρετον ὀργῆς, εἴτε τῷ τάχει θορυβηθέντα τῶν πολεμίων, σύνθημα δοῦναι τοῖς Ἕλλησιν. ὅθεν οὔτ' εὐθύς, οὔτ' ἀθρόοι, κατ' ὀλίγους δὲ καὶ σποράδην, ἤδη τῆς μάχης ἐν χερσὶν οὔσης, προσεβοήθουν. ὡς δὲ θυόμενος οὐκ ἐκαλλιέρει, προσέταξε τοῖς Λακεδαιμονίοις, τὰς ἀσπίδας πρὸ τῶν ποδῶν θεμένους, ἀτρέμα καθέζεσθαι, καὶ προσέχειν αὐτῷ μηδένα τῶν πολεμίων ἀμυνομένους. αὐτὸς δὲ πάλιν ἐσφαγιάζετο, καὶ προσέπιπτον οἱ ἱππεῖς· ἤδη δὲ καὶ βέλος ἐξικνεῖτο, καί τις ἐπέπληκτο τῶν Σπαρτιατῶν. ἐν τούτῳ δὲ καὶ Καλλικράτης, ὃν ἰδέᾳ τε κάλλιστον Ἑλλήνων, καὶ σώματι μέγιστον ἐν ἐκείνῳ τῷ στρατῷ γενέσθαι λέγουσι, τοξευθεὶς καὶ θνήσκων, οὐκ ἔφη τὸν θάνατον ὀδύρεσθαι, καὶ γὰρ ἐλθεῖν οἴκοθεν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποθανούμενον, ἀλλ' ὅτι θνήσκει τῇ χειρὶ μὴ χρησάμενος. ἦν οὖν τὸ μὲν πάθος δεινόν, ἡ δ' ἐγκράτεια θαυμαστὴ τῶν ἀνδρῶν. οὐ γὰρ ἠμύνοντο τοὺς πολεμίους ἐπιβαίνοντας, ἀλλὰ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ στρατηγοῦ καιρὸν ἀναμένοντες, ἠνείχοντο βαλλόμενοι καὶ πίπτοντες ἐν ταῖς τάξεσιν. ἔνιοι δέ φασι τῷ Παυσανίᾳ, μικρὸν ἔξω τῆς παρατάξεως θύοντι καὶ κατευχομένῳ, τῶν Λυδῶν τινας ἄφνω προσπεσόντας, ἁρπάζειν καὶ διαρρίπτειν τὰ περὶ τὴν θυσίαν· τὸν δὲ Παυσανίαν καὶ τοὺς περὶ αὐτόν, οὐκ ἔχοντας ὅπλα, ῥάβδοις καὶ μάστιξι παίειν. διὸ καὶ νῦν ἐκείνης τῆς ἐπιδρομῆς μιμήματα τὰς περὶ τὸν βωμὸν ἐν Σπάρτῃ πληγὰς τῶν ἐφήβων, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα τῶν Λυδῶν πομπὴν συντελεῖσθαι.

Δυσ-

ſanias conſtitit, edixitque ut inſtrueret ſe quiſque in aciem ad dimicandum. Fefellit autem eum vel ira in Amompharetum, vel celeritate hoſtium conturbatum, Græcis ſignum dare. Unde nec confeſtim nec conferti, ſed ſparſim & tumultuarie, quum jam ad manus ventum eſſet, accurrebant. Quia vero ſacrificans Pauſanias non litabat, imperavit Lacedæmoniis, ut poſitis ante pedes clypeis conſiderent quieti, ſibique attenderent, neque ulli hoſtium repugnarent. Tum alias hoſtias cædit, quum irruerunt equites. Jam telum quoque accidit, & quiſpiam fuit ex Lacedæmoniis vulneratus. Interim Callicrates quoque, quem in Græcis forma venuſtiſſima & proceritate corporis ſupra cæteros memorant fuiſſe, ſagitta ictus & moribundus, Non lamentor (inquit) lethum, quippe eo huc domo veni, pro Græcia ut occumberem, ſed quia nulla re perpetrata emorior. Atque erat malum illud quidem grave, & Spartiatarum inſignis tolerantia: neque enim impetum hoſtium propulſabant, ſed tempus a Deo atque duce operientes, ſuſtinebant in ordinibus ſuis vulnerari & concidere. Nonnulli ſunt autores, Pauſaniæ paululum extra aciem operanti ſacris, & pacem Deorum expoſcenti, Lydos aliquos inferentes ſeſe repente eripuiſſe atque diſſipaviſſe ſacra: Pauſaniam vero ejuſque comites, quibus arma ad manum non erant, virgis & flagellis illos cecidiſſe. Quare etiam hac memoria illius incurſus celebrari Spartæ ſimulacra repræſentata plagis circa aram adoleſcentium & Lydorum inde pompa.

3

His

Δυσφορῶν οὖν ὁ Παυσανίας τοῖς παροῦσιν, ἄλλα τοῦ μάντεως ἐπ' ἄλλοις ἱερεῖα καταβάλλοντος, τρέπεται πρὸς τὸ Ἡραῖον τῇ ὄψει δεδακρυμένος· καὶ τὰς χεῖρας ἀνασχὼν εὔξατο Κιθαιρωνίᾳ Ἥρᾳ, καὶ Θεοῖς ἄλλοις οἳ Πλαταιΐδα γῆν ἔχουσιν, εἰ μὴ πέπρωται τοῖς Ἕλλησι νικᾶν, ἀλλὰ δράσαντάς γέ τι παθεῖν, καὶ δείξαντας ἔργῳ τοῖς πολεμίοις, ὡς ἐπ' ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ μάχεσθαι μεμαθηκότας ἐστράτευσαν. ταῦτα τοῦ Παυσανίου θεοκλυτοῦντος, ἅμα ταῖς εὐχαῖς ἐφάνη τὰ ἱερὰ, καὶ νίκην οἱ μάντεις ἐμήνυον. καὶ δοθέντος εἰς ἅπαντας παραγγέλματος καθίστασθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, ἥ τε φάλαγξ ὄψιν ἔσχεν αἰφνιδίως ἑνὸς ζώου θυμοειδοῦς πρὸς ἀλκὴν τρεπομένου καὶ φρίξαντος· τοῖς τε βαρβάροις τότε παρέστη λογισμὸς, ὡς πρὸς ἄνδρας ὁ ἀγὼν ἔσοιτο μαχομένους ἄχρι θανάτου. διὸ καὶ προθέμενοι πολλὰ τῶν γέρρων, ἐτόξευον τοὺς Λακεδαιμονίους. οἱ δὲ τηροῦντες ἅμα τὸν συνασπισμὸν ἐπέβαινον, καὶ προσπεσόντες ἐξεώθουν τὰ γέρρα, καὶ τοῖς δόρασι τύπτοντες πρόσωπα καὶ στέρνα τῶν Περσῶν, πολλοὺς κατέβαλλον, οὐκ ἀπράκτως οὐδὲ ἀθύμως πίπτοντας. καὶ γὰρ ἀντιλαμβανόμενοι τῶν δορατίων ταῖς χερσὶ γυμναῖς, συνέθραυον τὰ πλεῖστα· καὶ πρὸς τὰς ξιφουλκίας ἐχώρουν οὐκ ἀργῶς, ἀλλὰ ταῖς τε κοπίσι καὶ τοῖς ἀκινάκαις χρώμενοι, καὶ τὰς ἀσπίδας παρασπῶντες καὶ συμπλεκόμενοι, χρόνον πολὺν ἀντεῖχον. οἱ δ' Ἀθηναῖοι τέως μὲν ἠτρέμουν ἀναμένοντες τοὺς Λακεδαιμονίους· ἐπεὶ δὲ κραυγή τε προσέπιπτε πολλὴ μαχομένων, καὶ παρῆν, ὥς φασιν, ἄγγελος παρὰ Παυσανίου τὰ γινόμενα φράζων, ὥρμησαν κατὰ τάχος βοηθεῖν. καὶ προχωροῦσιν αὐτοῖς διὰ τοῦ πεδίου πρὸς τὴν βοὴν, ἐπε-

φέροντο

His rebus Pauſanias anxius, alias ex aliis hoſtias vate cædente, atque lacrymis oppletus, convertit ſe ad fanum Junonis, manuſque ad cœlum tendens precatur Cithæroniam Junonem, cæteroſque Deos qui Plataicam terram incolunt, ſi in fatis non foret ut potirentur Græci victoria, ſaltem ut re aliqua patrata memorabili caderent, & ubi hoſtibus re oſtendiſſent, viris fortibus eos & bellicoſis arma intuliſſe. Ita Pauſania Deos obteſtante, una cum precibus apparuerunt læta exta, & victoriam aruſpices nuntiaverunt: datoque ſigno, ut omnes cum hoſtibus manus conſererent, phalanx ſubito ſpeciem præ ſe tulit unius ferocis animalis ad vim ſe vertentis, & inhorrentis. Tunc animadverterunt barbari certamen ſibi eſſe cum viris, qui uſque ad extremum ſpiritum eſſent dimicaturi. Itaque multis objectis cetris Lacedæmonios inceſſebant ſagittis. Hi denſa phalange adoriebantur eos, dataque impreſſione tegumenta illa impellebant, & lanceis ora pectoraque Perſarum ferientes multos ſternebant. Nec cadebant illi tamen ignave aut impune. Haſtas enim nudis prenſabant manibus: quarum plurimas confregerunt, ſecureſque, quas copidas vocant, & acinaces ſtrinxerunt, neque id incaſſum, verum diu clypeos prenſando propiuſque conflictando ſe defenderunt. Athenienſes quidem tunc quieſcebant, quod expectarent Lacedæmonios. Ut vero frequens pugnantium clamor auribus eorum accidit, & nuntius (uti fertur) adfuit a Pauſania, qui quid ageretur declarabat, maturaverunt opem ferre. In progredientes per campum, qua clamorem audiebant,

diebant,

φερόντο τῶν Ἑλλήνων οἱ μηδίζοντες. Ἀριστείδης δὲ, πρῶτον μὲν ὡς εἶδε, πολὺ προελθὼν, ἐβόα, μαρτυρόμενος Ἑλληνίους Θεοὺς, ἀπέχεσθαι μάχης, καὶ μὴ σφίσιν ἐμποδὼν εἶναι μηδὲ κωλύειν ἐπαμύνοντας τοῖς προκινδυνεύουσιν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος. ἐπεὶ δ' ἑώρα μὴ προσέχοντας αὐτῷ, καὶ συντεταγμένους ἐπὶ τὴν μάχην, οὕτω τῆς ἐκεῖ βοηθείας ἀποτραπόμενος, συνέβαλλε τούτοις περὶ πεντακισμυρίους οὖσιν. ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖστον εὐθὺς ἐνέδωκε καὶ ἀπεχώρησεν, ἅτε δὴ καὶ τῶν βαρβάρων ἀπηλλαγμένων· ἡ δὲ μάχη λέγεται μάλιστα κατὰ Θηβαίους γενέσθαι προθυμότατα, τῶν πρώτων καὶ δυνατωτάτων τότε παρ' αὐτοῖς μηδιζόντων, καὶ τὸ πλῆθος οὐ κατὰ γνώμην ἀλλ' ὀλιγαρχούμενον ἀγόντων.

Οὕτω δὲ τοῦ ἀγῶνος δίχα συνεστῶτος, πρῶτοι μὲν ἐώσαντο τοὺς Πέρσας οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ τὸν Μαρδόνιον ἀνὴρ Σπαρτιάτης ὄνομα Ἀρίμνηστος ἀποκτίννυσι, λίθῳ τὴν κεφαλὴν πατάξας, ὥσπερ αὐτῷ προεσήμανε τὸ ἐν Ἀμφιάρεω μαντεῖον. ἔπεμψε γὰρ ἄνδρα Λυδὸν ἐνταῦθα, Κᾶρα δὲ ἕτερον εἰς Τροφωνίου ὁ Μαρδόνιος· καὶ τοῦτον μὲν ὁ προφήτης Καρικῇ γλώσσῃ προσεῖπεν· ὁ δὲ Λυδὸς ἐν τῷ σηκῷ τοῦ Ἀμφιάρεω κατευνασθεὶς, ἔδοξεν ὑπηρέτην τινὰ τοῦ Θεοῦ παραστῆναι, καὶ κελεύειν αὐτὸν ἀπιέναι· μὴ βουλομένου δὲ, λίθον εἰς τὴν κεφαλὴν ἐμβαλεῖν μέγαν, ὥστε δόξαι πληγέντα τεθνάναι τὸν ἄνθρωπον. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω γενέσθαι λέγεται· τοὺς δὲ φεύγοντας εἰς τὰ ξύλινα τείχη καθεῖρξαν. ὀλίγῳ δ' ὕστερον Ἀθηναῖοι τοὺς Θηβαίους τρέπονται, τριακοσίους τοὺς ἐπιφανεστάτους καὶ πρώτους διαφθείραντες ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ. γενο-

μένης

diebant, invehebant Græci, qui ſtabant pro Medorum partibus: quod ut conſpexit Ariſtides, primum longe ante agmen provectus, alta voce præſides Græciæ Deos teſtatur ut prœlio temperent, nec obſtent vel interpellent opem ipſos ferentes iis qui pro Græcia dimicent. Ubi cernit nihil moveri eos & ad prœlium expedire ſe, ita averſus ob ope Lacedæmoniis ferenda, cum iis qui ad quinque millia erant, contulit ſigna. At maxima pars gradum retulit extemplo & ſe recepit, quod etiam barbari tum terga vertiſſent. Pugna fuiſſe acerrima dicitur cum Thebanis: quod cum Medis principes eorum & potentiſſimi quique facerent enixiſſime, qui plebem invitam quidem, ſed paucorum potentium juri obnoxiam ducebant.

Ita quum duo eſſent diverſa certamina contracta, primo Perſas Lacedæmonii propulere. Mardonium Spartiates quidam nomine Arimneſtus, capite ejus lapide icto peremit, ut prænuntiaverat ei in fano Amphiarai oraculum. Nam eo Lydum quendam miſerat Mardonius, alium Carem ad Trophonii. Huic vates lingua Carica reſponſum reddidit. Lydo in Amphiarai adyto ſopito viſus eſt miniſter aliquis Dei adſiſtere, jubereque ut abiret: quo abnuente, caput ejus ingenti ſaxo percuſſiſſe, ut exiſtimaret ſe ex ictu exanimatum. Hæc ad eum modum aiunt geſta. Effuſos in muros ligneos redegerunt. Mox Athenienſes averterunt Thebanos, interfectis in acie clariſſimis eorum & primis trecentis. Poſtquam hi

terga

μένης γὰρ τῆς τροπῆς, ἧκεν αὐτοῖς ἄγγελος πολιορκεῖσθαι τὸ βαρβαρικὸν εἰς τὰ τείχη κατακεκλεισμένον. οὕτω δὴ σώζεσθαι τοὺς Ἕλληνας ἐάσαντες, ἐβοήθουν πρὸς τὰ τείχη· καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις παντάπασιν ἀργῶς πρὸς τειχομαχίαν καὶ ἀπείρως ἔχουσιν ἐπιφανέντες, αἱροῦσι τὸ στρατόπεδον, φόνῳ πολλῷ τῶν πολεμίων. λέγονται γὰρ ἀπὸ τῶν τριάκοντα μυριάδων τετρακισμύριοι φυγεῖν σὺν Ἀρταβάζῳ· τῶν δ᾽ ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀγωνισαμένων ἔπεσον οἱ πάντες, ἐπὶ χιλίοις ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι. τούτων Ἀθηναῖοι μὲν ἦσαν δύο καὶ πεντήκοντα, πάντες ἐκ τῆς Αἰαντίδος φυλῆς, ὥς φησι Κλείδημος, ἀγωνισαμένης ἄριστα· διὸ καὶ ταῖς Σφραγίτισι νύμφαις ἔθυον Αἰαντίδαι τὴν πυθόχρηστον θυσίαν ὑπὲρ τῆς νίκης, ἐκ δημοσίου τὸ ἀνάλωμα λαμβάνοντες. Λακεδαιμόνιοι δ᾽ ἑνὶ πλείους τῶν ἐννενήκοντα, Τεγεᾶται δ᾽ ἑκκαίδεκα. θαυμαστὸν οὖν τὸ Ἡροδότου, πῶς μόνους τούτους φησὶν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις, τῶν δ᾽ ἄλλων Ἑλλήνων μηδένα. καὶ γὰρ τὸ πλῆθος τῶν πεσόντων μαρτυρεῖ καὶ τὰ μνήματα κοινὸν γενέσθαι τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸν βωμὸν οὐκ ἂν ἐπέγραψαν οὕτως, εἰ μόναι τρεῖς πόλεις ἠγωνίσαντο, τῶν ἄλλων ἀτρέμα καθεζομένων.

Τόνδε ποθ᾽ Ἕλληνες νίκας κράτει ἔργῳ Ἄρηος,
Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινὸν
Ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν ἐλευθερίου.

ταύτην τὴν μάχην ἐμαχέσαντο τῇ τετράδι τοῦ Βοηδρομιῶνος ἱσταμένου κατ᾽ Ἀθηναίους, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς, τετράδι τοῦ Πανέμου φθίνοντος, ᾗ καὶ νῦν ἔτι

terga dederunt, barbaros intellexerunt in castra compulsos obsideri. Quare permisso Græcis receptu, accurrerunt ad munitionem barbarorum. Segnibus omnino Lacedæmoniis & imperitis mœnia oppugnandi supervenientes, castra magna hostium strage expugnaverunt. Ferunt ex trecentis millibus cum Artabazo quadraginta millia fugam cepisse. Ex his qui pro Græcia dimicaverunt, non plus mille trecenti sexaginta desiderati; in quibus fuerunt Athenienses duo & quinquaginta, omnes ex tribu Aiantide, quæ (ut Clidemus ait) pugnavit fortissime. Quamobrem nymphis Sphragitidibus Aiantidæ victoriæ causa sacra ex Apollinis oraculo præscripta sumptu publico faciebant. Lacedæmonii unus supra nonaginta, Tegeatæ sexdecim. Unde mirum est cur solos hos Herodotus prœlium iniisse cum hostibus, nullum præterea Græcorum dicat; quum numerus cæsorum & monumenta victoriam testentur communiter obtentam: neque aræ hunc titulum inscripsissent, solæ si certassent desidentibus aliis tres civitates.

Vindicis hanc quondam, Persæ quum terga dedissent,
Aram communem Graiæ erexere Pelasgi
Victores, patriæ clara trophæa Jovis.

Pugnatum fuit (ut Athenienses putant) quarto die mensis Boedromionis: ut Bœotii, vigesimo quarto Panemi, quo die adhuc conven-

ἔτι τὸ Ἑλληνικὸν ἐν Πλαταιαῖς ἀθροίζεται συνέδριον, καὶ θύουσι τῷ ἐλευθερίῳ Διῒ Πλαταιεῖς ὑπὲρ τῆς νίκης. τὴν δὲ τῶν ἡμερῶν ἀνωμαλίαν οὐ θαυμαστέον, ὅπου καὶ νῦν διηκριβωμένων τῶν ἐν ἀστρολογίᾳ μᾶλλον, ἄλλην ἄλλοι μηνὸς ἀρχὴν καὶ τελευτὴν ἄγουσιν.

Ἐκ τούτου τῶν Ἀθηναίων τὸ ἀριστεῖον οὐ παραδιδόντων τοῖς Σπαρτιάταις, οὐδὲ τρόπαιον ἱστάναι συγχωρούντων ἐκείνοις, παρ' οὐδὲν ἂν ἦλθεν εὐθὺς ἀπολέσθαι τὰ πράγματα τῶν Ἑλλήνων ἐν τοῖς ὅπλοις διαστάντων, εἰ μὴ πολλὰ παρηγορῶν καὶ διδάσκων τοὺς συστρατήγους ὁ Ἀριστείδης, μάλιστα δὲ Λεωκράτη καὶ Μυρωνίδην, ἔσχε καὶ συνέπεισε τὴν κρίσιν ἀφεῖναι τοῖς Ἕλλησιν. ἐνταῦθα βουλευομένων τῶν Ἑλλήνων, Θεογείτων μὲν ὁ Μεγαρεὺς εἶπεν ὡς ἑτέρᾳ πόλει δοτέον εἴη τὸ ἀριστεῖον, εἰ μὴ βούλονται συνταράξαι πόλεμον ἐμφύλιον· ἐπὶ τούτῳ δ' ἀναστὰς Κλεόκριτος ὁ Κορίνθιος, δόξαν μὲν παρέσχεν ὡς Κορινθίοις αἰτήσων τὸ ἀριστεῖον· ἦν γὰρ ἐν ἀξιώματι μεγίστῳ μετὰ τὴν Σπάρτην καὶ τὰς Ἀθήνας ἡ Κόρινθος· εἶπε δὲ πᾶσιν ἀρεστὸν καὶ θαυμαστὸν λόγον ὑπὲρ Πλαταιέων, καὶ συνεβούλευσε τὴν φιλονεικίαν ἀνελεῖν, ἐκείνοις τὸ ἀριστεῖον ἀποδόντας, οἷς οὐδετέρους τιμωμένοις ἄχθεσθαι. ῥηθέντων δὲ τούτων, πρῶτος μὲν Ἀριστείδης συνεχώρησεν ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων, ἔπειτα Παυσανίας ὑπὲρ τῶν Λακεδαιμονίων. οὕτω δὲ διαλλαγέντες, ἐξεῖλον ὀγδοήκοντα τάλαντα τοῖς Πλαταιεῦσιν, ἀφ' ὧν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἀνῳκοδόμησαν ἱερόν, καὶ τὸ ἕδος ἔστησαν, καὶ γραφαῖς τὸν νεὼν διεκόσμησαν, αἳ μέχρι νῦν ἀκμάζουσαι διαμένουσιν. ἔστησαν δὲ τρόπαιον, ἰδίᾳ μὲν Λακεδαιμόνιοι,

ventus Græcorum agitur Platæis, ſacrificantque ob adeptam victoriam Jovi liberatori Platæenſes. Dierum vero diſſonantiam non eſt quod mireris, quando vel nunc rebus magis limatis aſtronomicis, aliud alii menſis principium & exitum faciunt.

Hinc quum Spartiatis non tribuerent Athenienſes palmam, neu eis permitterent ut erigerent trophæum, ſeceſſione inter Græcos armatos facta, tantum non concidiſſent omnia, niſi multum mulcens monenſque Ariſtides collegas, imprimis Leocratem & Myronidem, compeſcuiſſet eos, induxiſſetque ut rem Græcorum permitterent judicio. Dum ea de re deliberant Græci, Theogiton Megarenſis in aliam civitatem cenſuit, niſi bellum civile vellent excitare, hoc decus conferendum. Sub eo exſurgens Corinthius Cleocritus, hanc laudem videbatur Corinthiis petiturus. Erat enim ſecundum Spartam & Athenas ſumma dignitas urbis Corinthi. Verum omnibus acceptam dixit & mirificam pro Platæenſibus ſententiam, conſuluitque ut omiſſo certamine, illis concederent victoriæ præmium, quorum honor neutros eſſet invidia affecturus. Poſtquam finem dicendi fecit, primus Ariſtides Athenienſium nomine, inde nomine Lacedæmoniorum conceſſit id Pauſanias. Ita conciliati præcipua octoginta talenta Platæenſibus dederunt, ex quibus templum Minervæ extruerent, ſignumque ejus in templo poſuerunt, & id exornarunt picturis, quæ etiamnum florem ſuum retinent. Trophæum excitaverunt ſeorſum Lacedæmonii,

δαιμόνιοι, χωρὶς δ' Ἀθηναῖοι. περὶ δὲ θυσίας ἐρομένοις αὐτοῖς ἀνεῖλεν ὁ Πύθιος, Διὸς ἐλευθερίου βωμὸν ἱδρύσασθαι, θῦσαι δὲ μὴ πρότερον ἢ τὸ κατὰ τὴν χώραν πῦρ ἀποσβέσαντας, ὡς ὑπὸ τῶν βαρβάρων μεμιασμένον, ἐναύσασθαι καθαρὸν ἐκ Δελφῶν ἀπὸ τῆς κοινῆς ἑστίας. οἱ μὲν οὖν ἄρχοντες τῶν Ἑλλήνων περιιόντες εὐθὺς, ἠνάγκαζον ἀποσβεννύναι τὰ πυρὰ πάντα τοὺς χρωμένους· ἐκ δὲ Πλαταιέων, Εὐχίδας ὑποσχόμενος ὡς ἐνδέχεται τάχιστα κομιεῖν τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ πῦρ, ἧκεν εἰς Δελφούς. ἁγνίσας δὲ τὸ σῶμα καὶ περιρρανάμενος, ἐστεφανώσατο δάφνῃ· καὶ λαβὼν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ τὸ πῦρ, δρόμῳ πάλιν εἰς τὰς Πλαταιὰς ἐχώρει, καὶ πρὸ ἡλίου δυσμῶν ἐπανῆλθε, τῆς αὐτῆς ἡμέρας χιλίους σταδίους ἀνύσας. ἀσπασάμενος δὲ τοὺς πολίτας, καὶ τὸ πῦρ παραδοὺς, εὐθὺς ἔπεσε, καὶ μετὰ μικρὸν ἐξέπνευσεν. ἀράμενοι δ' αὐτὸν οἱ Πλαταιεῖς, ἔθαψαν ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Εὐκλείας Ἀρτέμιδος, ἐπιγράψαντες τόδε τὸ τετράμετρον,

Εὐχίδας Πυθῶδε θρέξας ἦλθε τᾷδ' αὐθημερόν.

τὴν δ' Εὔκλειαν οἱ μὲν πολλοὶ καὶ καλοῦσι καὶ νομίζουσιν Ἄρτεμιν, ἔνιοι δέ φασιν, Ἡρακλέους μὲν θυγατέρα καὶ Μυρτοῦς γενέσθαι τῆς Μενοιτίου μὲν θυγατρὸς, Πατρόκλου δ' ἀδελφῆς· τελευτήσασαν δὲ παρθένον, ἔχειν παρά τε Βοιωτοῖς καὶ Λοκροῖς τιμάς. βωμὸς γὰρ αὐτῇ καὶ ἄγαλμα παρὰ πᾶσαν ἀγορὰν ἵδρυται, καὶ προθύουσιν αἵ τε γαμούμεναι καὶ οἱ γαμοῦντες.

Ἐκ τούτου γενομένης ἐκκλησίας κοινῆς τῶν Ἑλλήνων, ἔγραψεν Ἀριστείδης ψήφισμα, συνιέναι μὲν εἰς Πλαταιὰς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τοὺς ἀπὸ

τῆς

nii, seorsum etiam Athenienses. De sacrificio consulentibus respondit Apollo, Jovi liberatori erigerent aram: at sacra ante ne facerent quam extincto per totam regionem igne, quod esset per barbaros pollutus, purum Delphis ex communi foco accendissent. Itaque magistratus Græcorum illico circumvecti, subegerunt eos qui igne uterentur, omnem extinguere. Ex Platæensibus pollicitus Euchidas, quam ocyssime fieri posset, allaturum se a Deo ignem, Delphos profectus est, lustratoque corpore & lympha asperso, laurea coronatus ignem sumpsit ex ara, currensque retro Platæas contendit, & ante solis occasum reversus est, eodem die mille stadiorum iter emensus. Salutatis civibus, ubi ignem tradidit, concidit confestim, & paulo post exspiravit. Sustulerunt eum Platæenses, atque in Eucliæ Dianæ fano funeraverunt, inscripseruntque hoc tetrametrum,

Euchidas Delphos cucurrit & die reversus uno est.

Eucliam vulgo vocant (ut arbitrantur) Dianam: nonnulli ferunt Herculis & Myrtus Menœtii filiæ & sororis Patrocli filiam esse. Hanc in virginitate defunctam coli apud Bœotios & Locros. Est ejus per omnia fora ara & simulacrum, eique ante nuptias sponsi sponsæque sacrificant.

Inde advocata concione communi Græcorum, rogationem tulit Aristides, ut principes & legati Græciæ quotannis Platæis concilium

age-

τῆς Ἑλλάδος προβούλους καὶ θεωρούς, ἄγεσθαι δὲ πενταετηρικὸν ἀγῶνα τῶν ἐλευθερίων. εἶναι δὲ σύνταξιν Ἑλληνικήν, μυρίας μὲν ἀσπίδας, χιλίους δὲ ἵππους, ναῦς δ' ἑκατόν, ἐπὶ τὸν πρὸς βαρβάρους πόλεμον, Πλαταιεῖς δ' ἀσύλους καὶ ἱεροὺς ἀφεῖσθαι τῷ Θεῷ, θύοντας ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος. κυρωθέντων δὲ τούτων, οἱ Πλαταιεῖς ὑπεδέξαντο τοῖς πεσοῦσι καὶ κειμένοις αὐτόθι τῶν Ἑλλήνων ἐναγίζειν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. καὶ τοῦτο μέχρι νῦν δρῶσι τοῦτον τὸν τρόπον· τοῦ Μαιμακτηριῶνος μηνός, ὅς ἐστι παρὰ Βοιωτοῖς Ἀλαλκομένιος, τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα πέμπουσι πομπήν, ἧς προηγεῖται μὲν ἅμ' ἡμέρᾳ σαλπιγκτὴς, ἐγκελευόμενος τὸ πολεμικόν, ἕπονται δ' ἅμαξαι μυρρίνης μεσταὶ καὶ στεφανωμάτων, καὶ μέλας ταῦρος· καὶ χοὰς οἴνου καὶ γάλακτος ἐν ἀμφορεῦσιν, ἐλαίου τε καὶ μύρου κρωσσοὺς νεανίσκοι κομίζοντες ἐλεύθεροι. δούλῳ γὰρ οὐδενὸς ἔξεστι τῶν περὶ τὴν διακονίαν ἐκείνην προσάψασθαι, διὰ τὸ τοὺς ἄνδρας ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἐλευθερίας. ἐπὶ πᾶσι δὲ τῶν Πλαταιέων ὁ ἄρχων, ᾧ τὸν ἄλλον χρόνον οὔτε σιδήρου θίγειν ἔξεστιν, οὔθ' ἑτέραν ἐσθῆτα πλὴν λευκῆς ἀναλαβεῖν, τότε χιτῶνα φοινικοῦν ἐνδεδυκώς, ἀράμενός τε ὑδρίαν ἀπὸ τοῦ γραμματοφυλακίου, ξιφήρης ἐπὶ τοὺς τάφους προάγει διὰ μέσης τῆς πόλεως. εἶτα λαβὼν ὕδωρ ἀπὸ τῆς κρήνης, αὐτὸς ἀπολούει τὰς στήλας, καὶ μύρῳ χρίει. καὶ τὸν ταῦρον εἰς τὴν πυρὰν σφάξας, καὶ κατευξάμενος Διῒ καὶ Ἑρμῇ χθονίῳ, παρακαλεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τοὺς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποθανόντας ἐπὶ τὸ δεῖπνον καὶ τὴν αἱμοκουρίαν. ἔπειτα κρατῆρα κεράσας οἴνου καὶ χεάμενος, ἐπιλέγει, προπίνω τοῖς ἀνδράσι τοῖς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας τῶν

agerent, ut quinquennales ludi fierent Liberalium, utque descriptio fieret inter Græcos ad bellum cum Persis gerendum decem millium clypeatorum, mille equitum, navium centum; Platæenses sacrosancti essent, immunesque ad sacra Deo pro Græcia facienda relinquerentur. Eo approbato scito, Platæenses in se receperunt Græcis, qui ceciderant illic & humati fuerant, quotannis parentare: quod in hanc diem ad hunc faciunt modum. Maimacterionis mensis, qui apud Bœotios est Alalcomenius, sexto decimo die pompam agunt, quam antecedit prima luce tubicen classicum canens; sequuntur plaustra myrti & coronamentorum plena, taurus niger, libamina in amphoris vini & lactis, crossosque olei & unguenti adolescentes ingenui ferunt. Nulli enim licet homini conditionis servilis illud attingere ministerium, quod illi viri pro libertate occubuissent. Novissimus Platæensium archon, cui alias neque ferrum attrectare, neque aliam quam candidam induere vestem fas est, tunc sago puniceo amictus sumit ex tabulario hydriam, gladiumque tenens medio oppido ad monumenta pergit. Mox aquam ex fonte capit, abluit pilas & inungit, immolatoque super pyram tauro, Jovem ac Mercurium inferum precatus, viros illos fortes, qui lethum pro Græcia oppetierunt, ad cœnas & inferias invitat. Tum pateram vino miscet, quam ubi profudit, ita fatur, Propino illis viris qui pro libertate Græ-

τῶν Ἑλλήνων ἀποθανοῦσι. ταῦτα μὲν οὖν ἔτι καὶ νῦν διαφυλάττουσιν οἱ Πλαταιεῖς.

Ἐπεὶ δ' ἀναχωρήσαντας εἰς τὸ ἄστυ τοὺς Ἀθηναίους ὁ Ἀριστείδης ζητοῦντας ἑώρα ἀπολαβεῖν τὴν δημοκρατίαν, ἅμα μὲν ἄξιον ἡγούμενος διὰ τὴν ἀνδραγαθίαν ἐπιμελείας τὸν δῆμον, ἅμα δ' οὐκ ἔτι ῥᾴδιον, ἰσχύοντα τοῖς ὅπλοις, καὶ μέγα φρονοῦντα ταῖς νίκαις, ἐκβιασθῆναι, γράφει ψήφισμα, κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν, καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι. Θεμιστοκλέους δὲ πρὸς τὸν δῆμον εἰπόντος, ὡς ἔχει τι βούλευμα καὶ γνώμην ἀπόρρητον, ὠφέλιμον δὲ τῇ πόλει καὶ σωτήριον, ἐκέλευσαν Ἀριστείδην μόνον ἀκοῦσαι, καὶ συνδοκιμάσαι. φράσαντος δὲ τῷ Ἀριστείδῃ, ὡς διανοεῖται τὸν ναύσταθμον ἐμπρῆσαι τῶν Ἑλλήνων, οὕτω γὰρ ἔσεσθαι μεγίστους ἁπάντων καὶ κυρίους τοὺς Ἀθηναίους, παρελθὼν εἰς τὸν δῆμον ὁ Ἀριστείδης, ἔφη τῆς πράξεως ἣν ὁ Θεμιστοκλῆς πράττειν διανοεῖται, μήτε λυσιτελεστέραν ἄλλην, μήτ' ἀδικωτέραν εἶναι. ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ Ἀθηναῖοι, παύσασθαι τὸν Θεμιστοκλέα προσέταξαν. οὕτω μὲν ὁ δῆμος ἦν φιλοδίκαιος, οὕτω δὲ τῷ δήμῳ ὁ ἀνὴρ πιστὸς καὶ βέβαιος.

Ἐπεὶ δὲ στρατηγὸς ἐκπεμφθεὶς μετὰ Κίμωνος ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἑώρα τόν τε Παυσανίαν καὶ τοὺς ἄλλους ἄρχοντας τῶν Σπαρτιατῶν ἐπαχθεῖς καὶ χαλεποὺς τοῖς συμμάχοις ὄντας, αὐτός τε πρᾴως καὶ φιλανθρώπως ὁμιλῶν, καὶ τὸν Κίμωνα παρέχων εὐάρμοστον αὐτοῖς καὶ κοινὸν ἐν ταῖς στρατείαις, ἔλαθε τῶν Λακεδαιμονίων οὐχ ὅπλοις, οὐδὲ ναυσὶν, οὐδ' ἵπποις, εὐγνωμοσύνῃ δὲ καὶ πολιτείᾳ

Græciæ occiderunt. Hæc solennia servant in hodiernam diem Platæenses.

Postquam regressos in urbem Athenienses quærere animadvertit Aristides rempub. popularem, existimans tum dignum virtutis caussa populum, ut ejus ratio haberetur, tum non esse proclive pollenti armis atque ob victorias animos sustollenti vim adferre, rogationem tulit, ut respublica omnibus proposita esset, & archontes ex universo populo crearentur. Quum autem pro concione Themistocles consilium demonstrasset se habere & sententiam arcanam, utilem vero reipublicæ & salutarem; soli jusserunt eum id Aristidi aperire & cum eo discutere. Ubi declaravit Aristidi in animo habere se Græcorum navale incendere, ita fore ut omnium potentissimus populus Atheniensis & dominus esset; progressus in concionem Aristides dixit, re quam machinatur Themistocles neque compendiosiorem aliam esse, neque iniquiorem. Quod ut populus Atheniensis audivit, desistere jussit Themistoclem. Ita populus ille justitiam colebat, ita magna viro huic apud populum fides erat & autoritas.

Dux inde ad bellum collega Cimone missus, quum Pausaniam videret, cæterosque duces Spartiatarum sociis duros & asperos esse, placide & benigne eos appellando, & Cimonem præbendo in expeditionibus comem eis & communem, imprudentibus Lacedæmoniis imperium detraxit, non armis, non classe vel equitatu, sed

λιτείᾳ τὴν ἡγεμονίαν παρελόμενος. προσφιλεῖς γὰρ ὄντας τοὺς Ἀθηναίους τοῖς Ἕλλησι διὰ τὴν Ἀριστείδου δικαιοσύνην καὶ τὴν Κίμωνος ἐπιείκειαν, ἔτι μᾶλλον ἡ Παυσανίου πλεονεξία καὶ βαρύτης ποθεινοὺς ἐποίει. τοῖς τε γὰρ ἄρχουσι τῶν συμμάχων ἀεὶ μετ' ὀργῆς ἐνετύγχανε καὶ τραχέως, τούς τε πολλοὺς ἐκόλαζε πληγαῖς, ἢ σιδηρᾶν ἄγκυραν ἐπιτιθεὶς ἠνάγκαζεν ἑστάναι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας. στιβάδα δ' οὐκ ἦν λαβεῖν, οὐδὲ κρήνῃ προσελθεῖν ὑδρευσόμενον οὐδένα πρὸ τῶν Σπαρτιατῶν, ἀλλὰ μάστιγας ἔχοντες ὑπηρέται τοὺς προσιόντας ἀπήλαυνον. ὑπὲρ ὧν τοῦ Ἀριστείδου ποτ' ἐγκαλέσαι καὶ διδάξαι βουλομένου, συναγαγὼν τὸ πρόσωπον ὁ Παυσανίας, οὐκ ἔφη σχολάζειν, οὐδ' ἤκουσεν. ἐκ τούτου προσιόντες οἱ ναύαρχοι καὶ στρατηγοὶ τῶν Ἑλλήνων, μάλιστα δὲ Χῖοι καὶ Σάμιοι καὶ Λέσβιοι, τὸν Ἀριστείδην ἔπειθον ἀναδέξασθαι τὴν ἡγεμονίαν, καὶ προσαγαγέσθαι τοὺς συμμάχους, πάλαι δεομένους ἀπαλλαγῆναι τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ μετατάξασθαι πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. ἀποκρινομένου δ' ἐκείνου, τοῖς μὲν λόγοις αὐτῶν τὸ ἀναγκαῖον ἐνορᾶν καὶ τὸ δίκαιον, ἔργου δὲ δεῖσθαι τὴν πίστιν, ὃ πραχθὲν οὐκ ἐάσει πάλιν μεταβαλέσθαι τοὺς πολλούς, οὕτως οἱ περὶ τὸν Σάμιον Οὐλιάδην καὶ τὸν Χῖον Ἀνταγόραν συνομοσάμενοι, περὶ Βυζάντιον ἐμβάλλουσιν εἰς τὴν τριήρη τοῦ Παυσανίου, προεκπλέουσαν ἐν μέσῳ λαβόντες. ὡς δὲ κατιδὼν ἐκεῖνος ἐξανέστη, καὶ μετ' ὀργῆς ἠπείλησεν ὀλίγῳ χρόνῳ τοὺς ἄνδρας ἐπιδείξειν, οὐκ εἰς τὴν αὐτοῦ ναῦν ἐμβεβληκότας, ἀλλ' εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας, ἐκέλευον αὐτὸν ἀπιέναι καὶ ἀγαπᾶν τὴν συναγωνισαμένην τύχην ἐν Πλαταιαῖς· ἐκείνην γὰρ ἔτι

ſed benevolentia & civilitate. Gratos enim Græcis ex Ariſtidis juſtitia, & Cimonis moderatione Athenienſes, efficiebat Pauſaniæ iniquitas & auſteritas multo exoptatiores. Siquidem ſociorum duces nunquam non cum ſtomacho & aſpere appellabat, militeſque mulctabat plagis, aut injecta anchora ferrea totum diem cogebat perſtare. Tori parandi vel pabulandi copiam, aquandive niſi poſt Spartiatas, nemini faciebat: ſed flagellis, ſiqui accederent, abigebant accenſi. Ea de re quum illum aliquando increpare & admonere Ariſtides cuperet, adducta fronte negavit vacare Pauſanias, nec eum audivit. Inde Græcorum navarchi & prætores, præcipue Chii, Samii, & Lesbii, adierunt Ariſtidem, conſuluerunтque ut imperium capeſſeret, ſocioſque, qui jampridem relinquere Spartiatas & tranſire averent ad Athenienſes, adſciſceret. Reſpondente Ariſtide, videre ſe orationem ipſorum plenam eſſe neceſſitatis & æquitatis, cæterum ad fidei pignus opus eſſe facto, quod perpetratum ſententiam mutare non eſſet permiſſurum multitudini; ita Uliades Samius & Chius Antagoras conſpirantes, circa Byzantium in navem Pauſaniæ incurrunt primam evectam, quum eam in medio cepiſſent. Ubi ille id conſpiciens exſurrexit, atque inflammatus ira denuntiavit brevi ſe oſtenſurum, non in navem ſuam eos, ſed in ipſorum patriam incurriſſe, faceſſere juſſerunt eum, ac magnas gratias agere ſecundæ ad Platæas fortunæ: nam illius

3

ἔτι τοὺς Ἕλληνας αἰσχυνομένους μὴ λαμβάνειν ἀξίαν δίκην παρ' αὐτοῦ. τέλος δ' ἀποστάντες ᾤχοντο πρὸς τοὺς Ἀθηναίους. ἔνθα δὴ καὶ τὸ φρόνημα τῆς Σπάρτης διεφάνη θαυμαστόν. ὡς γὰρ ᾔσθοντο τῷ μεγέθει τῆς ἐξουσίας διαφθειρομένους αὐτῶν τοὺς ἄρχοντας, ἀφῆκαν ἑκουσίως τὴν ἡγεμονίαν, καὶ πέμποντες ἐπὶ τὸν πόλεμον ἔπαυσαν τοὺς στρατηγούς, μᾶλλον αἱρούμενοι σωφρονοῦντας ἔχειν καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐμμένοντας τοὺς πολίτας, ἢ τῆς Ἑλλάδος ἔχειν τὴν ἀρχὴν ἁπάσης.

Οἱ δ' Ἕλληνες ἐτέλουν μέν τινα καὶ Λακεδαιμονίων ἡγουμένων ἀποφορὰν εἰς τὸν πόλεμον, ταχθῆναι δὲ βουλόμενοι κατὰ πόλιν ἑκάστοις τὸ μέτριον, ᾐτήσαντο παρὰ τῶν Ἀθηναίων Ἀριστείδην, καὶ προσέταξαν αὐτῷ, χώραν τε καὶ προσόδους ἐπισκεψάμενον, ὁρίσαι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ δύναμιν. ὁ δὲ, τηλικαύτης ἐξουσίας κύριος γενόμενος, καὶ τρόπον τινὰ τῆς Ἑλλάδος ἐπ' αὐτῷ μόνῳ τὰ πράγματα πάντα θεμένης, πένης μὲν ἐξῆλθεν, ἐπανῆλθε δὲ πενέστερος, οὐ μόνον καθαρῶς καὶ δικαίως, ἀλλὰ καὶ προσφιλῶς πᾶσι καὶ ἁρμοδίως τὴν ἐπιγραφὴν τῶν χρημάτων ποιησάμενος. ὡς γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν ἐπὶ Κρόνου βίον, οὕτως οἱ σύμμαχοι τῶν Ἀθηναίων, τὸν ἐπ' Ἀριστείδου φόρον, εὐποτμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζοντες, ὕμνουν, καὶ μάλιστα μετ' οὐ πολὺν χρόνον διπλασιασθέντος, εἶτ' αὖθις τριπλασιασθέντος. ὃν μὲν γὰρ Ἀριστείδης ἔταξεν, ἦν εἰς ἑξήκοντα καὶ τετρακοσίων ταλάντων λόγον· τούτῳ δὲ Περικλῆς μὲν ἐπέθηκεν ὀλίγου δεῖν τὸ τρίτον μέρος. ἑξακόσια γὰρ τάλαντα Θουκυδίδης φησὶν ἀρχομένου τοῦ πολέμου προσιέναι τοῖς Ἀθηναίοις

ἀπὸ

illius adhuc verecundia non expetere Græcos meritas ab eo pœnas. Poſtremo defecerunt ab eo, tranſitionemque fecerunt ad Athenienſes. Inſignis gravitas hic extitit civitatis Spartanæ. Ut enim depravari ex amplitudine poteſtatis ſenſerunt duces ſuos, depoſuerunt ultro principatum, ac deſtiterunt ad bellum mittere duces, malueruntque modeſtos habere & diſciplinæ patriæ inhærentes cives, quam univerſæ Græciæ imperium obtinere.

Porro Græci etiam imperio Lacedæmoniorum nonnihil ſtipendii contulerant: verum quia oppidatim volebant id imponi ſingulis æqualiter, Ariſtidem ab Athenienſibus poſtulaverunt, eique negotium dederunt, ut inſpecto agro & vectigalibus præſcriberet pro cujuſque facultatibus & opibus quantum penderet. Qui quum tantæ rei haberet arbitrium, & quum Græci quodammodo ſummam rerum ad unum eum detuliſſent, pauper profectus eſt, & reverſus pauperior, tributique deſcriptionem non ſolum innocenter & æqualiter, ſed etiam grate omnibus atque convenienter fecit. Ut enim Saturni regnum priſci, ita Athenienſium ſocii deſcriptum ab Ariſtide tributum, fœlicitatem Græciæ appellantes, ferebant illud in cœlum: maxime quia non multo poſt duplicatum, mox triplicatum fuit. Quod enim induxit Ariſtides, ſexaginta & quadraginta talenta efficiebat: huic adjecit Pericles pene trientem: ſiquidem ſexcenta talenta Thucydides ait initio belli Peloponneſiaci populo Athenienſi

ſo-

ἀπὸ τῶν συμμάχων· Περικλέους δ' ἀποθανόντος, ἐπιτείνοντες οἱ δημαγωγοὶ κατὰ μικρὸν, εἰς χιλίων καὶ τριακοσίων ταλάντων κεφάλαιον ἀνήγαγον, οὐχ οὕτω τοῦ πολέμου διὰ μῆκος καὶ τύχας δαπανηροῦ γενομένου καὶ πολυτελοῦς, ὡς τὸν δῆμον εἰς διανομὰς καὶ θεωρικὰ καὶ κατασκευὰς ἀγαλμάτων καὶ ἱερῶν προαγαγόντες. μέγα δ' οὖν ὄνομα τοῦ Ἀριστείδου καὶ θαυμαστὸν ἔχοντος ἐπὶ τῇ διατάξει τῶν φόρων, ὁ Θεμιστοκλῆς λέγεται καταγελᾶν ὡς οὐκ ἀνδρὸς ὄντα τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ θυλάκου χρυσοφύλακος· ἀνομοίως ἀμυνόμενος τὴν Ἀριστείδου παρρησίαν. ἐκεῖνος γὰρ, εἰπόντος ποτὲ τοῦ Θεμιστοκλέους, ἀρετὴν ἡγεῖσθαι μεγίστην στρατηγοῦ, τὸ γινώσκειν καὶ προαισθάνεσθαι τὰ βουλεύματα τῶν πολεμίων, τοῦτο μὲν εἰπεῖν ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὦ Θεμιστόκλεις, καλὸν δὲ καὶ στρατηγικὸν ἀληθῶς, ἡ περὶ τὰς χεῖρας ἐγκράτεια.

Ὁ δ' Ἀριστείδης ὥρκισε μὲν τοὺς Ἕλληνας, καὶ ὤμοσεν ὑπὲρ τῶν Ἀθηναίων, μύδρους ἐμβαλὼν ἐπὶ ταῖς ἀραῖς εἰς τὴν θάλατταν. ὕστερον δὲ τῶν πραγμάτων ἄρχειν ἐγκρατέστερον, ὡς ἔοικεν, ἐκβιαζομένων, ἐκέλευε τοὺς Ἀθηναίους τὴν ἐπιορκίαν τρέψαντας εἰς αὑτὸν, ᾗ συμφέρει χρῆσθαι τοῖς πράγμασι. καθ' ὅλου δ' ὁ Θεόφραστος φησὶ τὸν ἄνδρα τοῦτον, περὶ τὰ οἰκεῖα καὶ τοὺς πολίτας ἄκρως ὄντα δίκαιον, ἐν τοῖς κοινοῖς πολλὰ πρᾶξαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς πατρίδος, ὡς συχνῆς ἀδικίας δεομένην. καὶ γὰρ τὰ χρήματα φησὶν ἐκ Δήλου βουλευομένων Ἀθήναζε κομίσαι παρὰ τὰς συνθήκας, καὶ Σαμίων εἰσηγουμένων, εἰπεῖν ἐκεῖνον, ὡς οὐ δίκαιον μὲν, συμφέρον

socios tuliſſe. Defuncto Pericle, qui populum tenebant, tributum intendentes paulatim ad mille trecentorum talentorum ſummam redegerunt; non ita quod propter longinquitatem & clades flagitaret tantos ſumptus bellum, ut quod ad largitiones, ſpectaculorum ſportulas, ſignorum & templorum extructiones populum impuliſſent. Quum igitur magno nomine Ariſtides & illuſtri eſſet ex tributi digeſtione, dicitur Themiſtocles eum deriſiſſe, quaſi non ea viri laus ſed loculorum eſſet, quibus aurum aſſervatur, diſſimili modo liberum Ariſtidis dictum ultus. Ille enim, quum Themiſtocles aliquando dixiſſet, maximam ſe virtutem ducere imperatoris, hoſtium conſilia noſſe & præſentiſcere, Hoc quidem (inquit) neceſſarium eſt, Themiſtocles, at præclarum & imperatore dignum manus habere abſtinentes.

Porro Ariſtides adegit Græcos jurejurando, & Athenienſium nomine juravit ipſe, ac poſt imprecationes projecit in mare candentes maſſas ferreas. Poſt quum res cogeret (ſicut mihi videtur) ut vim imperii intenderent, cohortatus Athenienſes eſt ut perjurium in ipſum verterent, atque imperium uſurparent prout poſtularet uſus. In genere autem hunc virum ait Theophraſtus in rebus privatis & erga cives ſumme juſtum, in repub. tamen multa ad tempora patriæ, quaſi multa iniqua illa flagitaret, perpetraſſe. Etenim quum deliberaretur hanc pecuniam ex Delo contra fœdus Athenas deportarent, idque eſſent Samii autores, illum dixiſſe, non hoc juſtum quidem, ſed eſſe utile

ἐφ' ἣ τοῦτ' ἐστι. καὶ τέλος, εἰς τὸ ἄρχειν ἀνθρώπων τοσούτων καταστήσας τὴν πόλιν, αὐτὸς ἐνέμεινε τῇ πενίᾳ, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ πένης εἶναι δόξαν οὐδὲν ἧττον ἀγαπῶν τῆς ἀπὸ τῶν τροπαίων διετέλεσε· δῆλον δ' ἐκεῖθεν. Καλλίας ὁ δᾳδοῦχος ἦν αὐτῷ γένει προσήκων· τοῦτον οἱ ἐχθροὶ θανάτου διώκοντες, ἐπεὶ περὶ ὧν ἐγράψαντο μετρίως κατηγόρησαν, εἶπόν τινα λόγον ἔξωθεν τοιοῦτον πρὸς τοὺς δικαστάς, Ἀριστείδην, ἔφησαν, ἴστε τὸν Λυσιμάχου, θαυμαζόμενον ἐν τοῖς Ἕλλησι· τούτῳ πῶς οἴεσθε τὰ κατ' οἶκον ἔχειν, ὁρῶντες αὐτὸν ἐν τρίβωνι τοιούτῳ προερχόμενον εἰς τὸ δημόσιον; ἆρ' οὐκ εἰκός ἐστι τὸν ῥιγοῦντα φανερῶς, καὶ πεινᾶν οἴκοι, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων σπανίζειν; τοῦτον μέντοι Καλλίας ἀνεψιὸν αὐτῷ ὄντα, πλουσιώτατος ὢν Ἀθηναίων, περιορᾷ μετὰ τέκνων καὶ γυναικὸς ἐνδεόμενον, πολλὰ κεχρημένος τῷ ἀνδρί, καὶ πολλάκις αὐτοῦ τῆς παρ' ὑμῖν δυνάμεως ἀπολελαυκώς. ὁ δὲ Καλλίας ὁρῶν ἐπὶ τούτῳ μάλιστα θορυβοῦντας τοὺς δικαστὰς καὶ χαλεπῶς πρὸς αὐτὸν ἔχοντας, ἐκάλει τὸν Ἀριστείδην, ἀξιῶν μαρτυρῆσαι πρὸς τοὺς δικαστάς, ὅτι πολλάκις αὐτοῦ πολλὰ καὶ διδόντος καὶ δεομένου λαβεῖν, οὐκ ἠθέλησεν, ἀποκρινόμενος ὡς μᾶλλον αὐτῷ διὰ τὴν πενίαν μέγα φρονεῖν, ἢ Καλλίᾳ διὰ πλοῦτον προσήκει. πλούτῳ μὲν γάρ ἐστι πολλοὺς ἰδεῖν εὖ τε καὶ κακῶς χρωμένους, πενίαν δὲ φέροντι γενναίως οὐ ῥᾴδιον ἐντυχεῖν· αἰσχύνεσθαι δὲ πενίαν, τοὺς ἀκουσίως πενομένους. ταῦτα δὲ τοῦ Ἀριστείδου τῷ Καλλίᾳ προσμαρτυρήσαντος, οὐδεὶς ἦν τῶν ἀκουόντων ὃς οὐκ ἀπῄει πένης μᾶλ-

utile tamen. Denique quum ad tam multorum hominum provexiſſet civitatem ſuam imperium, perſtitit ipſe in paupertate, gloriamque ex inopia ſua, non ſecus atque ex victoriis perpetuo cupivit. Quod hinc liquet. Callias tædifer erat propinquus ejus, hunc inimici rei capitalis poſtulaverunt. Qui quum crimina objecta tractaſſent ſufficienter, hæc extra cauſam ad judices commemoraverunt, Ariſtidem (inquiunt) noſtis Lyſimachi filium, cujus magna apud Græcos exiſtimatio eſt; hujus rem familiarem quemadmodum arbitramini eſſe comparatam, quum in pallio eum tam obſoleto conſpiciatis in publicum prodeuntem? Quid? hunc qui in publico riget, nonne domi conſentaneum eſt eſurire & neceſſariorum ad vitam inopem eſſe aliorum? Eum Callias tamen conſobrinum ſuum, Athenienſium pecunioſiſſimus, negligit cum liberis & conjuge premi penuria: quo multum uſus eſt, & ex cujus apud vos autoritate frequenter cepit fructum. Hac oratione Callias videns vehementiſſime incenſos judices in ſe exarſiſſe, accerſivit Ariſtidem, rogavitque ut teſtimonium apud judices perhiberet, quum ſæpenumero multa obtuliſſet ei, atque ut acciperet oraſſet, recuſaſſe ipſum ac reſpondiſſe, plus gloriandum ſibi egeſtatis cauſa, quam pecuniæ Calliæ. Quippe multos oſtendi poſſe qui divitiis bene & male utantur, paupertatem qui egregie ferret, ejus rarum eſſe exemplum. Erubeſcere autem paupertatem illos, qui inviti egeant. Hoc teſtimonium quum Calliæ dediſſet Ariſtides, nemo fuit auditorum quin ita

μᾶλλον, ὡς Ἀριστείδης, εἶναι βουλόμενος, ἢ πλουτεῖν ὡς Καλλίας. ταῦτα μὲν Αἰσχίνης ὁ Σωκρατικὸς ἀναγέγραφε. Πλάτων δὲ, τῶν μεγάλων δοκούντων καὶ ὀνομαστῶν Ἀθήνησι, μόνον ἄξιον λόγου τοῦτον ἀποφαίνει τὸν ἄνδρα. Θεμιστοκλέα μὲν γὰρ καὶ Κίμωνα καὶ Περικλέα στοῶν καὶ χρημάτων καὶ φλυαρίας πολλῆς ἐμπλῆσαι τὴν πόλιν, Ἀριστείδην δὲ πολιτεύσασθαι πρὸς ἀρετήν. μεγάλα δ' αὐτοῦ καὶ τὰ πρὸς Θεμιστοκλέα τῆς ἐπιεικείας σημεῖα. χρησάμενος γὰρ αὐτῷ παρὰ πᾶσαν τὴν πολιτείαν ἐχθρῷ, καὶ δι' ἐκεῖνον ἐξοστρακισθεὶς, ἐπεὶ τὴν αὐτὴν λαβὴν παρέσχεν ὁ ἀνὴρ ἐν αἰτίᾳ γενόμενος πρὸς τὴν πόλιν, οὐκ ἐμνησικάκησεν, ἀλλ' Ἀλκμαίωνος καὶ Κίμωνος καὶ πολλῶν ἄλλων ἐλαυνόντων καὶ κατηγορούντων, μόνος Ἀριστείδης οὔτ' ἔπραξέ τι οὔτ' εἶπε φαῦλον, οὐδ' ἀπέλαυσεν ἐχθροῦ δυστυχοῦντος, ὥσπερ οὐδ' εὐημεροῦντι πρότερον ἐφθόνησε.

Τελευτῆσαι δὲ Ἀριστείδην οἱ μὲν ἐν Πόντῳ φασὶν, ἐκπλεύσαντα πράξεων ἕνεκα δημοσίων· οἱ δ', Ἀθήνησι, γήρᾳ, τιμώμενον καὶ θαυμαζόμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν. Κρατερὸς δ' ὁ Μακεδὼν τοιαῦτά τινα περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀνδρὸς εἴρηκε. μετὰ γὰρ τὴν Θεμιστοκλέους φυγὴν φησὶν ὥσπερ ἐξυβρίσαντα τὸν δῆμον, ἀναφῦσαι πλῆθος συκοφαντῶν, οἳ τοὺς ἀρίστους καὶ δυνατωτάτους ἄνδρας διώκοντες, ὑπέβαλλον τῷ φθόνῳ τῶν πολλῶν ἐπαιρομένων ὑπ' εὐτυχίας καὶ δυνάμεως. ἐν τούτοις καὶ Ἀριστείδην ἁλῶναι δωροδοκίας, Διοφάντου τοῦ Ἀμφιτροπῆθεν κατηγοροῦντος, ὡς ὅτε τοὺς φόρους ἔπραττε παρὰ τῶν Ἰώνων χρήματα λαβόντος· ἐκτίσαι δ' οὐκ ἔχοντος τὴν

κατα-

ita discederet, cum Aristide ut præoptaret pauper esse, quam dives cum Callia. Hoc Æschines Socraticus literis prodidit. Plato autem inter complures qui Athenis magni habiti & celebres fuere, unum censet hunc virum memorabilem. Themistoclem enim & Cimonem & Periclem porticibus, pecunia, multisque quisquiliis refersisse civitatem, Aristidem vero actiones suas ad virtutem direxisse. Magna etiam extant moderationis ejus adversus Themistoclem vestigia : quem omnibus in actionibus suis quum adversarium habuisset, atque ejus opera fuisset in exilium exactus, ubi occasio de illo se vindicandi ad populum accusato oblata est, non revocavit ea ad memoriam, sed quum eum Alcmæon Cimonque & alii multi fatigarent ac urgerent accusationibus, solus Aristides nec facto læsit eum, nec dicto, neque adversis insultavit inimici, sicut nec ante inviderat ei rebus lætis.

Deceſſiſſe Aristidem alii in Ponto memorant, quo navigaverat reipublicæ causa : alii Athenis ex senio a civibus honoratum atque celebratum. At Craterus Macedo hæc de obitu ejus tradit. Sub Themistoclis exilium refert lasciviente populo gregem extitisse quadruplatorum, qui proceres & principes appeterent, ac invidiæ populi secundis rebus & potentia luxuriantis subjicerent. In his Aristidem quoque accusatore Diophante Amphitropensi repetundarum damnatum: quod quum vectigalia exigeret, pecuniam cepisset ab Ionibus. Qui quum litis æstima-

καταδίκην, πεντήκοντα μνῶν οὖσαν, ἐκπλεῦσαι, καὶ περὶ τὴν Ἰωνίαν ἀποθανεῖν. τούτων οὐδὲν ἔγγραφον ὁ Κρατερὸς τεκμήριον παρέσχεν, οὔτε δίκην οὔτε ψήφισμα, καίπερ εἰωθὼς ἐπιεικῶς γράφειν τὰ τοιαῦτα, καὶ παρατίθεσθαι τοὺς ἱστοροῦντας. οἱ δ᾽ ἄλλοι πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὅσοι τὰ πλημμεληθέντα τῷ δήμῳ περὶ τοὺς στρατηγοὺς διεξίασι, τὴν μὲν Θεμιστοκλέους φυγὴν, καὶ τὰ Μιλτιάδου δεσμὰ, καὶ τὴν Περικλέους ζημίαν, καὶ τὸν Πάχητος ἐν τῷ δικαστηρίῳ θάνατον, ἀνελόντος αὑτὸν ἐπὶ τοῦ βήματος, ὡς ἡλίσκετο, καὶ πολλὰ τοιαῦτα συνάγουσι καὶ θρυλλοῦσιν, Ἀριστείδου δὲ τὸν μὲν ἐξοστρακισμὸν παρατίθενται, καταδίκης δὲ τοιαύτης οὐδαμοῦ μνημονεύουσι.

Καὶ μέντοι καὶ τάφος ἐστὶν αὐτοῦ Φαληροῖ δεικνύμενος, ὅν φασι κατασκευάσαι τὴν πόλιν αὐτῷ, μηδ᾽ ἐντάφια καταλιπόντι. καὶ τὰς μὲν θυγατέρας ἱστοροῦσιν ἐκ τοῦ πρυτανείου τοῖς νυμφίοις ἐκδοθῆναι, δημοσίᾳ τῆς πόλεως τὸν γάμον ἐγγυώσης, καὶ προῖκα τρισχιλίας δραχμὰς ἑκατέρᾳ ψηφισαμένης· Λυσιμάχῳ δὲ τῷ υἱῷ μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου, καὶ γῆς τοσαῦτα πλέθρα πεφυτευμένης ἔδωκεν ὁ δῆμος, ἄλλας δὲ δραχμὰς τέσσαρας εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἀπέταξεν, Ἀλκιβιάδου τὸ ψήφισμα γράψαντος. ἔτι δὲ Λυσιμάχου θυγατέρα Πολυκρίτην ἀπολιπόντος, ὡς Καλλισθένης φησὶ, καὶ ταύτῃ σίτησιν ὅσην καὶ τοῖς Ὀλυμπιονίκαις ὁ δῆμος ἐψηφίσατο. Δημήτριος δ᾽ ὁ Φαληρεὺς, καὶ Ἱερώνυμος ὁ Ῥόδιος, καὶ Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς, καὶ Ἀριστοτέλης, εἰ δὲ τὸ περὶ εὐγενείας βιβλίον ἐν τοῖς γνησίοις Ἀριστοτέλους θετέον, ἱστοροῦσι, Μυρτὼ θυγατριδῆν Ἀριστείδου Σωκράτει τῷ

mationem (quinquaginta minæ erant) solvere non posset, navigio avectum & in Ionia extinctum tradit. Hujus rei Craterus scriptum monumentum profert nullum, neque formulam accusationis, neque plebiscitum, solitus alioqui talia sæpius adscribere & citare autores. Reliqui prope dixerim omnes, quotquot hujus populi prosequuti sunt in duces suos offensa, Themistoclis exilium, Miltiadis vincula, Periclis mulctam, fatum in foro Pachetis, qui semet ipse quum damnaretur, peremit in suggesto, multaque ejuscemodi congerunt & exagitant, Aristidis insuper attexunt exilium, damnationis tamen hujus nusquam meminerunt.

Atqui tumulus ejus extat in portu Phaleræ: quem ei, quum ne sumptum quidem funeris reliquisset, publice ferunt factum. Filias ejus ex prytaneo scribunt sponsis elocatas, populum sponsalia publice fecisse, ac tria millia drachmarum dotis utrique scivisse. Filio minas argenti centum, totidemque jugera agri arboribus consiti dedit populus, alias insuper quaternas in diem drachmas attribuit ex rogatione Alcibiadis. Præterea quum Lysimachus reliquisset filiam Polycritam, (ut refert Callisthenes) huic quoque annonam, quantam Olympionicis scivit populus. At Demetrius Phalereus, Hieronymus Rhodius, Aristoxenus musicus, & Aristoteles (si modo liber de nobilitate inter germanos est Aristotelis libros recensendus) Myrto tradunt Aristidis ex filia neptem a Socrate illo

τῷ σοφῷ συνοικῆσαι, γυναῖκα μὲν ἑτέραν ἔχοντα, ταύτην δ' ἀναλαβόντα χηρεύουσαν διὰ πενίαν καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐνδεομένην. πρὸς μὲν οὖν τούτους ἱκανῶς ὁ Παναίτιος ἐν τοῖς περὶ Σωκράτους ἀντείρηκεν. ὁ δὲ Φαληρεὺς ἐν τῷ Σωκράτει φησὶ μνημονεύειν Ἀριστείδου θυγατριδοῦν εὖ μάλα πένητα Λυσίμαχον, ὃς ἑαυτὸν ἐκ πινακίου τινὸς ὀνειροκριτικοῦ παρὰ τὸ Ἰακχεῖον λεγόμενον καθεζόμενος ἔβοσκε. τῇ δὲ μητρὶ καὶ τῇ ταύτης ἀδελφῇ ψήφισμα γράψας δωρεὰν ἔπεισε τὸν δῆμον διδόναι, τριώβολον ἑκάστης ἡμέρας. αὐτὸς μέντοι φησὶν ὁ Δημήτριος νομοθετῶν ἐψηφίσατο δραχμὴν ἑκατέρᾳ τάξαι τῶν γυναικῶν. καὶ οὐδὲν ἐστι θαυμαστὸν οὕτω φροντίσαι τῶν ἐν ἄστει τὸν δῆμον, ὅπου θυγατριδῆν Ἀριστογείτονος ἐν Λήμνῳ πυθόμενοι ταπεινὰ πράττειν, ἀνδρὸς ἀπορῆσαν διὰ πενίαν, κατήγαγον Ἀθήναζε, καὶ συνοικίσαντες ἀνδρὶ τῶν εὖ γεγονότων, τὸ Ποταμοῖ χωρίον εἰς φερνὴν ἐπέδωκαν. ἧς φιλανθρωπίας καὶ χρηστότητος ἔτι πολλὰ καὶ καθ' ἡμᾶς ἡ πόλις ἐκφέρουσα δείγματα θαυμάζεται καὶ ζηλοῦται δικαίως.

illo sapiente domum acceptam: habuisse illum quidem aliam uxorem, verum eum hanc viduam & per inopiam omnium rerum egenam recepisse. Cæterum refellit abunde hos Panætius in libris quos de Socrate conscripsit. Phalereus in Socrate, cognosse refert se inter Aristidis nepotes ex filia oppido pauperem Lysimachum, qui juxta locum, quod Iaccheum appellatur, sedens vitam interpretandis ex tabula quadam somniis toleraret: cujus matri & materteræ se rogationem ferentem obtinuisse apud populum ut triobolum in dies singulos dono daret: ipse Demetrius tamen corrigens leges Athenis decrevit utrique mulieri drachmam. Neque mirum est tantam curam egisse populum eorum qui in urbe agerent, quum Aristogitonis ex filia neptem, quam vivere acceperant in Lemno sordide, illocabilem ob inopiam, reduxerint Athenas, atque nobili viro nuptum dederint, in dotem largiti prædium in Potamo: cujus humanitatis & benignitatis quia multa hac etiam ætate edit illa civitas documenta, merito commendatur & celebratur.



ΜΑΡ-



Apud Ful: Ursin: — *G. V.dr Gucht Sculp.*

ΜΑΡΚΟΣ ΚΑΤΩΝ.

ΜΑΡΚΩ δὲ Κάτωνι φασὶν ἀπὸ Τούσκλου τὸ γένος εἶναι, δίαιταν δὲ καὶ βίον ἔχειν πρὸ τῶν στρατειῶν καὶ τῆς πολιτείας, ἐν χωρίοις πατρῴοις περὶ τοὺς Σαβίνους. τῶν δὲ προγόνων παντάπασιν ἀγνώστων γεγονέναι δοκούντων, αὐτὸς ὁ Κάτων καὶ τὸν πατέρα Μάρκον, ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ στρατιωτικὸν ἐπαινεῖ, καὶ Κάτωνα τὸν πρόπαππον ἀριστείων πολλάκις τυχεῖν φησι, καὶ πέντε πολεμιστὰς ἵππους ἐν μάχαις ἀποβαλόντα, τὴν τιμὴν ἀπολαβεῖν ἐκ τοῦ δημοσίου δι' ἀνδραγαθίαν. εἰωθότων δὲ τῶν Ῥωμαίων τοὺς ἀπὸ γένους μὲν δόξαν οὐκ ἔχοντας, ἀρχομένους δὲ γνωρίζεσθαι δι' αὐτῶν, καινοὺς προσαγορεύειν ἀνθρώπους, ὥσπερ καὶ τὸν Κάτωνα προσηγόρευον, αὐτὸς ἔλεγε καινὸς εἶναι πρὸς ἀρχὴν καὶ δόξαν, ἔργοις δὲ προγόνων καὶ ἀρεταῖς παμπάλαιος. ἐκαλεῖτο δὲ τῷ τρίτῳ τῶν ὀνομάτων πρότερον, οὐ Κάτων, ἀλλὰ Πρίσκος· ὕστερον δὲ τὸν Κάτωνα τῆς δυνάμεως ἐπώνυμον ἔσχε. Ῥωμαῖοι γὰρ τὸν ἔμπειρον

M. Catonem ferunt, Tusculo oriundum, habitasse & vitam egisse, priusquam stipendia faceret & rempub. capesseret, in prædiis paternis in Sabinis. Cujus majores quum in totum ignobiles haberentur, ipse Marcum patrem Cato ut egregium virum & strenuum militem celebrat. Catonem etiam proavum dona militaria sæpius refert obtinuisse: ac quum bellatores equos quinque amisisset in conflictibus, pretium ei ex ærario virtutis causa redditum. Quia vero solent Romani obscuro genere ortos, qui incipiant actibus inclarescere suis, novos homines appellare, ut etiam appellabant Catonem, novum ille se ad magistratus & claritatem, sed factis majorum virtutibusque ferebat se pervetustum esse. Dictus fuit ante tertio nomine non Cato, sed Priscus: post Catonis nomen traxit a solertia. Romani enim experien-

ῥον Κάτωνα ὀνομάζουσιν. ἦν δὲ τὸ μὲν εἶδος ὑπόπυῤῥος καὶ γλαυκὸς, ὡς ὁ ποιήσας τὸ ἐπιγραμμάτιον οὐκ εὐμενῶς παρεμφαίνει,

Πυῤῥὸν, πανδακέτην, γλαυκόμματον, οὐδὲ θανόντα
Πόρκιον εἰς ἀΐδην Φερσεφόνη δέχεται.

τὴν δὲ τοῦ σώματος ἕξιν αὐτουργία καὶ διαίτῃ σώφρονι, καὶ στρατείαις ἀπ' ἀρχῆς συντρόφου γεγονότος, πάνυ χρηστικὴν εἶχε, καὶ πρὸς ἰσχὺν καὶ πρὸς ὑγείαν ὁμαλῶς συνεστῶσαν. τὸν δὲ λόγον, ὥσπερ δεύτερον σῶμα, καὶ τῶν καλῶν οὐ μόνον ἀναγκαῖον ὄργανον ἀνδρὶ μὴ ταπεινῶς βιωσομένῳ μηδ' ἀπράκτως, ἐξηρτύετο καὶ παρεσκεύαζεν ἐν ταῖς περιοικίσι κώμαις καὶ τοῖς πολιχνίοις, ἑκάστοτε συνδικῶν τοῖς δεομένοις. καὶ πρῶτον μὲν ἀγωνιστὴς εἶναι δοκῶν πρόθυμος, εἶτα καὶ ῥήτωρ ἱκανός· ἐκ δὲ τούτου μᾶλλον τοῖς χρωμένοις κατεφαίνετο βάρος τι καὶ φρόνημα περὶ αὐτὸν ἤθους, καὶ πραγμάτων μεγάλων καὶ πολιτείας δεόμενον ἡγεμονικῆς. οὐ γὰρ μόνον, ὡς ἔοικε, μισθαρνίας καθαρὸν ἑαυτὸν ἐπὶ τὰς δίκας καὶ τοὺς ἀγῶνας παρεῖχεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν δόξαν ὡς μέγιστον ἀγαπῶν ἐφαίνετο τὴν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀγώνων. πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν ταῖς μάχαις ταῖς πρὸς τοὺς πολεμίους καὶ ταῖς στρατείαις βουλόμενος εὐδοκιμεῖν, ἔτι μειράκιον ὢν, τραυμάτων τὸ σῶμα μεστὸν ἐναντίων εἶχε. φησὶ γὰρ αὐτὸς, ἑπτακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τὴν πρώτην στρατεύσασθαι στρατείαν, περὶ ὃν Ἀννίβας χρόνον εὐτυχῶν ἐπέφλεγε τὴν Ἰταλίαν. παρεῖχε δ' αὐτὸν ἐν ταῖς μάχαις τῇ μὲν χειρὶ πλήκτην, τῷ δὲ ποδὶ, μόνιμον καὶ βέβαιον, γαῦρον δὲ τῷ προσώπῳ. λόγου δ' ἀπειλῇ καὶ τραχύτητι

φωνῆς

rientem Catum vocitant. Facie fuit ſubrufus & cæſius, ut declarat maligne ſatis ille qui hoc minutum epigramma fecit,

Rufum, mordacem, glaucum, ne quidem exanimatum
Porcium in infernum Perſephone recipit.

Corporis conſtitutionem laboribus ſuis, ſobrio victu & expeditionibus, in quibus a prima ætate adolevit, perquam paraverat habilem, ad roburque & ſanitatem juxta comparatam. Orationem vero ſicut alterum corpus & organum, non honeſtum modo, verum etiam neceſſarium viro, qui non in obſcuro ſit neque in otio victurus, continuo patrocinio eorum qui operam ſuam requirebant, in finitimis vicis & oppidulis inſtruebat & aptabat. Ac primum acris habitus eſt cauſarum actor, deinde orator inſignis. Hinc fuit utentibus eo morum gravitas & pondus magis conſpicuum, quod latum campum & rempublicam requireret rerum dominam. Non modo enim a quæſtu judiciario forenſique præbuit ſe integrum, ſed nec gloriam videbatur ab illa palæſtra, ut ſummum præmium, ſectari. Cæterum quia inclareſcere ex pugnis potius cum hoſte ineundis atque armis adoleſcens etiamnum geſtiebat, corpus habebat adverſis cicatricibus oppletum: nam ait ipſe annos natum ſeptendecim prima ſe ſtipendia feciſſe, quo tempore Annibal ſecundis prœliis uſus incendebat Italiam. In acie exhibebat ſe manu ſtrenuum, loco ſtabilem & immotum, vultu ferocem. Verborum minis & aſperitate vocis

φωνῆς πρὸς τοὺς πολεμίους ἐχρῆτο· ὀρθῶς καὶ διανοούμενος καὶ διδάσκων, ὅτι πολλάκις τὰ τοιαῦτα τοῦ ξίφους μᾶλλον καταπλήττεται τοὺς ἐναντίους. ἐν δὲ ταῖς πορείαις αὐτὸς ἐβάδιζε φέρων τὰ ὅπλα, καὶ θεράπων εἷς εἵπετο, τὰ πρὸς δίαιταν αὐτῷ κομίζων, ᾧ λέγεται μηδέποτε δυσκολᾶναι μηδὲ μέμψασθαι παραθέντι ἄριστον ἢ δεῖπνον, ἀλλὰ καὶ συλλαμβάνειν αὐτὸς τὰ πλεῖστα καὶ συμπαρασκευάζειν, ἀπὸ τῶν στρατιωτικῶν γενόμενος ἔργων. ὕδωρ δ' ἔπινεν ἐπὶ τῆς στρατείας, πλὴν εἴποτε διψήσας περιφλεγῶς, ὄξος ᾔτησεν, ἢ ἰσχύος ἐνδιδούσης, ἐπιλάβοι μικρὸν οἰνάριον.

Ἦν δὲ πλησίον αὐτοῦ τῶν ἀγρῶν ἡ γενομένη Μαρκίου Κουρίου τοῦ τρὶς θριαμβεύσαντος ἔπαυλις. ἐπὶ ταύτην συνεχῶς βαδίζων καὶ θεώμενος τοῦ τε χωρίου τὴν μικρότητα, καὶ τῆς οἰκήσεως τὸ λιτὸν, ἔννοιαν ἐλάμβανε τοῦ ἀνδρὸς, ὅτι Ῥωμαίων μέγιστος γενόμενος, καὶ τὰ μαχιμώτατα τῶν ἐθνῶν ὑπαγαγόμενος, καὶ Πύῤῥον ἐξελάσας τῆς Ἰταλίας, τοῦτο τὸ χωρίδιον αὐτὸς ἔσκαπτε, καὶ ταύτην τὴν ἔπαυλιν ᾤκει μετὰ τρεῖς θριάμβους. ἐνταῦθα πρὸς ἐσχάρᾳ καθήμενον αὐτὸν ἕψοντα γογγυλίδας εὑρόντες οἱ Σαννιτῶν πρέσβεις, ἐδίδοσαν πολὺ χρυσίον. ὁ δ' ἀπεπέμψατο, φήσας οὐδὲν χρυσίου δεῖν ᾧ δεῖπνον ἀρκεῖ τοιοῦτον· αὐτῷ μέντοι τοῦ χρυσίου ἔχειν, κάλλιον εἶναι τὸ νικᾶν τοὺς ἔχοντας. ταῦθ' ὁ Κάτων ἐνθυμούμενος ἀπῄει, καὶ τὸν αὐτοῦ πάλιν οἶκον ἐφορῶν καὶ χωρία καὶ θεράποντας, καὶ δίαιταν, ἐπέτεινε τὴν αὐτουργίαν, καὶ περιέκοπτε τὴν πολυτέλειαν. Φαβίου δὲ Μαξίμου τὴν Ταραντίνων πόλιν ἑλόντος, ἔτυχε μὲν ὁ Κάτων στρατευόμενος ὑπ' αὐτῷ, κομιδῆ μειράκιον ὤν.

Νεάρ-

cis adverſus hoſtes utebatur: recte ſentiens & docens plus ſæpenumero iis rebus quam gladio percelli hoſtes. Ferebat per expeditiones ipſe in agmine arma. Servus eum ſequebatur unus qui cibaria ejus portabat, cui dicitur prandium vel cœnam apponenti nuſquam ſuccenſuiſſe aut objurgaſſe, immo expletis muneribus militaribus, eum ipſe adjuviſſe fere atque una manum admoviſſe. Potabat in expeditionibus aquam: extra quam, ſi immenſo æſtu ſitiret, tum potabat acetum, aut fatiſcentibus viribus poſtremo loco parum vini ſumebat.

Erat agris ejus caſa Manii Curii, qui ter triumphavit, vicina. Quo quum commearet aſſidue, prædiique anguſtias & penatium ſpectaret humilitatem, ſubiit eum illius viri cogitatio, qui quum inter Romanos eſſet maximus, & gentes ſubegiſſet maxime bellicoſas, atque Pyrrhum Italia ſummoviſſet, hoc ruſculum ipſe foderet, & hanc habitaret caſam poſt tres triumphos: ibi ad focum ſedentem, atque ipſum rapas elixantem quum reperiſſent legati Samnitium, magnum auri pondus ei obtulerint: quos rejecerit, negans eſſe ei auro opus, cui talis ſufficeret cœna; malle autem vincere ſe aurum habentes, quam ipſum habere. Hæc ſecum volvens abibat Cato, & domum ſuam ex altera parte contemplans, & prædia & ſervitia, & victum, intendit laborem, ſumptuſque immodicos circumcidit. Quum Fabius Maximus Tarentum reciperet, ſub eo forte admodum adoleſcens militabat Cato. Hoſpitio

Νεάρχῳ δέ τινι τῶν Πυθαγορικῶν ξένῳ χρησάμενος, ἐσπούδασε τῶν λόγων μεταλαβεῖν. ἀκούσας δὲ ταῦτα διαλεγομένου τοῦ ἀνδρὸς, οἷς κέχρηται καὶ Πλάτων, τὴν μὲν ἡδονὴν ἀποκαλῶν μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, συμφορὰν δὲ τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα πρώτην, λύσιν δὲ καὶ καθαρμὸν οἷς μάλιστα χωρίζει καὶ ἀφίστησιν αὐτὴν τῶν περὶ τὸ σῶμα παθημάτων λογισμοῖς, ἔτι μᾶλλον ἠγάπησε τὸ λιτὸν καὶ τὴν ἐγκράτειαν. ἄλλως δὲ παιδείας Ἑλληνικῆς ὀψιμαθὴς γενέσθαι λέγεται, καὶ πόῤῥω παντάπασιν ἡλικίας ἐληλακὼς, Ἑλληνικὰ βιβλία λαβὼν εἰς χεῖρας, βραχέα μὲν ἀπὸ Θουκυδίδου, πλείονα δ' ἀπὸ Δημοσθένους εἰς τὸ ῥητορικὸν ὠφεληθῆναι. τὰ μέντοι συγγράμματα καὶ δόγμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ ἱστορίαις ἐπιεικῶς διαπεποίκιλται· καὶ μεθηρμηνευμένα πολλὰ κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμασι καὶ ταῖς γνωμολογίαις τέτακται.

Ἦν δέ τις ἀνὴρ εὐπατρίδης μὲν ἐν τοῖς μάλιστα Ῥωμαίων καὶ δυνατὸς, ἀρετὴν δὲ φυομένην μὲν αἰσθάνεσθαι δεινὸς, εὐμενὴς δὲ καὶ θρέψαι καὶ προαγαγεῖν εἰς δόξαν, Οὐαλέριος Φλάκκος. οὗτος εἶχεν ὁμοροῦντα χωρία τοῖς Κάτωνος· πυνθανόμενος δὲ τὴν αὐτουργίαν καὶ δίαιταν αὐτοῦ παρὰ τῶν οἰκετῶν, καὶ θαυμάσας ἐξηγουμένων, ὅτι πρωῒ μὲν εἰς ἀγορὰν βαδίζει καὶ παρίσταται τοῖς δεομένοις, ἐπανελθὼν δ' εἰς τὸ χωρίον, ἂν μὲν ᾖ χειμὼν, ἐξωμίδα λαβὼν, θέρους δὲ γυμνὸς, ἐργασάμενος μετὰ τῶν οἰκετῶν, ἐσθίει τὸν αὐτὸν ἄρτον ὁμοῦ καθήμενος, καὶ πίνει τὸν αὐτὸν οἶνον· ἄλλην τε πολλὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ καὶ μετριότητα, καί τινας καὶ λόγους ἀποφθεγματικοὺς διαμνημονευόντων, ἐκέλευσε κληθῆναι πρὸς τὸ δεῖπνον. ἐκ δὲ τούτου χρώμενος καὶ κα-

ſpitio uſus Nearchi cujuſdam Pythagorici, deſideravit eam diſciplinam intelligere. De iiſdem quum differentem illum audiviſſet, quibus uſus Plato eſt, (qui voluptatem maximam mali eſcam vocat: calamitatem animæ primam, corpus: liberationem & purgationem, illas cogitationes quibus maxime a corporis affectibus avocat & abducit ſeipſam) amplexus eſt multo acrius frugalitatem & continentiam. Alioquin literas Græcas ſero traditur attigiſſe, atque admodum provectus ætate libros Græcos in manus ſumpſiſſe: fuiſſeque aliquantulum ei a Thucydide, plus a Demoſthene collatum ad dicendum. Scripta ejus certe Græcorum præceptis & exemplis ſatis ſunt adſperſa, multaque ad verbum reddita facetiis & ſententiis incluſit ſuis.

Erat Romæ ex nobilitate unus ex principibus, magnæque autoritatis, qui & naſcentem virtutem advertere mire poterat, & candidus in alenda & efferenda erat ad gloriam, Valerius Flaccus. Hic habebat prædia vicina Catoni. Cujus quum labores & rationes vivendi accepiſſet a ſervis, mirareturque quum narrarent illi mane eum forum adire & præſto eſſe iis qui opus haberent: regreſſum ad villam, tempore brumali veſtitum exomide, æſtate operari cum illis nudum, eadem menſa, eodem veſci pane, atque idem vinum bibere: ſimulque magnam ejus aliam humanitatem & moderationem, ad hæc facete dicta ſententiaſque referrent, juſſit eum vocari ad cœnam. Hinc ex conſuetudine animad-

κατανοῶν ἥμερον καὶ ἀστεῖον ἦθος, ὥσπερ φυτὸν ἀσκήσεως καὶ χώρας ἐπιφανοῦς δεόμενον, προετρέψατο καὶ συνέπεισεν ἅψασθαι τῆς ἐν Ῥώμῃ πολιτείας. κατελθὼν οὖν, εὐθὺς τοὺς μὲν αὐτὸς ἐκτᾶτο θαυμαστὰς καὶ φίλους διὰ τῶν συνηγοριῶν· πολλὴν τε τοῦ Οὐαλερίου τιμὴν καὶ δύναμιν αὐτῷ προστιθέντος, χιλιαρχίας ἔτυχε πρῶτον, εἶτα ἐταμίευσεν. ἐκ τούτου δὲ λαμπρὸς ὢν ἤδη καὶ περιφανής, αὐτῷ τῷ Οὐαλερίῳ περὶ τὰς μεγίστας συνεξέδραμεν ἀρχὰς, ὕπατός τε μετ᾽ ἐκείνου καὶ πάλιν τιμητὴς γενόμενος. τῶν δὲ πρεσβυτέρων πολιτῶν Μαξίμῳ Φαβίῳ προσένειμεν ἑαυτὸν, ἐνδοξοτάτῳ μὲν ὄντι καὶ μεγίστην ἔχοντι δύναμιν, μᾶλλον δὲ τὸν τρόπον αὐτοῦ καὶ τὸν βίον, ὡς κάλλιστα παραδείγματα, προθέμενος. διὸ καὶ Σκιπίωνι τῷ μεγάλῳ, νέῳ μὲν ὄντι τότε, πρὸς δὲ τὴν Φαβίου δύναμιν ἀνθαιρέοντι καὶ φθονεῖσθαι δοκοῦντι, παρ᾽ οὐδὲν ἐποιήσατο γενέσθαι διάφορος. ἀλλὰ καὶ ταμίας αὐτῷ πρὸς τὸν ἐν Λιβύῃ πόλεμον συνεκπεμφθεὶς, ὡς ἑώρα τῇ συνήθει πολυτελείᾳ χρώμενον τὸν ἄνδρα, καὶ καταχορηγοῦντα τοῖς στρατεύμασιν ἀφειδῶς τῶν χρημάτων, ἐπαῤῥησιάζετο πρὸς αὐτὸν, οὐ τὸ τῆς δαπάνης μέγιστον εἶναι φάμενος, ἀλλ᾽ ὅτι διαφθείρει τὴν πάτριον εὐτέλειαν τῶν στρατιωτῶν, ἐφ᾽ ἡδονὰς καὶ τρυφὰς τῷ περιόντι τῆς χρείας τρεπομένων. εἰπόντος δὲ τοῦ Σκιπίωνος ὡς οὐδὲν δέοιτο ταμίου λίαν ἀκριβοῦς, πλησιστίῳ ἐπὶ τὸν πόλεμον φερόμενος, πράξεων γὰρ οὐ χρημάτων τῇ πόλει λόγον ὀφείλειν, ἀπῆλθεν ὁ Κάτων ἐκ Σικελίας, καὶ μετὰ τοῦ Φαβίου καταβοῶν ἐν τῷ συνεδρίῳ φοράν τε χρημάτων ἀμυθήτων ὑπὸ τοῦ Σκιπίωνος, καὶ διατριβὰς αὐτοῦ μειρακιώδεις

ἐν

advertens ingenium ejus placidum & civile, plantæ modo culturam & locum illustrem requirere, invitavit eum & perpulit ut Romæ se ad rempublicam accommodaret. Quo ubi commigravit, multos illico qui eum observarent & diligerent, patrociniis comparavit. Promovente eum enixe ad honores Valerio, tribunatum primo loco adeptus est, inde functus quæstura. Hinc inclytus per se jam spectatusque, maximos honores cum ipso Valerio gessit: consul cum eo fuit, inde censor. Ex majoribus natu civibus, ad Fabium Maximum accommodavit se: cujus, quamvis clarissimi viri & summæ autoritatis, impensius tamen mores & vitam, ut præclarissima exempla, ob oculos posuit. Unde Africanum majorem, qui quamvis id temporis juvenis esset, adversus potentiam tamen insurgebat Fabii, qui æmulari videbatur cum eo, non dubitavit oppugnare. Sed & quæstor cum eo ad bellum in Africam missus, ubi usurpare cernit eum solitam profusionem, & pecuniam prodige effundere in milites, admonuit eum libere: nec tanti sumptus demonstravit se facere, sed quod militibus ad voluptates & luxum affluentia ultra res necessarias traductis, patriam frugalitatem labefactaret. Cui quum respondisset Scipio, non indigere se quæstore nimium attento, qui ad bellum plenis veheretur velis, (factorum enim debere se, non pecuniæ populo rationem reddere) discessit Cato ex Sicilia, & cum Fabio infinitæ pecuniæ dissipationem Scipionis, ejusque luxuriosas in palæstris & theatris commorationes apud patres insectans, quasi non

exer-

ἐν παλαίστραις καὶ θεάτροις, ὥσπερ οὐ στρατηγοῦντος ἀλλὰ πανηγυρίζοντος, ἐξειργάσατο πεμφθῆναι δημάρχους ἐπ' αὐτόν, ἄξοντας εἰς Ῥώμην, ἄνπερ ἀληθεῖς αἱ κατηγορίαι φανῶσιν. ὁ μὲν οὖν Σκιπίων ἐν τῇ παρασκευῇ τοῦ πολέμου τὴν νίκην ἐπιδειξάμενος, καὶ φανεὶς ἡδὺς μὲν ἐπὶ σχολῆς συνεῖναι φίλοις, οὐδαμοῦ δὲ τῷ φιλανθρώπῳ τῆς δαπάνης εἰς τὰ σπουδαῖα καὶ μεγάλα ῥάθυμος, ἐξέπλευσεν ἐπὶ τὸν πόλεμον.

Τῷ δὲ Κάτωνι πολλὴ μὲν ἀπὸ τοῦ λόγου δύναμις ηὔξετο, καὶ Ῥωμαῖον αὐτὸν οἱ πολλοὶ Δημοσθένην προσηγόρευον, ὁ δὲ βίος μᾶλλον ὀνομαστὸς ἦν αὐτοῦ καὶ περιβόητος. ἡ μὲν γὰρ ἐν τῷ λέγειν δεινότης προὔκειτο τοῖς νέοις ἀγώνισμα κοινὸν ἤδη καὶ περισπούδαστον. ὁ δὲ τὴν πάτριον αὐτουργίαν ὑπομένων καὶ δεῖπνον ἀφελὲς καὶ ἄριστον ἄπυρον, καὶ λιτὴν ἐσθῆτα καὶ δημοτικὴν ἀσπαζόμενος οἴκησιν, καὶ τὸ μὴ δεῖσθαι τῶν περιττῶν μᾶλλον ἢ τὸ κεκτῆσθαι θαυμάζων, σπάνιος ἦν, ἤδη τότε τῆς πολιτείας τὸ καθαρὸν ὑπὸ μεγέθους οὐ φυλαττούσης, ἀλλὰ τῷ κρατεῖν πραγμάτων πολλῶν καὶ ἀνθρώπων, πρὸς πολλὰ μιγνυμένης ἔθη, καὶ βίων παραδείγματα παντοδαπῶν ὑποδεχομένης. εἰκότως οὖν ἐθαύμαζον τὸν Κάτωνα, τοὺς μὲν ἄλλους ὑπὸ τῶν πόνων θραυομένους καὶ μαλασσομένους ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ὁρῶντες, ἐκεῖνον δὲ ὑπ' ἀμφοῖν ἀήττητον, οὐ μόνον ἕως ἔτι νέος καὶ φιλότιμος ἦν, ἀλλὰ καὶ γέροντα καὶ πολιὸν ἤδη, μεθ' ὑπατείαν καὶ θρίαμβον, ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον, ἐγκαρτεροῦντα τῇ τάξει τῆς ἀσκήσεως, καὶ διομαλίζοντα μέχρι τῆς τελευτῆς. ἐσθῆτα μὲν γὰρ οὐδέποτε φησὶ φορέσαι πολυτελεστέραν ἑκατὸν δραχμῶν· πιεῖν δὲ καὶ στρατηγῶν

καὶ

exercitum ductaret, sed dies festos agitaret, effecit ut mitterentur ad eum tribuni plebis, qui si ita rem habere comperissent, retraherent eum Romam. At Scipio, quum in belli apparatu ostendisset victoriam inesse, notassentque illi eum vivere per otium cum amicis hilariter, ac minime esse ob liberalitatem in seriis & gravibus rebus socordem, profectus est ad bellum.

At Cato magnam potentiam collegit facundia, multique eum Demosthenem togatum appellabant. Vita ejus tamen nobilitabatur, celebrabaturque magis. Quippe dicendi facultas communis jam palæstra juvenibus, quo enitebantur omnes, proposita erat. Qui vero labores prisco more subiret, frugalem cœnam, incoctum prandium, vestis simplicitatem, & plebeios penates amaret, quique magis duceret gloriosum non indigere magnificis rebus, quam illas possidere, rarus erat: quod jam tum suam respub. integritatem non retineret ob magnitudinem, sed provinciarum & gentium imperio multarum tum multis misceretur moribus, variorumque vivendi institutorum susciperet exempla. Erat igitur merito in admiratione Cato, quum alios laboribus fatiscentes & flaccescentes cernerent deliciis, illum vero ab utrisque invictum, non tantum in flore ætatis, & dum honores peteret, sed senem etiam & canum post consulatum & triumphum, sicut victorem athletam institutum exercitationis tuentem, & ad exitum usque vitæ æqualiter in eo persistentem. Siquidem vestem nunquam induisse ait se, quæ pluris esset centum denariis: vinum in præ-

tura

καὶ ὑπατεύων τὸν αὐτὸν οἶνον τοῖς ἐργάταις· ὄψον δὲ παρασκευάζεσθαι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐξ ἀγορᾶς, ἀσσαρίων τριάκοντα· καὶ τοῦτο διὰ τὴν πόλιν, ὅπως ἰσχύοι τὸ σῶμα πρὸς τὰς στρατείας. ἐπίβλημα δὲ τῶν ποικίλων Βαβυλώνιον ἐκ κληρονομίας κτησάμενος, εὐθὺς ἀποδόσθαι· τῶν δὲ ἐπαύλεων αὐτοῦ μηδεμίαν εἶναι κεκονιαμένην· οὐδένα δὲ πώποτε πρίασθαι δοῦλον ὑπὲρ τὰς χιλίας δραχμὰς καὶ πεντακοσίας, ὡς ἂν οὐ τρυφερῶν οὐδ' ὡραίων, ἀλλ' ἐργατικῶν καὶ στερεῶν, οἷον ἱπποκόμων καὶ βοηλατῶν, δεόμενος. καὶ τούτους πρεσβυτέρους γενομένους ᾤετο δεῖν ἀποδίδοσθαι, καὶ μὴ βόσκειν ἀχρήστους. ὅλως δὲ μηδὲν εὔωνον εἶναι τῶν περιττῶν, ἀλλ' οὗ τις οὐ δεῖται, κἂν ἀσσαρίου πιπράσκηται, πολλοῦ νομίζειν. κτᾶσθαι δὲ τὰ σπειρόμενα καὶ νεμόμενα, μᾶλλον ἢ τὰ ῥαινόμενα καὶ σαιρόμενα.

Ταῦτα δ' οἱ μὲν εἰς σμικρολογίαν ἐτίθεντο τοῦ ἀνδρός, οἱ δ' ὡς ἐπὶ διορθώσει καὶ σωφρονισμῷ τῶν ἄλλων ἐνδοτέρω συστέλλοντος ἑαυτόν, ἀπεδέχοντο. πλὴν τὸ τοῖς οἰκέταις ὡς ὑποζυγίοις ἀποχρησάμενον, ἐπὶ γήρως ἐλαύνειν καὶ πιπράσκειν, ἀγεννοῦς ἄγαν ἤθους ἐγὼ τίθεμαι, καὶ μηδὲν ἀνθρώπῳ πρὸς ἄνθρωπον οἰομένου κοινώνημα τῆς χρείας πλέον ὑπάρχειν. καίτοι τὴν χρηστότητα τῆς δικαιοσύνης πλατύτερον τόπον ὁρῶμεν ἐπιλαμβάνουσαν. νόμῳ μὲν γὰρ καὶ τῷ δικαίῳ πρὸς ἀνθρώπους μόνον χρῆσθαι πεφύκαμεν· πρὸς εὐεργεσίας δὲ καὶ χάριτας, ἔστιν ὅτε καὶ μέχρι τῶν ἀλόγων ζώων. ὥσπερ γὰρ ἐκ πηγῆς πλουσίας ἀπορρεῖ τῆς ἡμερότητος. καὶ γὰρ ἵππων ἀπειρηκότων ὑπὸ πόνου τροφαί, καὶ κυνῶν οὐ σκυλακίαι μόνον, ἀλλὰ καὶ γηρωκομίαι τῷ χρηστῷ προσήκουσιν.

tura & consulatu idem quod & operas bibisse; epulas ad cœnam ex foro triginta comparasse assibus: idque facere reipub. causa, quo corpus suum esset ad perferendam militiam robustum: stragulam vestem quum ex pictis Babylonicam hæreditate accepisset, statim distraxisse: nullam villam suam tectorio inductam: mancipium nunquam plus mille quingentis denariis emisse, quod nec molles nec formosos, verum operosos & valentes, ut equisones & bubulcos, quæreret; quos, ubi consenuissent, venundandos putabat, neque alendos inutiles. Breviter nihil vilis esse pretii, quod superfluum foret: sed quo non indigeas, etiam si vel asse veniit, se carum ducere. Comparare arva & pascua potius, quam irriguos & nitidos hortos.

Hæc nimiæ parsimoniæ ejus adscribunt aliqui: alii, quasi ad emendandos & reprimendos cæteros adstringeret semetipse arctius, comprobant; nisi hoc, quod sicut jumentis servis abusus, expelleret & venderet eos in senio, moribus ego attribuo nimium austeris, nec ullum existimantibus extra quæstum homini esse cum homine consortium. Atqui benignitati videmus quam justitiæ latiorem patere campum. Lege enim & justitia uti erga solos homines valemus: beneficentiam & merita porrigimus nonnunquam & ad bruta animantia; quippe emanant, velut ex largo fonte mansuetudine. Pertinent namque equorum labore confectorum alimenta, & canum non incunabula modo, sed & senectutis cura ad mitem hominem.

ἥκουσιν. ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος οἰκοδομῶν τὸν Ἑκατόμπεδον, ὅσας κατενόησεν ἡμιόνους μάλιστα τοῖς πόνοις ἐγκαρτερούσας, ἀπέλυσεν ἐλευθέρας νέμεσθαι καὶ ἀφέτους. ὧν μίαν φασὶ καταβαίνουσαν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὰ ἔργα, τοῖς ἀνάγουσι τὰς ἁμάξας ὑποζυγίοις εἰς ἀκρόπολιν συμπαρατρέχειν καὶ προηγεῖσθαι, καθάπερ ἐγκελευομένην καὶ συνεξορμῶσαν· ἣν καὶ τρέφεσθαι δημοσίᾳ μέχρι τελευτῆς ἐψηφίσαντο. τῶν δὲ Κίμωνος ἵππων αἷς Ὀλύμπια τρεῖς ἐνίκησεν, καὶ ταφαὶ πλησίον εἰσὶ τῶν ἐκείνου μνημάτων. κύνας δὲ συντρόφους γενομένους καὶ συνήθεις ἄλλοι τε πολλοί, καὶ Ξάνθιππος ὁ παλαιὸς τὸν εἰς Σαλαμῖνα τῇ τριήρει παρανηξάμενον, ὅτε τὴν πόλιν ὁ δῆμος ἐξέλιπεν, ἐπὶ τῆς ἄκρας ἐκήδευσεν, ἣν κυνὸς σῆμα μέχρι νῦν καλοῦσιν. οὐ γὰρ ὡς ὑποδήμασιν ἢ σκεύεσι, τὴν ψυχὴν ἔχουσι χρηστέον, κοπέντα καὶ κατατριβέντα ταῖς ὑπηρεσίαις ἀπορριπτοῦντας, ἀλλ' εἰ διὰ μηδὲν ἄλλο, μελέτης ἕνεκα τοῦ φιλανθρώπου, προεθιστέον ἑαυτὸν ἐν τούτοις πρᾶον εἶναι καὶ μείλιχον. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδὲ βοῦν ἂν ἐργάτην διὰ γῆρας ἀποδοίμην, μήτιγε πρεσβύτερον ἄνθρωπον, ἐκ χώρας συντρόφου καὶ διαίτης συνήθους, ὥσπερ ἐκ πατρίδος μεθιστάμενον ἀντὶ κερμάτων μικρῶν, ἄχρηστόν γε τοῖς ὠνουμένοις, ὥσπερ τοῖς πιπράσκουσι, γενησόμενον. ὁ δὲ Κάτων, ὥσπερ νεανιευόμενος ἐπὶ τούτοις, καὶ τὸν ἵππον ᾧ πρὸς τὰς στρατείας ὑπατεύων ἐχρῆτο, φησὶν ἐν Ἰβηρίᾳ καταλιπεῖν, ἵνα μὴ τῇ πόλει τὸ ναῦλον αὐτοῦ λογίσηται. ταῦτα μὲν οὖν, εἴτε μεγαλοψυχίας, εἴτε μικρολογίας θετέον, ἔξεστι τῷ πείθοντι χρῆσθαι λογισμῷ.

Τῆς

nem. Populus Atheniensis, quum ædificaret Hecatompedon, quascunque notavit mulas laborum maxime tolerantes, dimisit liberas pascere vinculis solutas. Atque unam ferunt liberatarum ultro ad opera descendisse, unaque cum jumentis, quæ in arcem trahebant plaustra, cucurrisse & præisse, tanquam adhortantem ea & excitantem; cui publice scivit usque ad mortem alimenta. Cimonis equarum, quibus Olympiis ter palmam tulit, etiam extant sepulturæ juxta illius monumenta. Canes domesticos & familiares cum multi alii, tum Xanthippus priscus suum, qui natans navem suam Salamina usque fuerat comitatus, quum relinqueret urbem populus, in promontorio funeravit, quod Canis sepulcrum etiam hodie vocant. Neque enim animantibus est ut calceis & utensilibus utendum, quo fessa & ministeriis projiciamus attrita: sed si nihil aliud, meditandæ certe humanitatis causa debemus in his nos ante ad mansuetudinem & benignitatem assuefacere. Ego ne bovem quidem operarium, ob senium, nedum affectum ætate hominem, ex loco usitato & vita consueta, velut ex patria migrantem, peculiola aliqua venundem, inutilem juxta ementibus ac vendentibus futurum. Cato vero gloriabundus ex his, etiam equum ait se, quo in expeditionibus consul usus fuerat, ne reipub. imputaret naulum, reliquisse in Hispania. Hæc animi magnitudine sordibusne assignanda sint, prout opinio tua fert, statuas licet.

Ob

Τῆς δ' ἄλλης ἐγκρατείας ὑπερφυῶς θαυμαστὸς ὁ ἀνήρ, ὅτι στρατηγῶν ἐλάμβανεν ἑαυτῷ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν οὐ πλέον εἰς τὸν μῆνα πυρῶν ἢ τρεῖς Ἀττικὰς μεδίμνους, εἰς δὲ τὴν ἡμέραν κριθῶν τοῖς ὑποζυγίοις ἔλαττον τριῶν ἡμιμεδίμνων. ἐπαρχίαν δὲ λαβὼν Σαρδόνα, τῶν πρὸ αὐτοῦ στρατηγῶν εἰωθότων χρῆσθαι σκηνώμασι δημοσίοις καὶ κλίναις καὶ ἱματίοις, πολλῇ τε θεραπείᾳ καὶ φίλων πλήθει, καὶ περὶ δεῖπνα καὶ δαπάναις καὶ παρασκευαῖς βαρυνόντων, ἐκεῖνος ἄπιστον ἐποίησε τὴν διαφορὰν τῆς εὐτελείας. δαπάνης μὲν γὰρ εἰς οὐδὲν οὐδεμιᾶς προσεδεήθη δημοσίας. ἐπεφοίτα δὲ ταῖς πόλεσιν, αὐτὸς μὲν ἄνευ ζεύγους πορευόμενος, εἷς δ' ἠκολούθει δημόσιος, ἐσθῆτα καὶ σπονδεῖον αὐτῷ πρὸς ἱερουργίαν κομίζων. ἐν δὲ τούτοις οὕτως εὔκολος καὶ ἀφελὴς τοῖς ὑπὸ χεῖρα φαινόμενος, αὖθις ἀνταπεδίδου τὴν σεμνότητα καὶ τὸ βάρος, ἀπαραίτητος ὢν ἐν τῷ δικαίῳ, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας προστάγμασιν ὄρθιος καὶ αὐθέκαστος· ὥστε μηδέποτε τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐκείνοις μήτε φοβερωτέραν μήτε προσφιλεστέραν γενέσθαι.

Τοιαύτην δέ τινα φαίνεται καὶ ὁ λόγος τοῦ ἀνδρὸς ἰδέαν ἔχειν· εὔχαρις γὰρ ἅμα καὶ δεινὸς ἦν, ἡδὺς καὶ καταπληκτικός, φιλοσκώμμων καὶ αὐστηρός, ἀποφθεγματικὸς καὶ ἀγωνιστικός. ὥσπερ ὁ Πλάτων τὸν Σωκράτην φησὶν ἔξωθεν ἰδιώτην καὶ σατυρικὸν καὶ ὑβριστὴν τοῖς ἐντυγχάνουσι φαινόμενον, ἔνδοθεν δὲ σπουδῆς καὶ πραγμάτων μεστὸν εἶναι, δάκρυα κινούντων τοῖς ἀκροωμένοις, καὶ τὴν καρδίαν στρεφόντων. ὅθεν οὐκ οἶδα τί πεπόνθασιν οἱ τῷ Λυσίου λόγῳ μάλιστα φάμενοι προσεοικέναι τὸν Κάτωνος. οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἷς μᾶλλον ἰδέας

Ob reliquam temperantiam, certe vir imprimis memorabilis fuit: quod dux exercitus non amplius sibi & suis tritici ternis medimnis Atticis mense acciperet, hordei jumentis sesquimedimno minus. Provinciam sortitus Sardiniam, quum superiores prætores accipere publice tentoria, lectos, togas soliti essent, magnoque famulitio, caterva amicorum, sumptuque & paratu cœnarum onerarent provinciales, ille disparitatem incredibilem fecit frugalitatis: nulla enim in re impensa publica indiguit. Oppida ipse sine vehiculo pedibus obibat, unus sequebatur accensus, qui ei vestem & cymbium ad libandum portabat. In his quum ita facilem & communem præberet se subditis, e diverso severitatem & gravitatem repræsentabat; adeo inflexibilis in jure dicendo, atque in edictis publicis imperiosus atque rigidus, ut imperium Romanum nunquam illis vel formidabilius fuerit vel jucundius.

Parem repræsentat oratio ejus figuram. Lepida enim simul & gravis erat, jucunda & terrorem incutiens, faceta & austera, sententiosa & contentiosa. Qualem Plato Socratem dicit, foris rudem, dicacem & mordacem visum convenientibus: intus serii plenum fuisse, & rerum, quæ lacrymas excirent, & cor versarent auditorum. Quare nescio quid moverit nonnullos, ut Catonis dictionem Lysiæ orationi comparent potissimum. Verum hæc illi, ad quos potius pertinet orationum

ἰδέας λόγων Ῥωμαϊκῶν αἰσθάνεσθαι προσήκει, διακελεύουσιν· ἡμεῖς δὲ τῶν ἀπομνημονευομένων βραχέα γράψομεν, οἳ τῷ λόγῳ πολὺ μᾶλλον ἢ τῷ προσώπῳ, καθάπερ ἔνιοι νομίζουσι, τῶν ἀνθρώπων φαμὲν ἐμφαίνεσθαι τὸ ἦθος.

Μέλλων ποτὲ τὸν Ῥωμαίων δῆμον ὡρμημένον ἀκαίρως ἐπὶ σιτομετρείας καὶ διανομὰς ἀποτρέπειν, ἤρξατο τῶν λόγων οὕτως, Χαλεπὸν μέν ἐστιν, ὦ πολῖται, πρὸς γαστέρα λέγειν, ὦτα οὐκ ἔχουσαν. κατηγορῶν δὲ τῆς πολυτελείας, ἔφη χαλεπὸν εἶναι σωθῆναι πόλιν, ἐν ᾗ πωλεῖται πλείονος ἰχθὺς ἢ βοῦς. ἐοικέναι δ' ἔφη προβάτοις τοὺς Ῥωμαίους· ὡς γὰρ ἐκεῖνα καθ' ἕκαστα μὲν οὐ πείθεται, σύμπαντα δ' ἕπεται μετ' ἀλλήλων τοῖς ἄγουσιν, οὕτω καὶ ὑμεῖς, εἶπεν, οἷς οὐκ ἂν ἀξιώσαιτε συμβούλοις χρήσασθαι κατ' ἰδίαν, ὑπὸ τούτων, εἰς ἓν συνελθόντες, ἄγεσθε. περὶ δὲ τῆς γυναικοκρατίας διαλεγόμενος, Πάντες, εἶπεν, ἄνθρωποι τῶν γυναικῶν ἄρχουσιν, ἡμεῖς δὲ πάντων ἀνθρώπων· ἡμῶν δὲ, αἱ γυναῖκες. τοῦτο μὲν οὖν ἐστιν ἐκ τῶν Θεμιστοκλέους μετενηνεγμένον ἀποφθεγμάτων. ἐκεῖνος γὰρ, ἐπιτάττοντος αὐτῷ πολλὰ τοῦ ὑοῦ διὰ τῆς μητρὸς, Ὦ γύναι, εἶπεν, Ἀθηναῖοι μὲν ἄρχουσι τῶν Ἑλλήνων· ἐγὼ δὲ, Ἀθηναίων· ἐμοῦ δὲ, σύ· σοῦ δὲ, ὁ ὑός. ὥστε φειδέσθω τῆς ἐξουσίας, δι' ἣν ἀνόητος ὢν, πλεῖστον Ἑλλήνων δύναται. τὸν δὲ δῆμον ὁ Κάτων ἔφη τῶν Ῥωμαίων, οὐ μόνον ταῖς πορφύραις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰς τιμὰς ἐπιγράφειν. Ὡς γὰρ οἱ βαφεῖς, ἔφη, ταύτην μάλιστα βάπτουσιν ᾗ χαίροντας ὁρῶσιν· οὕτως οἱ νέοι ταῦτα μανθάνουσι καὶ ζηλοῦσιν οἷς ἂν ὁ παρ' ὑμῶν ἔπαινος

tionum Latinarum aſſequi genera, diſceptent: nos, qui multo magis oratione quam vultu, (ut quorundam fert opinio) mores hominum contendimus perſpici, pauca dicta ejus colligemus.

Quum aliquando plebem Romanam, importune annonam & largitiones flagitantem, revocaturus eſſet, ſumpſit hujuſcemodi exordium, Difficile eſt, Quirites, ad ventrem auribus carentem verba facere. Reprehendens luxuriam civitatis, Arduum eſt, inquit, eam ſalvam eſſe civitatem, ubi pluris piſcis quam bos veneat. Similem eſſe ait populum Romanum ovibus. Ut enim illæ ſeorſum ſingulæ non parent, ſed univerſæ gregatim ſequuntur ductores: ita vos quoque, (inquit) quorum conſilio nemo veſtrum utatur privatim, ab his in cœtum coacti ducimini. De mulierum potentia diſſerens, Omnes (inſit) mortales mulieribus imperant, nos omnibus mortalibus, nobis mulieres. Cæterum hoc ex Themiſtoclis facetiis traductum eſt. Ille namque, quum magnopere dominaretur in ſe per matrem filius, Populus Athenienſis, mulier, (inquit) Græcis imperat, ego populo Athenienſi, tu mihi, tibi filius: quare moderate utatur poteſtate, qua inſipiens ille plus Græcis pollet. Populum Romanum ait Cato non purpuræ modo, ſed ſtudiis etiam facere autoritatem. Ut enim infectores (inquit) hanc maxime tingunt, quam vident eſſe gratam: ita juventus hæc præ cæteris diſcit & ſectatur, quibus honos habetur

νος ἔπηται. παρεκάλει δ' αὐτοὺς, εἰ μὲν ἀρετῇ καὶ σωφροσύνῃ γεγόνασι μεγάλοι, μὴ μεταβάλλεσθαι πρὸς τὸ χεῖρον· εἰ δ' ἀκρασίᾳ καὶ κακίᾳ, μεταβάλλεσθαι πρὸς τὸ βέλτιον· ἱκανῶς γὰρ ἤδη μεγάλους ἀπ' ἐκείνων γεγονέναι. τοὺς δὲ πολλοὺς ἄρχειν σπουδάζοντας, ἔφη, καθάπερ ἀγνοοῦντας τὴν ὁδὸν, ἀεὶ μετὰ ῥαβδούχων ζητεῖν πορεύεσθαι, μὴ πλανηθῶσιν. ἐπετίμα δὲ τοῖς πολίταις τοὺς αὐτοὺς αἱρουμένοις πολλάκις ἄρχοντας. Δόξετε γὰρ, ἔφη, ἢ μὴ πολλοῦ τὸ ἄρχειν ἄξιον, ἢ μὴ πολλοὺς τοὺς ἄρχειν ἀξίους ἡγεῖσθαι. περὶ δὲ τῶν ἐχθρῶν τινος αἰσχρῶς καὶ ἀδόξως βιοῦν δοκοῦντος, Ἡ τούτου μήτηρ, ἔφη, κατάραν οὐκ εὐχὴν ἡγεῖται, τὸ τοῦτον ὑπὲρ γῆς ἀπολιπεῖν. τὸν δὲ πεπρακότα τοὺς πατρῴους ἀγροὺς παραλίους ὄντας ἐπιδεικνύμενος, προσεποιεῖτο θαυμάζειν, ὡς ἰσχυρότερον τῆς θαλάσσης· ἃ γὰρ ἐκείνη μόλις ἔκλυζεν, οὗτος, ἔφη, ῥᾳδίως καταπέπωκεν. ἐπεὶ δ' Εὐμένους τοῦ βασιλέως ἐπιδημήσαντος εἰς Ῥώμην, ἥ τε σύγκλητος ὑπερφυῶς ἀπεδέξατο, καὶ τῶν πρώτων ἅμιλλα καὶ σπουδὴ περὶ αὐτὸν ἐγίνετο, δῆλος ἦν ὁ Κάτων ὑφορώμενος καὶ φυλαττόμενος αὐτόν. εἰπόντος δέ τινος, ἀλλὰ μὴν χρηστός ἐστι καὶ φιλορωμαῖος· Ἔστω, εἶπεν, ἀλλὰ φύσει τοῦτο τὸ ζῶον, ὁ βασιλεὺς, σαρκοφάγον ἐστίν. οὐδένα δὲ τῶν εὐδαιμονιζομένων βασιλέων ἄξιον εἶναι παραβάλλειν πρὸς Ἐπαμινώνδαν, ἢ Περικλέα, ἢ Θεμιστοκλέα, ἢ Μάρκον Κούριον, ἢ Ἀμίλκαν, τὸν ἐπικληθέντα Βάρκαν. αὐτῷ δ' ἔλεγε τοὺς ἐχθροὺς φθονεῖν, ὅτι καθ' ἡμέραν νυκτὸς ἀνίσταται, καὶ τῶν ἰδίων ἀμελῶν, τοῖς δημοσίοις σχολάζει. βούλεσθαι δ' ἔλεγε μᾶλλον εὖ πράξας ἀποστερηθῆναι χάριν, ἢ κακῶς,
μὴ

a vobis. Hortabatur cives, si virtute & continentia magni evasissent, ne ad deterius deflecterent; sin intemperantia & vitiis, ut traducerent se ad meliora: satis enim crevisse eos per illa. Eos qui consulatum ambirent sæpius, dicebat more illorum qui viam ignorent, semper cupere, ne errent, incedere cum lictoribus. Increpabat cives, quod crebro eosdem consules designarent, Videbimini (inquit) aut non magni consulatum, aut non multos consulatu ducere dignos. De quodam inimico suo, qui turpiter & fœde vivebat, Hujus (inquit) mater pro execratione, non voto, putat ipsum superstitem relinquere. Quendam qui agros paternos ad mare sitos venum dederat, monstrans, demirari simulabat tanquam pelago validiorem. Quæ enim illud ægre lambit, hic facile (inquit) devoravit. Quum regem Eumenem, qui Romam venerat, maximo honore excepisset senatus, principesque eum certatim amplecterentur, non dissimulavit Cato se suspectum eum habere atque aversari: cui quum diceret quidam, Atqui bonus est & populi Romani cupidus; Sit sane, inquit: at hoc animal, rex, natura est carnivorum. Nemo vel ex laudatissimis regibus cum Epaminonda sit vel Pericle vel Themistocle vel Manio Curio vel Amilcare, Barchino cognomine, conferendus. Sibi dicebat invidere æmulos, quod quotidie de nocte, & posthabitis rationibus suis privatis, vacaret reipub. Malle ait benefactis suis non haberi honorem, quam peccantem

μὴ τυχεῖν κολάσεως. καὶ συγγνώμην ἔφη διδόναι πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι, πλὴν αὑτοῦ.

Τῶν δὲ Ῥωμαίων εἰς Βιθυνίαν τρεῖς ἑλομένων πρέσβεις, ὧν ὁ μὲν ποδαγρικὸς ἦν, ὁ δὲ, τὴν κεφαλὴν ἐξ ἀνατρήσεως καὶ περικοπῆς κοίλην εἶχεν, ὁ δὲ τρίτος ἐδόκει μωρὸς εἶναι· καταγελῶν ὁ Κάτων, ἔλεγε πρεσβείαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποστέλλεσθαι, μήτε πόδας, μήτε κεφαλὴν, μήτε καρδίαν ἔχουσαν. ὑπὲρ δὲ τῶν ἐξ Ἀχαΐας φυγάδων ἐντευχθεὶς διὰ Πολύβιον ὑπὸ Σκιπίωνος, ὡς πολὺς ἐν τῇ συγκλήτῳ λόγος ἐγίνετο, τῶν μὲν διδόντων κάθοδον αὐτοῖς, τῶν δ' ἐνισταμένων, ἀναστὰς ὁ Κάτων, Ὥσπερ οὐκ ἔχοντες, εἶπεν, ὃ πράττωμεν, καθήμεθα τὴν ἡμέραν ὅλην περὶ γεροντίων Γραικῶν ζητοῦντες, πότερον ὑπὸ τῶν παρ' ἡμῖν ἢ τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ νεκροφόρων ἐκκομισθῶσι. ψηφισθείσης δὲ τῆς καθόδου τοῖς ἀνδράσιν, ἡμέρας ὀλίγας οἱ περὶ τὸν Πολύβιον διαλιπόντες, αὖθις ἐπεχείρουν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσελθεῖν, ὅπως ἃς πρότερον εἶχον ἐν Ἀχαΐᾳ τιμὰς οἱ φυγάδες ἀναλάβοιεν, καὶ τοῦ Κάτωνος ἀπεπειρῶντο τῆς γνώμης. ὁ δὲ μειδιάσας ἔφη τὸν Πολύβιον, ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα βούλεσθαι πάλιν εἰς τὸ τοῦ Κύκλωπος σπήλαιον εἰσελθεῖν, τὸ πιλίον ἐκεῖ καὶ τὴν ζώνην ἐπιλελησμένον. τοὺς δὲ φρονίμους ἔλεγε μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀφρόνων, ἢ τοὺς ἄφρονας ὑπὸ τῶν φρονίμων ὠφελεῖσθαι· τούτους μὲν γὰρ φυλάττεσθαι τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας, ἐκείνους δὲ τὰς τούτων μὴ μιμεῖσθαι κατορθώσεις. τῶν δὲ νέων ἔφη χαίρειν τοῖς ἐρυθριῶσι, μᾶλλον ἢ τοῖς ὠχριῶσι. στρατιώτου δὲ μὴ δεῖσθαι, τὰς μὲν χεῖρας ἐν τῷ βαδίζειν, τοὺς δὲ πόδας ἐν τῷ μάχεσθαι κινοῦντος, μεῖζον δὲ ῥέγχοντος

ἢ

cantem ſe non puniri. Veniam dare ait ſe omnium noxis, præterquam ſuis.

Quum tres legatos populus Romanus in Bithyniam deſtinaſſet, quorum unus pedibus æger erat, alter capite ex terebratione & inſectione cavato, tertius videbatur amens; irridens Cato, legationem ait mitti a populo Romano, quæ nec pedes nec caput nec cor haberet. De exulibus Achaiæ Polybii cauſa a Scipione interpellatus, ut magna diſceptatio fuit in curia, his reditum iis in patriam concedentibus, illis denegantibus: exſurgens Cato, Quaſi non ſit quid agamus, deſidemus hic totum diem de ſenibus Græculis quærentes, hic a noſtris an in Achaia a ſandapilariis efferantur. Decreto his Græcis reditu, paucis diebus interpoſitis quærebat Polybius iterum ſenatum ſibi dari, ut priſtinos honores reciperent exules, quos habuerant in Achaia, ac ſententiam Catonis pertentabat. Qui arridens, Polybium, ait, ſicut Ulyſſem, iterum velle Cyclopis ſpeluncam, quod pileum illic & cingulum per oblivionem reliquiſſet, ſubire. Sapientes ferebat majorem fructum ab inſipientibus, quam inſipientes capere a ſapientibus: hos enim perperam facta illorum devitare, illos horum non imitari recte facta. Juvenes dicebat magis placere ſibi, qui erubeſcerent, quam qui palleſcerent. Nolle militem ſe, qui inter eundum manus, in pugnando moveret pedes; qui ſterteret altius quam in prœlio

ἢ ἀλαλάζοντος. τὸν δὲ ὑπέρπαχυν κακίζων, Ποῦ δ' ἂν, ἔφη, σῶμα τοιοῦτον τῇ πόλει γένοιτο χρήσιμον, οὗ τὸ μεταξὺ λαιμοῦ καὶ βουβώνων πᾶν ὑπὸ τῆς γαστρὸς κατέχεται; τῶν δὲ φιληδόνων τινὰ βουλόμενον αὐτῷ συνεῖναι παραιτούμενος, ἔφη μὴ δύνασθαι ζῆν μετ' ἀνθρώπου τῆς καρδίας τὴν ὑπερῴαν εὐαισθητοτέραν ἔχοντος. τοῦ δ' ἐρῶντος ἔλεγε τὴν ψυχὴν ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ζῆν. μεταμεληθῆναι δ' αὐτὸς ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας· μίαν μὲν, ἐπὶ τῷ γυναικὶ πιστεύσας λόγον ἀπόρρητον· ἑτέραν δὲ, πλεύσας, ὅπου δυνατὸν ἦν πεζεῦσαι· τὴν δὲ τρίτην, ὅτι μίαν ἡμέραν ἀδιάθετος ἔμεινεν. πρὸς δὲ πρεσβύτην πονηρευόμενον, Ἄνθρωπε, εἶπε, πολλὰ ἔχοντι τῷ γήρᾳ τὰ αἰσχρὰ, μὴ προστίθει τὴν ἀπὸ τῆς κακίας αἰσχύνην. πρὸς δὲ δήμαρχον ἐν διαβολῇ μὲν φαρμακείας γενόμενον, φαῦλον δὲ νόμον εἰσφέροντα, καὶ βιαζόμενον, Ὦ μειράκιον, εἶπεν, οὐκ οἶδα πότερον χεῖρόν ἐστιν, ὃ κίρνης πιεῖν, ἢ ὃ γράφεις κυρῶσαι. βλασφημούμενος δ' ὑπ' ἀνθρώπου βεβιωκότος ἀσελγῶς καὶ κακῶς, Ἄνισος, εἶπεν, ἡ πρός σέ μοι μάχη ἐστίν. καὶ γὰρ ἀκούεις τὰ κακὰ ῥᾳδίως, καὶ λέγεις εὐχερῶς· ἐμοὶ δὲ καὶ λέγειν ἀηδὲς, καὶ ἀκούειν ἄηθες. τὸ μὲν οὖν τῶν ἀπομνημονευμάτων ἦθος, τοιοῦτόν ἐστιν.

Ὕπατος δὲ μετὰ Φλάκκου Οὐαλερίου τοῦ φίλου καὶ συνήθους ἀποδειχθεὶς, ἔλαχε τῶν ἐπαρχιῶν ἣν ἐντὸς Ἱσπανίαν Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. ἐνταῦθα δ' αὐτῷ τὰ μὲν καταστρεφομένῳ τῶν ἐθνῶν, τὰ δ' οἰκειουμένῳ διὰ λόγων, πολλὴ στρατιὰ τῶν βαρβάρων ἐπέπεσε, καὶ κίνδυνος ἦν αἰσχρῶς ἐκβιασθῆναι·

διὸ

lio fremeret. Præpinguem quendam obterens, Ubi tale corpus (inquit) utile sit reipub. in quo, quod inter gulam & inguina interest spatii, omne occupat venter? Quum voluptarius quidam contrahere cum eo cuperet consuetudinem, abnuens negabat vivere se posse cum homine qui palatum quam cor haberet acriore sensu præditum. Amantis dicebat animum in alieno vivere corpore. Trium se per totam vitam pœnituisse: Unum, quod mulieri arcanum credidisset: alterum, quod navigasset, quo ire poterat pedibus: tertium, quod unum diem per incuriam inanem effluere pateretur. Ad senem improbe agentem, Tu, inquit, bone vir, senectuti multis obnoxiæ probris noli turpitudinem adjungere vitii. Ad tribunum plebis qui veneficii infamia opertus perniciosam legem magna vi promulgabat, Haud scio (inquit) adolescens, utrum pejus sit quod misces, potare, an sancire quod promulgas. Proscissus convitio ab homine obscœnæ & improbæ vitæ, Iniqua, inquit, tecum mihi pugna est. Nam & male audis facile, & dicis prompte: mihi tum dicere molestum est, tum audiendi sum insolens. Ac mos ejus in dicteriis ejuscemodi erat.

Consul cum Valerio Flacco amico suo & familiari factus, provinciam est sortitus, quam Hispaniam citeriorem Romani vocant. Ubi quum gentes partim armis in ditionem redigeret, partim benevolentia conciliaret, ingruerunt magna manu barbari, eratque ne turpiter opprimeretur periculum: quare

διὸ τῶν ἐγγὺς Κελτιβήρων ἐπεκαλεῖτο συμμαχίαν. αἰτούντων δ' ἐκείνων τῆς βοηθείας διακόσια τάλαντα μισθὸν, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες οὐκ ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο, Ῥωμαίους βαρβάροις ἐπικουρείας μισθὸν ὁμολογῆσαι· ὁ δὲ Κάτων οὐδὲν ἔφη δεινὸν εἶναι· νικῶντας μὲν γὰρ, ἀποδώσειν ἀπὸ τῶν πολεμίων, οὐ παρ' αὐτῶν· ἡττημένων δὲ, μήτε τοὺς ἀπαιτουμένους ἔσεσθαι, μήτε τοὺς ἀπαιτοῦντας. ταύτην δὲ τὴν μάχην κατὰ κράτος ἐνίκησε, καὶ τἄλλα προὐχώρει λαμπρῶς. Πολύβιος μὲν γέ φησι τῶν ἐντὸς Βαίτιος ποταμοῦ πόλεων ἡμέρᾳ μιᾷ τὰ τείχη κελεύσαντος αὐτοῦ περιαιρεθῆναι. πάμπολλαι δ' ἦσαν αὗται γέμουσαι μαχίμων ἀνδρῶν. αὐτὸς δέ φησιν ὁ Κάτων πλείονας εἰληφέναι πόλεις ὧν διήγαγεν ἡμερῶν ἐν Ἰβηρίᾳ. καὶ τοῦτο κόμπος οὐκ ἔστιν, εἴπερ ὡς ἀληθῶς τετρακόσιαι τὸ πλῆθος ἦσαν. τοῖς μὲν οὖν στρατιώταις πολλὰ παρὰ τὴν στρατείαν ὠφεληθεῖσιν, ἔτι καὶ λίτραν ἀργυρείου κατ' ἄνδρα προσδιένειμεν, εἰπὼν ὡς κρεῖττον ἦν πολλοὺς Ῥωμαίων ἀργύρειον, ἢ χρυσίον ὀλίγους ἔχοντας ἐπανελθεῖν. εἰς δ' αὐτὸν ἐκ τῶν ἁλισκομένων οὐδὲν ἐλθεῖν λέγει, πλὴν ὅσα πέπωκεν ἢ βέβρωκε. καὶ οὐκ αἰτιῶμαι, φησὶ, τοὺς ὠφελεῖσθαι ζητοῦντας ἐκ τούτων, ἀλλὰ βούλομαι μᾶλλον περὶ ἀρετῆς τοῖς ἀρίστοις, ἢ περὶ χρημάτων τοῖς πλουσιωτάτοις ἁμιλλᾶσθαι, καὶ τοῖς φιλαργυρωτάτοις περὶ φιλαργυρείας. οὐ μόνον δ' αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐφύλαττε καθαροὺς παντὸς λήμματος. ἦσαν δὲ πέντε θεράποντες ἐπὶ στρατείας σὺν αὐτῷ. τούτων εἷς, ὄνομα Πάκκος, ἠγόρασε τῶν αἰχμαλώτων τρία παιδάρια· τοῦ δὲ Κάτωνος αἰσθομένου, πρὶν εἰς ὄψιν ἐλθεῖν ἀπήγξατο.

quare a Celtiberis, qui propinqui erant, adſcivit auxilia. Quibus auxilii ferendi ducenta talenta mercedem poſtulantibus, quum alii omnes fœdum dicerent eſſe, cum barbaris Romanos de opis ferendæ paciſci mercede, negavit quicquam incommodi eſſe Cato: quippe ſi viciſſent, ſoluturos ab hoſtibus non ab ſe; ſin eſſent victi, non fore nec a quibus exigeretur, nec qui exigerent. Ea pugna fudit fugavitque hoſtes: reliqua quoque magnificum ſucceſſum habuere. Oppidorum cis Betim fluvium Polybius autor eſt uno die mœnia Catonis imperio diruta fuiſſe. Multa illa erant & viris bellicoſis abundantia. Ipſe plures urbes ait Cato ſe cepiſſe quam egiſſet in Hiſpania dies. Neque eſt hæc jactantia, ſiquidem quadringentas fuiſſe verum eſt. Militibus, præter compendium ex bello magnum, libram argenti in ſingulos diviſit: addens ſatius eſſe multos Romanos cum argento quam cum auro paucos domum regredi. Ad ſe vero, præter eſculenta & poculenta, negavit ex præda quicquam rediiſſe. Neque reprehendo (inquit) eos qui hinc emolumentum captant; verum malo de virtute cum optimis, quam cum divitibus de pecunia, & cum avariſſimis certare de quæſtu. Neque ſe ſolum, ſed & comites ſuos præſtabat ab omni captura integros. Habebat eo in bello ſervos quinque: horum unus nomine Paccus, tres pueros emit de manubiis. Quod ubi reſcivit Cato, priuſquam in conſpectum ejus veniret, ſtrangulavit

ξατο. τοὺς δὲ παῖδας ὁ Κάτων ἀποδόμενος, εἰς τὸ δημόσιον ἀνήνεγκε τὴν τιμήν.

Ἔτι δ' αὐτοῦ διατρίβοντος ἐν Ἰβηρίᾳ, Σκιπίων ὁ μέγας, ἐχθρὸς ὢν καὶ βουλόμενος ἐνστῆναι κατορθοῦντι, καὶ τὰς Ἰβηρικὰς πράξεις ὑπολαβεῖν, διεπράξατο τῆς ἐπαρχίας ἐκείνης ἀποδειχθῆναι διάδοχος. σπεύσας δ' ὡς ἐνῆν τάχιστα, κατέπαυσε τὴν ἀρχὴν τοῦ Κάτωνος. ὁ δὲ λαβὼν σπείρας ὁπλιτῶν πέντε, καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς προπομποὺς, κατεστρέψατο μὲν τὸ Λακεντανῶν ἔθνος, ἑξακοσίους δὲ τῶν ηὐτομοληκότων κομισάμενος ἀπέκτεινεν. ἐφ' οἷς σχετλιάζοντα τὸν Σκιπίωνα κατειρωνευόμενος, οὕτως ἔφη τὴν Ῥώμην ἔσεσθαι μεγίστην, τῶν μὲν ἐνδόξων καὶ μεγάλων τὰ τῆς ἀρετῆς πρωτεῖα μὴ μεθιέντων τοῖς ἀσημοτέροις, τῶν δ', ὥσπερ αὐτός ἐστι, δημοτικῶν, ἁμιλλωμένων ἀρετῇ πρὸς τοὺς τῷ γένει καὶ τῇ δόξῃ προήκοντας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συγκλήτου ψηφισαμένης. μηδὲν ἀλλάττειν μηδὲ κινεῖν τῶν διῳκημένων ὑπὸ τοῦ Κάτωνος, ἡ μὲν ἀρχὴ τῷ Σκιπίωνι, τῆς αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τῆς Κάτωνος ἀφελοῦσα δόξης, ἐν ἀπραξίᾳ καὶ σχολῇ μάτην διῆλθεν. ὁ δὲ Κάτων θριαμβεύσας, οὐχ ὥσπερ οἱ πλεῖστοι τῶν μὴ πρὸς ἀρετὴν, ἀλλὰ πρὸς δόξαν ἁμιλλωμένων, ὅταν εἰς τὰς ἄκρας τιμὰς ἐξίκωνται, καὶ τύχωσιν ὑπατείας καὶ θριάμβων, ἤδη τὸ λοιπὸν εἰς ἡδονὴν καὶ σχολὴν συσκευασάμενοι τὸν βίον, ἐκ τῶν κοινῶν ἀπίασιν, οὕτω καὶ αὐτὸς ἐξανῆκε καὶ κατέλυσε τὴν ἀρετήν· ἀλλ' ὅμοια τοῖς πρῶτον ἁπτομένοις πολιτείας, καὶ διψῶσι τιμῆς καὶ δόξης, ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς συντείνας ἑαυτὸν, ἐν μέσῳ παρεῖχε καὶ φίλοις χρῆσθαι καὶ πολίταις, οὔτε τὰς συνηγορίας, οὔτε τὰς στρατείας ἀπειπάμενος. Τι-

vit ſe: pueros Cato ſub haſta vendidit, pretiumque retulit ad quæſtorem.

Dum adhuc agit in Hiſpania, Scipio Africanus ſuperior, qui ſimultatem cum eo gerebat, cupiens tantas res gerenti obſiſtere, & res Hiſpanicas ſuſcipere, perfecit ut ſucceſſor in illa provincia Catonis crearetur. Igitur maximis itineribus profectus accepit provinciam a Catone. Qui acceptis peditum quinque cohortibus & quingentis equitibus, qui deducerent ſe, ſubegit gentem Lacetanorum: a quibus receptos perfugas ſexcentos ſecuri percuſſit. Ob quæ indignantem Scipionem irridens, Ita demum, ait, magnam Romam fore, ſi clari & ſummi viri virtutis primas non concederent obſcurioribus: plebeiique, qualis ipſe eſſet, cum illis qui nobilitate & claritate emineant, contenderent de virtute. Cæterum quum ſenatus cenſuiſſet ne acta Catonis reſcinderentur vel moverentur, Scipionis provincia de ipſius magis quam de Catonis decerpens gloria, nulla re perpetrata in otio nequicquam præteriit. Poſt triumphum Cato, non ut plerique qui non virtutem ſpectant, ſed gloriam, ubi ad culmen evaſerint honorum, conſulatum atque triumphos ſint aſſequuti, jam deinceps relicta repub. in voluptates demergunt ſe & otium, ita ipſe quoque virtutem remiſit vel laxavit: ſed non ſecus atque qui primum attingunt rempub. honoremque & gloriam ſitiunt, quaſi ab altero carcere incumbens, operam ſuam omni in re amicis civibuſque obtulit, nec patrocinia vel militiam detrectavit.

Ac

Τιβερίῳ μὲν οὖν Σεμπρωνίῳ τὰ περὶ Θρᾴκην καὶ Ἴστρον ὑπατεύοντι πρεσβεύων συγκατειργάσατο. Μανίῳ δ' Ἀκιλίῳ χιλιαρχῶν ἐπ' Ἀντίοχον τὸν μέγαν συνεξῆλθεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, φοβήσαντα Ῥωμαίους ὡς οὐδένα ἕτερον μετ' Ἀννίβαν. τὴν γὰρ Ἀσίαν, ὅσην ὁ Νικάνωρ Σέλευκος εἶχεν, ὀλίγου δεῖν ἅπασαν ἐξ ὑπαρχῆς ἀνειληφώς, ἔθνη τε πάμπολλα καὶ μάχιμα βαρβάρων ὑπήκοα πεποιημένος, ἐπῆρτο συμπεσεῖν Ῥωμαίοις, ὡς μόνοις ἔτι πρὸς αὐτὸν ἀξιομάχοις οὖσιν. εὐπρεπῆ δὲ τοῦ πολέμου ποιησάμενος αἰτίαν, τοὺς Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, μηδὲν δεομένους, ἀλλὰ καὶ ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους χάριτι Ῥωμαίων ἀπὸ Φιλίππου καὶ Μακεδόνων νεωστὶ γεγονότας, διέβη μετὰ δυνάμεως. καὶ σάλον εὐθὺς ἡ Ἑλλὰς εἶχε, καὶ μετέωρος ἦν, ἐλπίσι διαφθειρομένη βασιλικαῖς ὑπὸ τῶν δημαγωγῶν. ἔπεμπεν οὖν πρέσβεις ὁ Μάνιος ἐπὶ τὰς πόλεις, καὶ τὰ μὲν πλεῖστα τῶν νεωτεριζόντων Τίτος Φλαμίνιος ἔσχεν ἄνευ ταραχῆς, καὶ κατεπράϋνεν, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται· Κάτων δὲ Κορινθίους καὶ Πατρεῖς, ἔτι δ' Αἰγιεῖς παρεστήσατο. πλεῖστον δὲ χρόνον ἐν Ἀθήναις διέτριψε. καὶ λέγεται μέν τις αὐτοῦ φέρεσθαι λόγος, ὃν Ἑλληνιστὶ πρὸς τὸν δῆμον εἶπεν, ὡς ζηλῶν τε τὴν ἀρετὴν τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων, τῆς τε πόλεως διὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος ἡδέως εἴη γεγονὼς θεατής. τὸ δ' οὐκ ἀληθές ἐστιν· ἀλλὰ δι' ἑρμηνέως ἐνέτυχε τοῖς Ἀθηναίοις, δυνηθεὶς ἂν αὐτὸς εἰπεῖν, ἐμμένων δὲ τοῖς πατρίοις, καὶ καταγελῶν τῶν τὰ Ἑλληνικὰ τεθαυμακότων. Ποστούμιον γοῦν Ἀλβῖνον, ἱστορίαν Ἑλ-

Ac Tiberium Sempronium proconsulem in Thracia, & ad Danubium res gerentem, legatus cum eo profectus juvit; M. Acilium tribunus militum comitatus est ducem in Græciam adversus Antiochum magnum, supra omnes secundum Annibalem populo Romano terribilem. Siquidem Asiam, quibus finibus tenuit eam Seleucus Nicanor, a principio omnem receperat. Inde multis nationibus & bellicosis barbarorum subactis, animos sustulerat, bellum ut populo Romano inferret, quasi soli jam pari sibi adversario; sumpto belli specioso titulo, asserendæ in libertatem Græciæ, quæ id non requirebat, (quippe liberati nuper beneficio populi Romani a Philippo & Macedonibus, suis legibus vivebant) trajecit cum exercitu. Ac Græcia confestim fluctibus jactata & erecta fuit, quum eam corrupissent spe regia concionatores. Igitur M. Acilius legatos misit ad civitates, & pleraque consilia res novas molientium T. Flaminius (ut in vita ejus exposuimus) sine motu tenuit sedavitque: Cato Corinthios, Patrenses & Ægienses repressit. Plurimum temporis commoratus est Athenis. Dicitur autem oratio quædam ejus extare, quam Græce ad populum habuerit; in admiratione veterum virtutem Atheniensium habere se, urbemque pulchritudinis & amplitudinis causa libenter visisse. Hoc tamen verum non est, sed per interpretem est populum Atheniensem alloquutus: non quin facultatem haberet Græce loquendi, sed quod retinere vellet morem patrium, & derideret illos Græca qui stuperent. Quocirca Postumium Albinum quidem, qui historias scrip-

Ἑλληνιστὶ γεγράφαντα, καὶ συγγνώμην αἰτούμενον ἐπέσκωψεν, εἰπὼν δοτέον εἶναι τὴν συγγνώμην, εἰ τῶν Ἀμφικτυόνων ψηφισαμένων ἀναγκασθεὶς ὑπέμεινε τὸ ἔργον. θαυμάσαι δέ φασι τοὺς Ἀθηναίους τὸ τάχος αὐτοῦ καὶ τὴν ὀξύτητα τῆς φράσεως· ἃ γὰρ αὐτὸς ἐξέφερε βραχέως, τὸν ἑρμηνέα μακρῶς καὶ διὰ πολλῶν ἀπαγγέλλειν. τὸ δ' ὅλον, οἴεσθαι τὰ ῥήματα τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἀπὸ χειλέων, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀπὸ καρδίας φέρεσθαι.

Ἐπεὶ δ' Ἀντίοχος φράξας τὰ περὶ Θερμοπύλας στενὰ τῷ στρατοπέδῳ, καὶ ταῖς αὐτοφυέσι τῶν τόπων ἐρύμασι προσβαλὼν χαρακώματα καὶ διατειχίσματα, καθῆστο τὸν πόλεμον ἐκκεκλικέναι νομίζων, τὸ μὲν κατὰ στόμα βιάζεσθαι παντάπασιν ἀπεγίνωσκον οἱ Ῥωμαῖοι, τὴν δὲ Περσικὴν ἐκείνην περιήλησιν καὶ κύκλωσιν ὁ Κάτων εἰς νοῦν βαλόμενος, ἐξώδευσε νύκτωρ, ἀναλαβὼν μέρος τι τῆς στρατιᾶς. ἐπεὶ δ' ἄνω προελθόντων, ὁ καθοδηγῶν αἰχμάλωτος ἐξέπεσε τῆς ὁδοῦ, καὶ πλανώμενος ἐν τόποις ἀπόροις καὶ κρημνώδεσι δεινὴν ἀθυμίαν καὶ φόβον ἐνειργάσατο τοῖς στρατιώταις, ὁρῶν ὁ Κάτων τὸν κίνδυνον, ἐκέλευσε τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀτρεμεῖν καὶ περιμένειν. αὐτὸς δὲ Λεύκιόν τινα Μάλλιον ἄνδρα δεινὸν ὀρειβατεῖν παραλαβὼν, ἐχώρει πολυπόνως καὶ παραβόλως ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ καὶ βαθείᾳ, κοτίνοις καὶ πάγοις ἀνατεταμένοις διασπάσματα πολλὰ τῆς ὄψεως καὶ ἀσάφειαν ἐχούσης· ἕως ἐμβαλόντες εἰς ἀτραπὸν, ὡς ᾤοντο, κάτω περαίνουσαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων, ἔθεντο σημεῖα πρός τινας εὐσκόπους κεραίας ὑπὲρ τὸ Καλλίδρομον ἀνεχούσας. οὕτω δὲ πάλιν ἐπανελθόντες ὀπίσω, τὴν στρατιὰν ἀνέλαβον, καὶ πρὸς τὰ σημεῖα προαγαγόντες, ἥψαντο μὲν ἐκείνης

τῆς

ſcripſerat Græce, veniam petentem irriſit, dandam dicens, ſi illud opus Amphictyonum decreto ſubactus aſſumpſiſſet. Demiratos Athenienſes aiunt ejus celeritatem, & curſum dictionis: quæ enim hic exprimebat ſtrictim, longo tractu interpretem, & multis verbis explicaſſe. Denique reliquiſſe eis opinionem, verba Græcis ex labiis, ex corde Romanis procedere.

Poſtquam autem ſaltum Thermopylarum obſepſit Antiochus copiis ſuis, locumque natura munitum vallo muroque firmavit, atque ibi conſedit, bellum excluſiſſe ratus, a fronte perrumpere prorſus deſperabant Romani. Cato vero revocata in mentem circuitione illa & ambitu Perſarum, nocte cum parte copiarum profectus eſt ex caſtris. Dum in verticem tendunt, captivus itineris dux deflexit de via, in locisque errans inviis & abruptis, perculit ingenti conſternatione & metu milites. Hoc periculum Cato cernens, conſidere cæteris omnibus & operiri juſſis, comitem trahens Lucium quendam Manlium, hominem ad montes ſcandendos expeditum, nocte intempeſta & obſcura, magno labore & diſcrimine perrexit per oleaſtros & ſaxa vaſta proſpectum impedientia, & omnia incerta reddentia, quouſque in callem inciderunt, qui duceret, ut videbatur, ad hoſtium caſtra. Ibi ſigna in apicibus quibuſdam poſuerunt conſpicuis, qui ſuper Callidromon eminebant. Tum regreſſi ſunt, agmenque ad ſigna illa agentes

cal-

τῆς ἀτραποῦ, καὶ κατεστήσαντο τὴν πορείαν. μικρὸν δὲ προελθοῦσιν αὐτοῖς ἐπέλιπε, φάραγγος ὑπολαμβανούσης· καὶ πάλιν ἦν ἀπορία καὶ δέος, οὐκ ἐπισταμένων οὐδὲ συνορώντων, ὅτι πλησίον ἐτύγχανον τῶν πολεμίων γεγονότες. ἤδη δὲ διέλαμπεν ἡμέρα, καὶ φθογγῆς τις ἔδοξεν ὑπακοῦσαι, τάχα δὲ καὶ καθορᾶν Ἑλληνικὸν χάρακα καὶ προφυλακὴν ὑπὸ τὸ κρημνῶδες. οὕτως οὖν ἐπιστήσας ἐνταῦθα τὴν στρατιὰν ὁ Κάτων, ἐκέλευσεν αὐτῷ προσελθεῖν ἄνευ τῶν ἄλλων τοὺς Φιρμιανούς, οἷς ἀεὶ πιστοῖς ἐχρῆτο καὶ προθύμοις. συνδραμόντων δὲ καὶ περιστάντων αὐτὸν ἀθρόων, εἶπεν· ἄνδρα χρήζω λαβεῖν τῶν πολεμίων ζῶντα, καὶ πυθέσθαι τίνες οἱ προφυλάσσοντες οὗτοι· πόσον πλῆθος αὐτῶν· τίς ὁ τῶν ὅλων διάκοσμος, ἢ τάξις, ἢ παρασκευὴ, μεθ' ἧς ὑπομένουσιν ἡμᾶς. τὸ δ' ἔργον, ἅρπασμα τάχους δεῖται, καὶ τόλμης, ᾗ καὶ λέοντες ἄνοπλοι θαῤῥοῦντες, ἐπὶ τὰ δειλὰ τῶν θηρίων βαδίζουσιν. ταῦτα δ' εἰπόντος τοῦ Κάτωνος, αὐτόθεν ὁρμήσαντες ὥσπερ εἶχον οἱ Φιρμιανοὶ, κατὰ τῶν ὀρῶν ἔθεον ἐπὶ τὰς προφυλακάς· καὶ προσπεσόντες ἀπροσδόκητοι, πάντας μὲν διετάραξαν καὶ διεσκέδασαν, ἕνα δ' αὐτοῖς ὅπλοις ἁρπάσαντες, ἐνεχείρισαν τῷ Κάτωνι. παρὰ τούτου μαθὼν, ὡς ἡ μὲν ἄλλη δύναμις ἐν τοῖς στενοῖς κάθηται μετὰ τοῦ βασιλέως, οἱ δὲ φρουροῦντες αὐτοῦ τὰς ὑπερβολὰς, Αἰτωλῶν εἰσὶν ἑξακόσιοι λογάδες, καταφρονήσας τῆς ὀλιγότητος ἅμα καὶ τῆς ὀλιγωρίας, εὐθὺς ἐπῆγεν ἅμα σάλπιγξι καὶ ἀλαλαγμῷ, πρῶτος σπασάμενος τὴν μάχαιραν. οἱ δ' ὡς εἶδον ἀπὸ τῶν κρημνῶν ἐπιφερομένους, φεύγοντες εἰς τὸ μέγα στρατόπεδον, ταραχῆς ἐνεπίμπλασαν ἅπαντα.

Ἐν

callem tenuerunt, eoque deduxerunt agmen. Ubi paululum processerunt, excipiens convallis quædam præcidit callem. Hic iterum incerti quid agerent, trepidabant: nescii neque advertentes prope hostes se pervenisse. Jam lux appetebat, & unus visus sibi est strepitum exaudire, mox videre sub rupe castra & stationem Græcorum. Eo loco sustinuit Cato agmen, semotisque reliquis, Firmianos, quorum semper fideli & prompta opera fuerat usus, accersivit. Quibus concurrentibus & frequentibus eum circumsistentibus ait, Unum desidero ex hostibus vivum capere, ut quæram quæ hæc statio sit, & quam multi, quæ omnium descriptio vel ordo vel apparatus, quo nos expectant. Ad hoc celeri raptu & audacia mihi opus est, sicut inermes leones animosi timida petunt animalia. Vix ea dixerat Cato, quum Firmiani, sicut convenerant, confestim ruentes decurrerunt montibus ad stationes: in quas ex improviso irrumpentes, omnes turbaverunt dissipaveruntque, unum cum armis raptum Catoni obtulerunt. Ex eo didicit reliquas copias cum rege saltum insidere; qui cacumina montium ibi servarent, delectos Ætolos sexcentos esse. Contempta Cato paucitate eorum simul & securitate, princeps gladium stringens, cum strepitu tubarum & clamore movit extemplo in eos. Qui ut ex rupibus invehentes contemplati sunt, fuga effusa castra majora petentes omnia compleverunt tumultu.

3

In-

Ἐν τούτῳ δὲ, καὶ τοῦ Μανίου κάτωθεν πρὸς τὰ διατειχίσματα βιαζομένου, καὶ τοῖς στενοῖς προσβάλλοντος ἀθρόαν τὴν δύναμιν, ὁ μὲν Ἀντίοχος εἰς τὸ στόμα λίθῳ πληγεὶς, ἐκτιναχθέντων αὐτοῦ τῶν ὀδόντων, ἀπέστρεψε τὸν ἵππον ὀπίσω, περιαλγὴς γενόμενος· τοῦ δὲ στρατοῦ μέρος οὐδὲν ὑπέμεινε τοὺς Ῥωμαίους, ἀλλὰ καίπερ ἀπόρους καὶ τῆς φυγῆς ὁδοὺς καὶ πλάνας ἐχούσης, ἑλῶν βαθέων καὶ πετρῶν ἀποτόμως τὰ πτώματα καὶ τὰς ὀλισθήσεις ὑποδεχομένων, εἰς ταῦτα διὰ τῶν στενῶν ὑπερχεόμενοι, καὶ συνωθοῦντες ἀλλήλους, φόβῳ πληγῆς καὶ σιδήρου πολεμίων αὐτοὺς διέφθειρον. ὁ δὲ Κάτων ἀεὶ μέν τις ἦν, ὡς ἔοικε, τῶν ἰδίων ἐγκωμίων ἀφειδὴς, καὶ τὴν ἄντικρυς μεγαλαυχίαν, ὡς ἐπακολούθημα τῆς μεγαλουργίας οὐκ ἔφευγε. πλεῖστον δὲ ταῖς πράξεσι ταύταις ὄγκον περιτέθεικε, καί φησι τοῖς ἰδοῦσιν αὐτὸν τότε διώκοντα καὶ παίοντα τοὺς πολεμίους, παραστῆναι, μηδὲν ὀφείλειν Κάτωνα τῷ δήμῳ τοσοῦτον, ὅσον Κάτωνι τὸν δῆμον· αὐτόν τε Μάνιον τὸν ὕπατον, θερμὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔτι θερμῷ περιπλακέντα, πολὺν χρόνον ἀσπάζεσθαι, καὶ βοᾶν ὑπὸ χαρᾶς, ὡς οὔτ᾽ ἂν αὐτὸς, οὔτ᾽ ὁ σύμπας δῆμος ἐξισώσειε τὰς ἀμοιβὰς ταῖς Κάτωνος εὐεργεσίαις. μετὰ δὲ τὴν μάχην, εὐθὺς εἰς Ῥώμην ἐπέμπετο τῶν ἠγωνισμένων αὐτάγγελος· καὶ διέπλευσε μὲν εἰς Βρεντέσιον εὐτυχῶς, μιᾷ δ᾽ ἡμέρᾳ ἐκεῖθεν διελάσας εἰς Τάραντα, καὶ τέσσαρας ἄλλας ὁδεύσας, πεμπταῖος εἰς Ῥώμην ἀπὸ θαλάσσης ἀφίκετο, καὶ πρῶτος ἀπήγγειλε τὴν νίκην. καὶ τὴν μὲν πόλιν ἐνέπλησεν εὐφροσύνης καὶ θυσιῶν, φρονήματος δὲ τὸν δῆμον, ὡς πάσης γῆς καὶ θαλάσσης κρατεῖν δυνάμενον.

Τῶν

Interea consule ex inferiore loco munimenta oppugnante, atque angustiis superatis, universis premente copiis, Antiochus lapide in os ictus est, excussisque dentibus retro equum ingenti oppressus dolore convertit. Nulla pars exercitus ejus sustinuit Romanos: verum, quamvis invia & abscissa omnia viam & fugam præcluderent, profundis paludibus præruptisque saxis cadentes & lapsos excipientibus: in ea per fauces effusi ac sese mutuo impellentes, dum vulnera & ferrum hostile timent, semetipsi affligebant. Cato cum semper minime parcus laudum suarum (ut mihi quidem videtur) buccinator, apertam jactantiam ut egregiorum factorum comitem non refugit, tum has res gestas summo cum fastu extulit: atque illos qui tum consectantem & cædentem se viderunt hostes, confessos fuisse asserit, non tantum populo Romano debere Catonem, quantum Catoni populum: ipsum quoque consulem Acilium adhuc a victoria calentem in complexu calentem Catonem diu tenuisse, & præ gaudio exclamasse, neque ipsum, neque populum cunctum esse Catonis meritis gratiæ referendæ parem. Illico a pugna missus est, ut nuntiaret ipse Romam prœlium. Brundusium secundo vento trajecit, inde una die Tarentum, quatuor aliis pergens Romam, quinto die venit, primusque victoriam nuntiavit. Ac civitatem quidem lætitia & festis complevit: populo vero tantum fecit animi, ut existimaret universo terræ marisque imperio se posse potiri.

Τῶν μὲν οὖν πολεμικῶν πράξεων τοῦ Κάτωνος, αὗται σχεδόν εἰσιν ἐλλογιμώταται, τῆς δὲ πολιτείας, φαίνεται τότε περὶ τὰς κατηγορίας καὶ τοὺς ἐλέγχους τῶν πονηρῶν, μόριον οὐ μικρᾶς ἄξιον σπουδῆς ἡγησάμενος. αὐτός τε γὰρ ἐδίωξε πολλοὺς, καὶ διώκουσιν ἑτέροις συνηγωνίσατο, καὶ παρεσκεύασεν ὅλως διώκοντας ὡς ἐπὶ Σκιπίωνα τοὺς περὶ Πετίλλιον. τοῦτον μὲν οὖν ἀπ' οἴκου τε μεγάλου καὶ φρονήματος ἀληθινοῦ ποιησάμενον ὑπὸ πόδας τὰς διαβολὰς, μὴ ἀποκτεῖναι δυνηθεὶς ἀφῆκε. Λεύκιον δὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, μετὰ τῶν κατηγόρων συστὰς, καταδίκῃ περιέβαλε χρημάτων πολλῶν πρὸς τὸ δημόσιον· ἣν οὐκ ἔχων ἐκεῖνος ἀπολύσασθαι, καὶ κινδυνεύων δεθῆναι, μόλις ἐπικλήσει τῶν δημάρχων ἀφείθη. λέγεται δὲ καὶ νεανίσκῳ τινὶ τεθνηκότος πατρὸς ἐχθρὸν ἠτιμωκότι, καὶ πορευομένῳ δι' ἀγορᾶς μετὰ τὴν δίκην, ἀπαντήσας ὁ Κάτων δεξιώσασθαι, καὶ εἰπεῖν ὅτι ταῦτα χρὴ τοῖς γονεῦσιν ἐναγίζειν, οὐκ ἄρνας οὐδ' ἐρίφους, ἀλλ' ἐχθρῶν δάκρυα καὶ καταδίκας. οὐ μὴν οὐδ' αὐτὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ περιῆν ἀθῷος, ἀλλ' ὅπου τινὰ λαβὴν παράσχοι τοῖς ἐχθροῖς, κρινόμενος καὶ κινδυνεύων διετέλει. λέγεται γὰρ ὀλίγον ἀπολιπούσας τῶν πεντήκοντα φυγεῖν δίκας, μίαν δὲ τελευταίαν, ἓξ ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα γεγονώς. ἐν ᾗ καὶ τὸ μνημονευόμενον εἶπεν, ὡς χαλεπόν ἐστιν ἐν ἄλλοις βεβιωκότα ἀνθρώποις, ἐν ἄλλοις ἀπολογεῖσθαι. καὶ τοῦτο πέρας οὐκ ἐποιήσατο τῶν ἀγώνων. τεσσάρων δ' ἄλλων ἐνιαυτῶν διελθόντων, Σερουϊλίου Γάλβα κατηγόρησεν, ἐνενήκοντα γεγονὼς ἔτη. κινδυνεύει γὰρ, ὡς ὁ Νέστωρ, εἰς τριγονίαν τῷ βίῳ καὶ

ταῖς

Hæ sunt ex rebus Catonis bello gestis fere clarissimæ. At actionum civilium videtur tunc accusationes, & improborum delationes partem non contemnendam existimasse. Nam tum multos ipse in judicium adduxit, tum persequentibus aliis subscripsit: ac plane semper summittebat accusatorem aliquem, ut Africano Petilium. At hunc nobilitate, & animi celsitudine calumnias suas sub pedibus conculcantem, quum opprimere non posset, missum fecit: Lucium vero fratrem ejus, coitione cum accusatoribus facta, litem ei magna pecunia æstimavit; quam quum solvere non posset, ac prope eo esset deventum, in carcerem ut conjiceretur, ægre appellatis tribunis missus est. Dicitur Cato quum in adolescentem, qui defuncti patris inimicum involverat infamia, in foro post judicium ambulantem incidisset, dextra data dixisse, ita parentibus esse parentandum, non agnis, non hœdis, sed inimicorum lacrymis damnationibusque. Atqui nec ipse illæsus in repub. evasit, sed sicubi ansam inimicis præberet, non desistebant eum in judicium rapere, & periculum creare. Fertur paulo minus quinquagesies caussam dixisse, unam, eamque postremam, annos natus sex & octoginta: in qua etiam memorandum illud pronuntiasse, Grave esse eum qui cum aliis vixisset hominibus, apud alios crimina depellere. Neque hic finem fecit contentionum: quippe quadriennio post Servilium Galbam annos natus nonaginta accusavit. Siquidem prope ad tertiam ætatem, sicut Nestor, vita & actionibus per-

ve-

ταῖς πράξεσι κατελθεῖν. Σκιπίωνι γὰρ, ὡς λέλεκται, τῷ μεγάλῳ πολλὰ διερεισάμενος ἐν τῇ πολιτείᾳ, διέτεινεν εἰς Σκιπίωνα τὸν νέον, ὃς ἦν ἐκείνου κατὰ ποίησιν υἱωνὸς, υἱὸς δὲ Παύλου τοῦ Περσέα καὶ Μακεδόνας καταπολεμήσαντος.

Τῆς δ' ὑπατείας κατόπιν ἔτεσι δέκα, τιμητείαν ὁ Κάτων παρήγγειλε. κορυφὴ δέ τις ἐστὶ τιμῆς ἁπάσης ἡ ἀρχὴ, καὶ τρόπον τινὰ τῆς πολιτείας ἁπάσης ἐπιτελείωσις, ἄλλην τε πολλὴν ἐξουσίαν ἔχουσα, καὶ τὴν περὶ τὰ ἤθη καὶ τοὺς βίους ἐξέτασιν. οὔτε γὰρ γάμον, οὔτε παιδοποιΐαν τινὰς, οὔτε δίαιταν, οὔτε συμπόσιον ᾤοντο δεῖν ἄκριτον καὶ ἀνεξέταστον, ὡς ἕκαστος ἐπιθυμίας ἔχοι καὶ προαιρέσεως, ἀφεῖναι. πολὺ δὲ μᾶλλον ἐν τούτοις νομίζοντες, ἢ ταῖς ὑπαίθροις καὶ πολιτικαῖς πράξεσι τρόπον ἀνδρὸς ἐνορᾶσθαι, φύλακα καὶ σωφρονιστὴν καὶ κολαστὴν τοῦ μηδένα καθ' ἡδονὰς ἐκτρέπεσθαι, καὶ παρεκβαίνειν τὸν ἐπιχώριον καὶ συνήθη βίον, ᾑροῦντο τῶν καλουμένων πατρικίων ἕνα, καὶ τῶν δημοτικῶν ἕνα. τιμητὰς δὲ τούτους προσηγόρευον, ἐξουσίαν ἔχοντας ἀφελέσθαι μὲν ἵππον, ἐκβαλεῖν δὲ συγκλήτου τὸν ἀκολάστως βιοῦντα καὶ ἀτάκτως. οὗτοι δὲ καὶ τὰ τιμήματα τῶν θυσιῶν λαμβάνοντες ἐπεσκόπουν, καὶ ταῖς ἀπογραφαῖς τὰ γένη καὶ τὰς πολιτείας διέκρινον. ἄλλας τε μεγάλας ἔχει δυνάμεις ἡ ἀρχή. διὸ καὶ τῷ Κάτωνι πρὸς τὴν παραγγελίαν ἀπήντησαν ἐνιστάμενοι σχεδὸν οἱ γνωριμώτατοι καὶ πρῶτοι τῶν συγκλητικῶν. τοὺς μὲν γὰρ εὐπατρίδας ὁ φθόνος ἐλύπει, παντάπασιν οἰομένους προπηλακίζεσθαι τὴν εὐγένειαν, ἀνθρώπων ἀπ' ἀρχῆς ἀδόξων εἰς τὴν ἄκραν τιμὴν καὶ δύναμιν ἀναβιβαζο-

μένων

pervenit. Namque cum Africano majore (ut est supra dictum) magnis contentionibus in repub. habitis, pertinuit ad Africanum minorem, qui fuit illius adoptione nepos, filius Pauli, qui Perseum & Macedonas debellavit.

Decem annis post consulatum petivit Cato censuram. Fastigium quoddam est hic magistratus honorum omnium, & quodammodo omnium in repub. actionum consummatio: præfulgetque cum ingenti alia autoritate, tum morum & vitæ judicio. Neque enim vel matrimonium vel sobolis procreationem, vel quotidianum victum, vel convivium solutum & liberum indagine, quæ cujusque libido & institutum sit, arbitrabantur prætermittendum. Quod autem longe ex his acutius, quam ex publicis & civilibus actionibus mores hominum perspici putarent, custodem & moderatorem, correctoremque ne quis ad voluptates deflecteret, aut excederet patria & vetera instituta, designabant unum ex nobilitate, alterum ex plebe. Censores hos appellabant. Potestas erat iis equum adimendi, senatu movendi eum qui vitam agebat turpem & libidinosam. Hi etiam pretia sacrificiorum statuentes inspectabant, atque ex eo ordines & munera distinguebant: aliarumque rerum habet is magistratus arbitrium. Quare Catonis petitionem fere nobilissimi quique & principes senatus premebant. Æstuabant enim invidia patricii, quod probro affici putarent nobilitatem, hominibus novis ad summum honorem & potestatem aspirantibus: impro-

μένων· οἱ δὲ μοχθηρὰ συνειδότες αὑτοῖς ἐπιτηδεύματα, καὶ τῶν πατρίων ἐκδιαίτησιν ἐθῶν, ἐφοβοῦντο τὴν αὐστηρίαν τοῦ ἀνδρὸς, ἀπαραίτητον ἐν ἐξουσίᾳ καὶ χαλεπὴν ἐσομένην. διὸ συμφρονήσαντες καὶ παρασκευάσαντες, ἑπτὰ κατῆγον ἐπὶ τὴν παραγγελίαν ἀντιπάλους τῷ Κάτωνι, θεραπεύοντας ἐλπίσι χρησταῖς τὸ πλῆθος, ὡς δὴ μαλακῶς καὶ πρὸς ἡδονὴν ἄρχεσθαι δεόμενον. τοὐναντίον δ', ὁ Κάτων οὐδεμίαν ἐνδιδοὺς ἐπιείκειαν, ἀλλ' ἄντικρυς ἀπειλῶν τε τοῖς πονηροῖς ἀπὸ τοῦ βήματος, καὶ κεκραγὼς μεγάλου καθαρμοῦ χρῄζειν τὴν πόλιν, ἠξίου τοὺς πολλοὺς, εἰ σωφρονοῦσι, μὴ τὸν ἥδιστον ἀλλὰ τὸν σφοδρότατον αἱρεῖσθαι τῶν ἰατρῶν· τοῦτον δὲ, αὐτὸν εἶναι, καὶ τῶν πατρικίων ἕνα, Φλάκκον Οὐαλέριον. μετ' ἐκείνου γὰρ οἴεσθαι μόνου τὴν τρυφὴν καὶ τὴν μαλακίαν, ὥσπερ ὕδραν, τέμνων καὶ ἀποκαίων προὔργου τι ποιήσειν· τῶν δ' ἄλλων ὁρῶν ἕκαστον ἄρξαι κακῶς βιαζόμενον, ὅτι τοὺς καλῶς ἄρξαντας δέδοικεν. οὕτω δ' ἄρα μέγας ἦν ὡς ἀληθῶς καὶ μεγάλων ἄξιος δημαγωγῶν ὁ Ῥωμαίων δῆμος, ὥστε μὴ φοβηθῆναι τὴν ἀνάτασιν καὶ τὸν ὄγκον τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ τοὺς ἡδεῖς ἐκείνους καὶ πρὸς χάριν ἅπαντα ποιήσειν δοκοῦντας ἀποῤῥίψας, ἑλέσθαι μετὰ τοῦ Κάτωνος τὸν Φλάκκον, ὥσπερ οὐκ αἰτοῦντος ἀρχὴν, ἀλλὰ ἄρχοντος ἤδη καὶ προστάττοντος ἀκροώμενος.

Προσέγραψε μὲν οὖν ὁ Κάτων τῇ συγκλήτῳ τὸν συνάρχοντα καὶ φίλον, Λεύκιον Οὐαλέριον Φλάκκον. ἐξέβαλε δὲ τῆς βουλῆς ἄλλους τε συχνοὺς, καὶ Λεύκιον Κοΐντιον, ὕπατον μὲν ἑπτὰ πρότερον ἐνιαυτοῖς γεγενημένον· ὃ δ' ἦν αὐτῷ πρὸς δόξαν ὑπατείας μεῖζον, ἀδελφὸν Τίτου Φλαμινίου, τοῦ καταπο-

λε-

bi vero suarum libidinum sibi ipsi conscii & morum patriorum violatorum, austeritatem ejus inexorabilem in summa potestate & tristem verebantur futuram. Itaque coitione facta, septem ab se subornatos Catoni competitores in campum deduxere. Hi prensantes plebem, bonam spem tanquam placidam quærenti & remissam ostendebant censuram. Contra Cato nihilo lenius agebat, immo aperte pro rostris minitans malis, vociferansque magna lustratione civitati opus esse, consulere multitudini ne lenissimum, si sapiant, sed acerrimum deligant medicum. Eum se esse, & ex patriciis unum, Valerium Flaccum: illo enim se solo collega sperare, luxu & mollitia, velut hydra execta atque adusta, operæ pretium facturum: reliquos videre quosque molientes male censuram gerere, quod eos qui gesturi eam sint recte, expavescant. Atqui tam celsus erat, & celsis dignus ducibus populus Romanus, ut non horreret terrores ejus & supercilium, sed mites illos & magnam lenitatem ostentantes repudiaret, designaret autem cum Catone Flaccum, quasi non candidatum illum censuræ, sed censorem jam & præcipientem audiens.

Allegit igitur in senatum collegam & amicum Lucium Valerium Flaccum. Senatu movit inter alios complures Lucium Quintium, qui septem annis ante consul fuerat: & quod majoris momenti ei erat ad gloriam, Titi Quintii, qui Philippum debellave-

rat,

λεμήσαντος Φίλιππον. αἰτίαν δὲ τῆς ἐκβολῆς ἔσχε τοιαύτην. μειράκιον ἐκ τῆς παιδικῆς ὥρας ἑταιροῦν ἀνειληφὼς ὁ Λεύκιος, ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχε, καὶ συνεπήγετο στρατηγῶν ἐπὶ τιμῆς καὶ δυνάμεως τοσαύτης, ὅσην οὐδεὶς εἶχε τῶν πρώτων παρ' αὐτῷ φίλων καὶ οἰκείων. ἐτύγχανε μὲν οὖν ἡγούμενος ὑπατικῆς ἐπαρχίας. ἐν δὲ συμποσίῳ τινὶ, τὸ μειράκιον ὥσπερ εἰώθει συγκατακείμενον, ἄλλην τε κολακείαν ἐκίνει πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἐν οἴνῳ ῥᾳδίως ἀγόμενον, καὶ φιλεῖν αὐτὸν οὕτως ἔλεγεν, ὥστ', ἔφη, θέας οὔσης οἴκοι μονομάχων, οὐ τεθεαμένος πρότερον, ἐξώρμησα πρός σε, καίπερ ἐπιθυμῶν ἰδεῖν ἄνθρωπον σφαττόμενον. ὁ δὲ Λεύκιος ἀντιφιλοφρονούμενος, Ἀλλὰ τούτου γε χάριν, εἶπεν, μή μοι κατάκεισο λυπούμενος· ἐγὼ γὰρ ἰάσομαι. καὶ κελεύσας ἕνα τῶν ἐπὶ θανάτῳ κατακειμένων εἰς τὸ συμπόσιον ἀχθῆναι, καὶ τὸν ὑπηρέτην ἔχοντα πέλεκυν εἰσαχθῆναι, πάλιν ἠρώτησε τὸν ἐρώμενον, εἰ βούλεται τυπτόμενον θεάσασθαι. φήσαντος δὲ βούλεσθαι, προσέταξε τὸν τράχηλον ἀποκόψαι. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι ταῦτα ἱστοροῦσι, καὶ ὅ γε Κικέρων αὐτὸν τὸν Κάτωνα διηγούμενον ἐν τῷ περὶ γήρως διαλόγῳ πεποίηκεν. ὁ δὲ Λίβιος αὐτόμολον εἶναί φησιν Γαλάτην τὸν ἀναιρεθέντα, τὸν δὲ Λεύκιον οὐ δι' ὑπηρέτου κτεῖναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' αὐτὸν ἰδίᾳ χειρί· καὶ ταῦτα ἐν τῷ λόγῳ γεγράφθαι Κάτωνος. ἐκβληθέντος οὖν τοῦ Λευκίου τῆς βουλῆς ὑπὸ τοῦ Κάτωνος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ βαρέως φέρων, ἐπὶ τὸν δῆμον κατέφυγε, καὶ τὴν αἰτίαν ἐκέλευεν εἰπεῖν τὸν Κάτωνα τῆς ἐκβολῆς. εἰπόντος δὲ καὶ διηγησαμένου τὸ συμπόσιον, ἐπεχείρει μὲν ὁ Λεύκιος ἀρνεῖσθαι· προκαλουμένου δὲ τοῦ Κάτωνος εἰς ὁρκισμὸν,

rat, fratrem. Caussam cur senatorio loco eum moverit, hanc habuit. Puerum Lucius formosum scortum perpetuo habebat in contubernio suo, atque in expeditionibus suis tantum tribuebat ei honoris, tantumque ille apud eum poterat, quantum nemo summorum amicorum vel familiarium, qui circa eum erant. Quum jam provinciam obtineret proconsul, in convivio quodam puer juxta eum, ut solebat, accubans, inter cæteras blanditias quibus per vinum facile ducebat eum, tantopere jactavit se amare eum, ut spectaculum domi (inquit) gladiatorum, quod nunquam spectavi ante, prætermiserim, ac currens perrexerim ad te, quanvis videre hominem avebam interfici. Lucius vicissim gratiam illi rependens, Nihil, inquit, te torqueat hoc, ego facile medebor. Inde unum ex damnatis rei capitalis attrahi in convivium, & lictorem cum securi præcepit accersi. Tum iterum ex scorto quæsivit an videre istum vellet feriri securi: quum annuisset, imperavit præcidi homini caput: itaque plerique homines tradunt. Cicero quoque in dialogo de senectute, sic narrantem inducit Catonem. Livius autem Gallum transfugam dicit illum fuisse, qui fuit interfectus: ac Lucium non per lictorem, sed sua ipsius manu hominem occidisse, eaque esse in Catonis oratione scripta. Ejectum senatu a Catone Lucium Titus frater iniquo animo ferens provocavit ad populum, postulavitque ut caussam proferret Cato notæ; quo eam referente & exponente convivium illud, parabat inficias ire Lucius: verum quum Cato sponsione eum provocaret,

μὸν, ἀνεδύετο. καὶ τότε μὲν ἄξια παθεῖν κατεγνώσθη· θέας δ' οὔσης ἐν θεάτρῳ, τὴν ὑπατικὴν χώραν παρελθὼν, καὶ πορρωτάτω που καθεσθεὶς, οἶκτον ἔσχε παρὰ τῷ δήμῳ, καὶ βοῶντες ἠνάγκασαν αὐτὸν μετελθεῖν, ὡς ἦν δυνατὸν ἐπανορθούμενοι καὶ θεραπεύοντες τὸ γεγενημένον. ἄλλον δὲ βουλῆς ἐξέβαλεν ὑπατεύσειν ἐπίδοξον ὄντα, Μανίλλιον, ὅτι τὴν αὐτοῦ γυναῖκα μεθ' ἡμέραν ὁρώσης τῆς θυγατρὸς κατεφίλησεν. αὐτῷ δ' ἔφη τὴν γυναῖκα μηδέποτε πλὴν βροντῆς μεγάλης γενομένης περιπλακῆναι· καὶ μετὰ παιδιᾶς εἰπεῖν αὐτὸν, ὡς μακάριός ἐστι τοῦ Διὸς βροντῶντος.

Ἤνεγκε δέ τινα τῷ Κάτωνι καὶ Λεύκιος ὁ Σκιπίωνος ἀδελφὸς ἐπίφθονον αἰτίαν, θριαμβικὸς ἀνὴρ, ἀφαιρεθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τὸν ἵππον· ἔδοξε γὰρ οἷον ἐφυβρίζων Ἀφρικανῷ Σκιπίωνι τοῦτο ποιῆσαι. τοὺς δὲ πλείστους ἠνίασε μάλιστα τῇ περικοπῇ τῆς πολυτελείας, ἣν ἄντικρυς μὲν ἀφελέσθαι, νενοσηκότων ἤδη καὶ διεφθαρμένων ὑπ' αὐτῆς τῶν πολλῶν, ἀδύνατον ἦν, κύκλῳ δὲ περιϊὼν, ἠνάγκαζεν ἐσθῆτος, ὀχήματος, κόσμου γυναικείου, σκευῶν τῶν περὶ δίαιταν, ὧν ἑκάστου τὸ τίμημα δραχμὰς χιλίας καὶ πεντακοσίας ὑπερέβαλλεν, ἀποτιμᾶσθαι τὴν ἀξίαν εἰς τὸ δεκαπλάσιον, βουλόμενος ἀπὸ μειζόνων τιμημάτων αὐτοῖς μείζονας καὶ τὰς εἰσφορὰς εἶναι. καὶ προσετίμησε τρεῖς χαλκοῦς πρὸς τοῖς χιλίοις, ὅπως βαρυνόμενοι ταῖς ἐπιβολαῖς, καὶ τοὺς εὐσταλεῖς καὶ λιτοὺς ὁρῶντες ἀπὸ τῶν ἴσων ἐλάττονα τελοῦντας εἰς τὸ δημόσιον, ἀπαγορεύσωσιν. ἦσαν οὖν αὐτῷ χαλεποὶ μὲν, οἱ τὰς εἰσφορὰς διὰ τὴν τρυφὴν ὑπομένοντες, χαλεποὶ δ' αὖ πάλιν, οἱ τὴν τρυφὴν ἀπο-

τιθέ-

vocaret, detrectavit. Itaque merito judicavit populus notatum. Postea quum ludi fierent in theatro, præterito consularium cuneo, remote inde consedit. Ac motus hinc misericordia populus, coegit eum magno clamore transire: atque ita maculam ejus, quatenus fieri poterat, correxit lenivitque. Alium senatu movit Manilium, quem omnium opinio consulem designabat: quod uxorem interdiu fuisset inspectante osculatus filia. Uxorem suam ait, nisi magno tonitru, nunquam complexum sibi tulisse, atque per jocum dicere solitum se, Jove tonante se beatum esse.

Jam quod Lucio Africani fratri equum ademerit, triumphali viro, conflavit sibi Cato invidiam: quod ea re videretur Scipioni Africano insultare. Plurimos autem potissimum offendit præciso luxu: quem aperte extorquere laboranti, & infectæ multitudini non poterat. At per ambages id agens, præcepit ut vestes, vehicula, ornamenta muliebria, utensilia, quorum singula pluris quam quindecim millium æris essent, decuplo amplius æstimarentur quam earum rerum pretium fineret: voluitque ut a majori censu majus tributum penderent, ternosque in millia æris asses assignavit, ut inferrent; quo iis adjectionibus pressi, quum viderent adstrictos & frugales a paribus facultatibus minus tributi ferre, luxum deponerent. Igitur infensos habuit, qui id tributi tolerabant ob luxuriam: infensos alia ex parte, qui luxuriam ob tributum

πεπεισμένοι διὰ τὰς εἰσφοράς. πλούτου γὰρ ἀφαίρεσιν οἱ πολλοὶ νομίζουσι τὴν κώλυσιν αὐτοῦ τῆς ἐπιδείξεως· ἐπιδείκνυσθαι δὲ τοῖς περιττοῖς, οὐ τοῖς ἀναγκαίοις. ὃ δὴ καὶ μάλιστά φασι τὸν φιλόσοφον Ἀρίστωνα θαυμάζειν, ὅτι τοὺς τὰ περιττὰ κεκτημένους μᾶλλον ἡγοῦνται μακαρίους, ἢ τοὺς τῶν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων εὐποροῦντας. Σκόπας δὲ ὁ Θεσσαλὸς, αἰτουμένου τινὸς τῶν φίλων παρ' αὐτοῦ τοιοῦτον ὃ μὴ σφόδρα ἦν χρήσιμον ἐκείνῳ, καὶ λέγοντος ὡς οὐδὲν αἰτεῖ τῶν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων, Καὶ μὴν ἐγὼ τούτοις, εἶπεν, εὐδαίμων καὶ πλούσιός εἰμι, τοῖς ἀχρήστοις καὶ περιττοῖς. οὕτως ὁ τοῦ πλούτου ζῆλος, οὐδενὶ πάθει φυσικῷ συνηρτημένος, ἐκ τῆς ὀχλώδους καὶ θυραίας δόξης ἐπεισόδιόν ἐστι.

Οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν ἐγκαλούντων ἐλάχιστα φροντίζων ὁ Κάτων, ἔτι μᾶλλον ἐπέτεινεν· ἀποκόπτων μὲν ὀχετοὺς, οἳ τὸ παραρρέον δημόσιον ὕδωρ ὑπολαμβάνοντες ὑπῆγον εἰς οἰκίας ἰδίας καὶ κήπους, ἀνατρέπων δὲ καὶ καταβάλλων ὅσα προὔβαινεν εἰς τὸ δημόσιον οἰκοδομήματα, συστέλλων δὲ τοῖς μισθοῖς τὰς ἐργολαβείας, τὰ δὲ τέλη ταῖς πράσεσιν ἐπὶ τὰς ἐσχάτας ἐλαύνων τιμάς. ἀφ' ὧν αὐτῷ πολὺ συνήχθη μῖσος. οἱ δὲ περὶ τὸν Τίτον συστάντες ἐπ' αὐτὸν, ἔν τε τῇ βουλῇ τὰς γεγενημένας ἐκδόσεις καὶ μισθώσεις τῶν ἱερῶν καὶ δημοσίων ἔργων ἔλυσαν, ὡς γεγενημένας ἀλυσιτελῶς, καὶ τῶν δημάρχων τοὺς θρασυτάτους παρώξυνον ἐν δήμῳ προκαλέσασθαι τὸν Κάτωνα, καὶ ζημιῶσαι δυσὶ ταλάντοις. πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν τῆς βασιλικῆς κατασκευὴν ἠναντιώθησαν, ἣν ἐκεῖνος ἐκ χρημάτων κοινῶν ὑπὸ τὸ βουλευτήριον τῇ ἀγορᾷ παρ-

butum deponebant. Pro divitiarum enim ereptione habet vulgus, si earum ostentatione prohibeantur: ostentari autem superfluis, non necessariis. Quod quidem philosophum Aristonem aiunt præcipue mirari, quod eos, supervacua qui possident, potius ducant beatos quam illos qui abundant necessariis & utilibus. Scopas Thessalus, quum ab eo peteret amicus quispiam rem eam quæ non admodum illi esset usui, diceretque nihil se necessarium vel utile petere, Atqui his ego, inquit, beatus & dives sum inutilibus & supervacaneis. Ita divitiarum admiratio nulli affectui consentanea naturali, ex vulgari & translatitia opinione introducitur.

Verum enimvero offensiones flocci faciens Cato, multo erat asperior. Aquam publicam canalibus in privata ædificia aut hortos ductam ademit. Evertit & demolitus est ea quæ in publicum projecta ædificia erant, mercedem redempturarum contraxit, vectigalia summis pretiis locavit. Unde odium accersivit sibi grande. At Titi Quintii factio, coitione contra eum facta in senatu, sacrorum & publicorum ædificiorum ut non e republica factas locationes induxit, concitavitque tribunorum ferocissimos ut Catonem ad populum accusarent, mulctamque ei centum viginti millium æris dicerent. Multum etiam obstrepuit ei quum basilicam faceret, quam pecunia publica sub curia

παρέβαλε, καὶ Πορκίαν βασιλικὴν προσηγόρευσε. φαίνεται δὲ θαυμαστῶς ἀποδεξάμενος αὐτοῦ τὴν τιμητείαν ὁ δῆμος. ἀνδριάντα γοῦν ἀναθεὶς ἐν τῷ ναῷ τῆς ὑγιείας, ἐπέγραψεν οὐ τὰς στρατηγίας, οὐδὲ τὸν θρίαμβον τοῦ Κάτωνος, ἀλλ', ὡς ἄν τις μεταφράσειε τὴν ἐπιγραφὴν, ὅτι τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἐγκεκλιμένην καὶ ῥέπουσαν ἐπὶ τὰ χείρω, τιμητὴς γενόμενος, χρησταῖς ἀγωγαῖς καὶ σώφροσιν ἐθισμοῖς καὶ διδασκαλίαις εἰς ὀρθὸν αὖθις ἀποκατέστησε. καίτοι πρότερον αὐτὸς κατεγέλα τῶν ἀγαπώντων τὰ τοιαῦτα, καὶ λανθάνειν αὐτοὺς ἔλεγεν, ἐπὶ χαλκέων καὶ ζωγράφων ἔργοις μέγα φρονοῦντας, αὐτοῦ δὲ καλλίστας εἰκόνας ἐν ταῖς ψυχαῖς περιφέρειν τοὺς πολίτας. πρὸς δὲ τοὺς θαυμάζοντας, ὅτι πολλῶν ἀδόξων ἀνδριάντας ἐχόντων, ἐκεῖνος οὐκ ἔχει, Μᾶλλον γὰρ, ἔφη, βούλομαι ζητεῖσθαι διὰ τί μου ἀνδριὰς οὐ κεῖται, ἢ διὰ τί κεῖται. τὸ δ' ὅλον, οὐδ' ἐπαινούμενον ἠξίου τὸν ἀγαθὸν πολίτην ὑπομένειν, εἰ μὴ τοῦτο χρησίμως γίγνοιτο τῷ κοινῷ. καὶ πλεῖστα πάντων ἑαυτὸν ἐγκεκωμίακεν, ὅς γε καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντάς τι περὶ τὸν βίον, εἶτ' ἐλεγχομένους, λέγειν φησὶν ὡς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν αὐτοῖς· οὐ γὰρ Κάτωνές εἰσι· καὶ τοὺς ἔνια μιμεῖσθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων οὐκ ἐμμελῶς ἐπιχειροῦντας, ἐπαριστεροὺς καλεῖσθαι Κάτωνας. ἀφορᾶν δὲ τὴν βουλὴν πρὸς αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπισφαλεστάτοις καιροῖς, ὥσπερ ἐν πλῷ πρὸς κυβερνήτην· καὶ πολλάκις μὴ παρόντος, ὑπερτίθεσθαι τὰ πλείστης ἄξια σπουδῆς. ἃ δὴ παρὰ τῶν ἄλλων αὐτῷ μαρτυρεῖται· μέγα γὰρ ἔσχεν ἐν τῇ πόλει, καὶ διὰ τὸν βίον, καὶ διὰ τὸν λόγον, καὶ διὰ τὸ γῆρας, ἀξίωμα.

Γέ-

curia foro adjunxit, & basilicam Porciam appellavit. At apparet censuram ejus populum mirifice comprobasse. Siquidem quum poneret ei statuam in æde Salutis, non imperia inscripsit, nec triumphum Catonis, sed (ut sensum inscriptionis græce vertam) quod rempub. Romanam ad pravos mores declinantem ac vergentem, bona disciplina sanisque institutis & præceptis censor correxisset. Quanquam & ipse ante deriserat eos quos ea res delectabat, dicebatque non intelligere eos, quod ob statuariorum & pictorum opera sibi placerent, quum imagines pulcherrimas suas in animis suis circumferrent cives. Ad eos qui mirabantur, quum statuas multi homines obscuri haberent, ipsum non habere, Malo (inquit) quæri quare nulla mea statua extet, quam quare extet. Atque omnino volebat, ut ne laudari quidem permitteret se bonus civis, nisi hoc e repub. fieret. Plurimus fuit tamen in seipso prædicando. Quippe eos qui in vita quid titubaverant, mox reprehendebantur, dicere ait solitos, immerito se culpari, qui Catones non essent: illos autem qui facta quædam sua imitari studerent inepte, sinistros Catones appellari. Senatum periculosissimis temporibus ad se, sicut in naufragio ad gubernatorem respicere, crebroque absente se res gravissimas protrahere. Quæ quidem ei aliorum testimonio comprobantur: etenim ingens fuit ejus in civitate vitæ & eloquentiæ & ætatis gratia autoritas.

Fuit

Γέγονε δὲ καὶ πατὴρ ἀγαθὸς, καὶ περὶ γυναῖκα χρηστὸς ἀνὴρ, καὶ χρηματιστὴς οὐκ εὐκαταφρόνητος, οὐδ' ὡς τι μικρὸν ἢ φαῦλον, ἐν παρέργῳ μεταχειρισάμενος τὴν τοιαύτην ἐπιμέλειαν. ὅθεν οἶμαι δεῖν καὶ περὶ τούτων ὅσα καλῶς ἔχει διεξελθεῖν. γυναῖκα μὲν οὖν εὐγενεστέραν ἢ πλουσιωτέραν ἔγημεν, ἡγούμενος ὁμοίως μὲν ἀμφοτέρας ἔχειν βάρος καὶ φρόνημα, τὰς δὲ γενναίας, αἰδουμένας τὰ αἰσχρὰ, μᾶλλον ὑπηκόους εἶναι πρὸς τὰ καλὰ τοῖς γεγαμηκόσι. τὸν δὲ τύπτοντα γαμετὴν ἢ παῖδα, τοῖς ἁγιωτάτοις ἔλεγεν ἱεροῖς προσφέρειν τὰς χεῖρας· ἐν ἐπαίνῳ δὲ μείζονι τίθεσθαι τὸ γαμέτην ἀγαθὸν, ἢ τὸ μέγαν εἶναι συγκλητικόν. ἐπεὶ καὶ Σωκράτους οὐδὲν ἄλλο θαυμάζειν τοῦ παλαιοῦ, πλὴν ὅτι γυναικὶ χαλεπῇ καὶ παισὶν ἀποπλήκτοις χρώμενος, ἐπιεικῶς καὶ πρᾴως διετέλεσεν. γενομένου δὲ τοῦ παιδὸς, οὐδὲν ἦν ἔργον οὕτως ἀναγκαῖον, εἰ μή τι δημόσιον, ὡς μὴ παρεῖναι τῇ γυναικὶ λουούσῃ τὸ βρέφος καὶ σπαργανούσῃ. αὐτὴ γὰρ ἔτρεφεν ἰδίῳ γάλακτι. πολλάκις δὲ καὶ τὰ τῶν δούλων παιδάρια τῷ μαστῷ προσιεμένη, κατεσκεύασεν εὔνοιαν ἐκ τῆς συντροφίας πρὸς τὸν υἱόν. ἐπεὶ δὲ ἤρξατο συνιέναι, παραλαβὼν αὐτὸς ἐδίδασκε γράμματα. καίτοι χαρίεντα δοῦλον εἶχε γραμματιστὴν, ὄνομα Χίλωνα, πολλοὺς διδάσκοντα παῖδας. οὐκ ἠξίου δὲ τὸν υἱὸν, ὥς φησιν αὐτὸς, ὑπὸ δούλου κακῶς ἀκούειν, ἢ τοῦ ὠτὸς ἀνατείνεσθαι, μανθάνοντα βράδιον· οὐδέ γε μαθήματος τηλικούτου τῷ δούλῳ χάριν ὀφείλειν· ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἦν γραμματιστὴς, αὐτὸς δὲ νομοδιδάκτης, αὐτὸς δὲ γυμναστής· οὐ μόνον ἀκοντίζειν, οὐδ' ὁπλομαχεῖν, οὐδ' ἱππεύειν διδάσκων τὸν υἱὸν,

Fuit item bonus pater, suavis maritus, nec vulgaris in re augenda familiari. Neque id negotium tractabat, ut minutum & vile, obiter tantum & defunctorie: itaque etiam quæcunque ex iis huic loco conveniunt, recensenda putavi. Uxorem nobiliorem quam opulentiorem duxit: existimans æque utrasque esse elatas & superciliosas: verum turpitudinis rubore obsequentiores viris ad honesta fore generosas. Eum qui liberos vel conjugem cæderet, sanctissimis rebus dicebat adferre manus. Majorem laudem esse boni mariti quam magni senatoris. Neque vero Socratem veterem esse sibi ob quicquam aliud admirationi, quam quod cum muliere morosa stupidisque liberis perpetuo vixisset placide & comiter. Quum uxor peperisset, nullo tam urgenti (nisi publico) negotio impediebatur, quin ei infantem abluenti & fasciis involventi adsisteret. Illa enim proprio lacte nutricabatur infantem. Frequenter etiam servorum pueros admovebat mammæ, quo benevolos eos ex educationis consortio erga filium redderet. Ubi primum per ætatem intelligere cœpit, instituit eum ipse in literis; licet scitum servum literatorem haberet, Chilonem nomine, qui multos pueros erudiebat. Nolebat autem filium (ut ipse ait) a servo male audire vel aure vellicari, si tardius disceret; nec vero esse tantulæ disciplinæ causa obstrictum servo: verum erat ipse ejus ludimagister, ipse legum doctor, ipse lanista. Neque jaculari modo & armis depugnare atque equitare docuit filium,

ἱόν, ἀλλὰ καὶ τῇ χειρὶ πὺξ παίειν, καὶ καῦμα καὶ ψῦχος ἀνέχεσθαι, καὶ τὰ δινώδη καὶ τραχύνοντα τοῦ ποταμοῦ νηχόμενον ἀποβιάζεσθαι. καὶ τὰς ἱστορίας δὲ συγγράψαι φησὶν αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ καὶ μεγάλοις γράμμασιν, ὅπως οἴκοθεν ὑπάρχῃ τῷ παιδὶ πρὸς ἐμπειρίαν τῶν παλαιῶν καὶ πατρίων ὠφελεῖσθαι. τὰ δ' αἴσχιστα τῶν ῥημάτων οὐχ ἧττον εὐλαβεῖσθαι τοῦ παιδὸς παρόντος, ἢ τῶν ἱερῶν παρθένων, ἃς Ἑστιάδας καλοῦσι. συλλούσασθαι δὲ μηδέποτε. καὶ τοῦτο κοινὸν ἔθος ἔοικε Ῥωμαίων εἶναι. καὶ γὰρ πενθεροῖς γαμβροὶ ἐφύλαττον τὸ συλλούεσθαι, δυσωπούμενοι τὴν ἀποκάλυψιν καὶ γύμνωσιν· εἶτα μέντοι παρ' Ἑλλήνων τὸ γυμνοῦσθαι μαθόντες, αὐτοὶ πάλιν τοῦ καὶ μετὰ γυναικῶν τοῦτο πράττειν ἀναπεπλήκασι τοὺς Ἕλληνας. οὕτω δὲ καλὸν ἔργον εἰς ἀρετὴν τῷ Κάτωνι πλάττοντι καὶ δημιουργοῦντι τὸν υἱόν, ἐπεὶ τὰ τῆς προθυμίας ἄμεμπτα ἦν, καὶ δι' εὐφυΐαν ὑπήκουεν ἡ ψυχὴ, τὸ δὲ σῶμα μαλακώτερον ἐφαίνετο τοῦ πονεῖν, ἐπανῆκεν αὐτῷ τὸ σύντονον ἄγαν καὶ κεκολασμένον τῆς διαίτης. ὁ δὲ, καίπερ οὕτως ἔχων, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν ἐν ταῖς στρατείαις, καὶ τὴν πρὸς Περσέα μάχην ἠγωνίσατο λαμπρῶς, Παύλου στρατηγοῦντος. εἶτα μέντοι τοῦ ξίφους ἐκκρουσθέντος ὑπὸ πληγῆς, καὶ δι' ὑγρότητα τῆς χειρὸς ἐξολισθόντος, ἀχθεσθεὶς τρέπεται πρός τινας τῶν συνήθων, καὶ παραλαβὼν ἐκείνους, αὖθις εἰς τοὺς πολεμίους ἐνέβαλε. πολλῷ δ' ἀγῶνι καὶ βίᾳ μεγάλῃ διαφωτίσας τὸν τόπον, εὗρε μόλις ἐν πολλοῖς σάγμασιν ὅπλων καὶ σώμασι νεκρῶν ὁμοῦ φίλων τε καὶ πολεμίων καταστοιβασμένων. ἐφ' ᾧ καὶ Παῦλος ὁ στρατηγὸς ἠγάσθη τὸ μειράκιον. καὶ Κάτωνος αὐτοῦ φέρεταί τις

um, sed pugilatum etiam, aestum & algorem tolerare, vortices & fluctus fluminis nando superare. Historias sua manu se grandibus literis dicit conscripsisse, ut filius disciplinam majorum & veterum instituta domo petere valeret. Turpiter loqui non minus filio praesente quam virginibus Vestalibus cavisse. Nunquam cum eo in balneis fuisse: quem morem videntur Romani habuisse communem. Etenim soceri una lavare defugiebant cum generis, denudare se & retegere erubescentes: post tamen quum a Graecis adaperire se didicissent, traduxerunt vicissim in Graeciam, ut id illi & cum foeminis facerent. Tam praeclarum fingenti opus ad virtutem Catoni, & conformanti filium, quum responderet studium illius, etiam ob indolem obtemperaret mens, sed esset corpus ad tolerandos labores mollius, remisit rationem victus intentiorem & austeriorem. Ille tamen cum tali corpore insignis bello vir fuit, praelioque adversus regem Perseum decertavit sub duce Paulo Aemilio praeclare. Quum vero gladius ei ictu excussus & madore esset manus elapsus, adiit cum dolore certos familiares suos: quibus adjunctis fecit de integro impressionem in hostes. Ac quum longo certamine magnaque vi locum vacuum fecisset, tandem invenit eum in immensis acervis armorum, & in cadaverum tam sociorum quam hostium cumulis aggeratorum: quamobrem commendavit adolescentem Paulus imperator. Et ipsius Catonis extat ad fi-

τις ἐπιστολὴ πρὸς τὸν υἱὸν ὑπερφυῶς ἐπαινοῦντος τὴν περὶ τὸ ξίφος φιλοτιμίαν αὐτοῦ καὶ σπουδήν. ὕστερον δὲ καὶ Παύλου θυγατέρα Τερτίαν ἔγημεν ὁ νεανίας, ἀδελφὴν Σκιπίωνος, οὐχ ἧττον ἤδη δι' αὑτὸν ἢ τὸν πατέρα καταμιγνύμενος εἰς γένος τηλικοῦτον. ἡ μὲν οὖν περὶ τὸν υἱὸν τοῦ Κάτωνος ἐπιμέλεια τέλος ἄξιον ἔχει.

Οἰκέτας δὲ πολλοὺς ἐκτᾶτο τῶν αἰχμαλώτων, ὠνούμενος μάλιστα τοὺς μικροὺς καὶ δυναμένους ἔτι τροφὴν καὶ παίδευσιν, ὡς σκύλακας ἢ πώλους, ἐνεγκεῖν. τούτων οὐδεὶς εἰσῆλθεν εἰς οἰκίαν ἑτέραν, εἰ μὴ πέμψαντος αὐτοῦ Κάτωνος ἢ τῆς γυναικός. ὁ δ' ἐρωτηθεὶς τί πράττει Κάτων, οὐδὲν ἀπεκρίνατο, πλὴν ἀγνοεῖν. ἔδει δὲ ἢ πράττειν τι τῶν ἀναγκαίων οἴκοι τὸν δοῦλον, ἢ καθεύδειν. καὶ σφόδρα τοῖς κοιμωμένοις ὁ Κάτων ἔχαιρε, πρᾳοτέρους τε τῶν ἐγρηγορότων νομίζων, καὶ πρὸς ὁτιοῦν βελτίονας χρῆσθαι τῶν δεομένων ὕπνου τοὺς ἀπολελαυκότας. οἰόμενος δὲ τὰ μέγιστα ῥᾳδιουργεῖν ἀφροδισίων ἕνεκα τοὺς δούλους, ἔταξεν ὡρισμένου νομίσματος ὁμιλεῖν ταῖς θεραπαινίσιν, ἑτέρᾳ δὲ γυναικὶ μηδένα πλησιάζειν. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν ἔτι πένης ὢν καὶ στρατευόμενος, πρὸς οὐδὲν ἐδυσκόλαινε τῶν περὶ δίαιταν, ἀλλ' αἴσχιστον ἀπέφαινε διὰ γαστέρα πρὸς οἰκέτην ζυγομαχεῖν. ὕστερον δὲ, τῶν πραγμάτων ἐπιδιδόντων, ποιούμενος ἑστιάσεις φίλων καὶ συναρχόντων, ἐκόλαζεν εὐθὺς μετὰ τὸ δεῖπνον ἱμάντι τοὺς ἀμελέστερον ὑπουργήσαντας ὁτιοῦν ἢ σκευάσαντας. ἀεὶ δέ τινα στάσιν ἔχειν τοὺς δούλους ἐμηχανᾶτο καὶ διαφορὰν πρὸς ἀλλήλους, ὑπονοῶν τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν καὶ δεδοικώς. τοὺς δ' ἄξιον ἐργάσ-

θαί

filium epistola, qua supra modum extollit contentionem ejus de gladio & curam. Post Pauli filiam Tertiam, Scipionis sororem duxit uxorem: nec minus jam sua quam parentis gratia adeo nobiles nuptias sibi adjunxit. Ita Catonis quidem erga filium sedulitas bonum effectum sortita est.

Servos multos comparabat de manubiis. Pueros potissimum emebat, & eos qui adhuc sicut catuli & pulli educari cum disciplina & institui valerent. Horum in alios penates ingrediebatur nemo, nisi ipse mitteret eos Cato vel uxor. Rogatus quid ageret Cato, nihil nisi nescire se respondebat. Servum aut facere aliquid domi necessarium compellebat aut dormire. Multum gaudebat Cato cubantibus, mansuetiores ducens vigilantibus, & ad quodvis ministerium aptiores somno refectos. Existimans autem servos in gravissima facinora illabi veneris causa, certum nummum in ancillarum concubitum præfinivit: alii fœminæ ne se jungeret quisquam. Ac primum tenuis adhuc, & dum stipendia faceret, nulla in re quæ ad victum pertinebat, morosus erat, sed fœdissimum asserebat cum servis ventris causa rixari. Post rebus lautioribus, siquando epulas amicis & collegis præberet, illico sub cœnam loro castigabat eos qui quid ministrassent aut parassent negligentius. Dissidium perpetuo inter servos, & distractionem struebat; concordiam eorum suspectam habens & timens. Qui capitalem fraudem ad-

 misisse

θαί τι θανάτου δόξαντας, ἐδικαίου κριθέντας ἐν τοῖς οἰκέταις πᾶσιν ἀποθνήσκειν, εἰ καταγνωσθεῖεν. ἁπτόμενος δὲ συντονώτερον πορισμοῦ, τὴν μὲν γεωργίαν μᾶλλον ἡγεῖτο διαγωγὴν ἢ πρόσοδον· εἰς δ' ἀσφαλῆ πράγματα καὶ βέβαια κατατιθέμενος τὰς ἀφορμὰς, ἐκτᾶτο λίμνας, ὕδατα θερμὰ, τόπους κναφεῦσιν ἀνειμένους, ἐργατησίαν χώραν, ἔχουσαν αὐτοφυεῖς νομὰς καὶ ὕλας. ἀφ' ὧν αὐτῷ χρήματα προσῄει πολλὰ, μηδ' ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὥς φησιν αὐτὸς, βλαβῆναι δυναμένων. ἐχρήσατο δὲ καὶ τῷ διαβεβλημένῳ μάλιστα τῶν δανεισμῶν ἐπὶ ναυτικοῖς, τὸν τρόπον τοῦτον. ἐκέλευε τοὺς δανειζομένους, ἐπὶ κοινωνίᾳ πολλοὺς παρακαλεῖν. γινομένων δὲ πεντήκοντα, καὶ πλοίων τοσούτων, αὐτὸς εἶχε μίαν μερίδα διὰ Κουιντίωνος ἀπελευθέρου τοῖς δανειζομένοις συμπραγματευομένου καὶ συμπλέοντος. ἦν δ' οὖν οὐκ εἰς ἅπαν ὁ κίνδυνος, ἀλλ' εἰς μέρος μικρὸν, ἐπὶ κέρδεσι μεγάλοις. ἐδίδου δὲ καὶ τῶν οἰκετῶν τοῖς βουλομένοις ἀργύριον. οἱ δ' ἐωνοῦντο παῖδας, εἶτα τούτους ἀσκήσαντες καὶ διδάξαντες ἀναλώμασι τοῦ Κάτωνος, μετ' ἐνιαυτὸν ἀπεδίδοντο. πολλοὺς δὲ καὶ κατεῖχεν ὁ Κάτων, ὅσην ὁ πλεῖστον διδοὺς ἐωνεῖτο τιμὴν ὑπολογιζόμενος. προτρέπων δὲ τὸν υἱὸν ἐπὶ ταῦτα, φησὶν, οὐκ ἀνδρὸς ἀλλὰ χήρας γυναικὸς εἶναι, τὸ μειῶσαί τι τῶν ὑπαρχόντων. ἐκεῖνο δ' ἤδη σφοδρότερον τοῦ Κάτωνος, ὅτι θαυμαστὸν ἄνδρα καὶ θεῖον εἰπεῖν ἐτόλμησε πρὸς δόξαν, ὃς ἀπολείπει πλέον ἐν τοῖς λόγοις ὃ προσέθηκεν, οὗ παρέλαβεν.

Ἤδη δὲ αὐτοῦ γέροντος γεγονότος, πρέσβεις Ἀθήνηθεν ἦλθον εἰς Ῥώμην

misisse videbantur, de iis, si in judicio servorum capitis damnati fuissent, supplicium sumebat. Intentior ad quæstum, agriculturam in oblectamento potius numerabat quam in fructu. Emolumenta autem in rebus securis & certis collocans, lacus paravit, aquas calidas, loca fullonibus idonea, prædia quæ pascua haberent, & sylvas nativas. Unde magnum compendium faciebat, quibus nec Jupiter posset (ut ipse ait) nocere. Fœnore usus est maxime improbato nautico, ad hunc modum: Volebat ut illi quibus fœnerabatur pecuniam, multos adsciscerent socios. Quum quinquaginta essent & totidem navigia, unam partem habebat Quintione institore liberto: qui una cum illis qui mutuo acceperant pecuniam, negotiabatur & navigabat. Itaque non de toto periculum subibat, sed de exigua portione grandi lucro. Dabat mutuo etiam servis. Hi pueros mercabantur: quos quum exercuissent & docuissent Catonis impensa, anno post distrahebant. Multos etiam retinebat Cato, quanto maximo pretio licitatus alius fuerat, acceptum referens. Huc filium adhortans, negat viri sed mulieris esse viduæ, aliquid de suis fortunis diminuere. Illud vero fervidius est Catonis, quod insignem virum & divinum ad gloriam ausus est appellare eum, qui in rationibus plus relinquat quod adjecerit, quam quod acceperit.

Eo jam sene, legati Atheniensium Romam adventarunt,

μην οἱ περὶ Καρνεάδην τὸν Ἀκαδημαϊκὸν καὶ Διογένη τὸν Στωϊκὸν φιλόσοφον, καταδίκην τινὰ παραιτησόμενοι τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, ἣν ἐρήμην ὦφλον, Ὠρωπίων μὲν διωξάντων, Σικυωνίων δὲ καταψηφισαμένων, τίμημα πεντακοσίων ταλάντων ἔχουσαν. εὐθὺς οὖν οἱ φιλολογώτατοι τῶν νεανίσκων ἐπὶ τοὺς ἄνδρας ἵεντο, καὶ συνῆσαν ἀκροώμενοι καὶ θαυμάζοντες αὐτούς. μάλιστα δ' ἡ Καρνεάδου χάρις, ἧς δύναμίς τε πλείστη καὶ δόξα τῆς δυνάμεως οὐκ ἀποδέουσα, μεγάλων ἐπιλαβομένη καὶ φιλανθρώπων ἀκροατηρίων, ὡς πνεῦμα τὴν πόλιν ἠχῆς ἐνέπλησε· καὶ λόγος κατεῖχεν, ὡς ἀνὴρ Ἕλλην εἰς ἔκπληξιν ὑπερφυὴς, πάντα κηλῶν καὶ χειρούμενος, ἔρωτα δεινὸν ἐμβέβληκε τοῖς νέοις, ὑφ' οὗ τῶν ἄλλων ἡδονῶν καὶ διατριβῶν ἐκπεσόντες ἐνθουσιῶσι περὶ φιλοσοφίαν. ταῦτα τοῖς μὲν ἄλλοις ἤρεσε Ῥωμαίοις γιγνόμενα, καὶ τὰ μειράκια παιδείας Ἑλληνικῆς μεταλαμβάνοντα, καὶ συνόντα θαυμαζομένοις ἀνδράσιν ἡδέως ἑώρων. ὁ δὲ Κάτων ἐξ ἀρχῆς τε τοῦ ζήλου τῶν λόγων παραῤῥέοντος εἰς τὴν πόλιν ἤχθετο, φοβούμενος μὴ τὸ φιλότιμον ἐνταῦθα τρέψαντες οἱ νέοι, τὴν ἐπὶ τῷ λέγειν δόξαν ἀγαπήσωσι μᾶλλον τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων καὶ τῶν στρατειῶν. ἐπεὶ δὲ προὔβαινεν ἡ δόξα τῶν φιλοσόφων ἐν τῇ πόλει καὶ τοὺς πρώτους λόγους αὐτῶν ἀνὴρ εἰς τὴν σύγκλητον ἐπιφανὴς, σπουδάσας αὐτὸς καὶ δεηθεὶς ἡρμήνευσε, Γάϊος Ἀκίλιος, ἔγνω μετ' εὐπρεπείας ἀποδιοπομπήσασθαι τοὺς φιλοσόφους ἅπαντας ἐκ τῆς πόλεως. καὶ παρελθὼν εἰς τὴν σύγκλητον ἐμέμψατο τοῖς ἄρχουσιν, ὅτι πρεσβεία κάθηται πολὺν χρόνον ἄπρακτος ἀνδρῶν, οἳ περὶ παντὸς οὗ βούλοιντο ῥᾳδίως πείθειν δύνανται· δεῖν οὖν

τὴν

ventarunt, Carneades Academicus, & Diogenes Stoicus philoſophus, petitum ut judicio ſublevaretur populus Athenienſis, quo indicta cauſa condemnato, poſtulantibus Oropiis & Sicyoniis judicibus, lis æſtimata quingentis talentis fuerat. Hos illico ſtudioſiſſimi quique adoleſcentes adibant, frequenteſque audiebant & celebrabant. Carneadis lepos præcipue, cujus magna vis, & ea vi non inferius erat nomen, quum inſignes & benignos auditores attraxiſſet, inſtar venti urbem ſonitu complevit; vulgatumque fuit, virum Græcum ad miraculum uſque eximium, omnia delinientem & allicientem, mirum infudiſſe juventuti ardorem, per quem reliquarum voluptatum & oblectamentorum obliti, quaſi furore quodam accenſi raperentur ad philoſophiam. Quum ea res cæteris placeret Romanis, atque adoleſcentiam libenter viderent literis Græcis imbui & excellentibus viris uti, Cato a primo ubi influxit in urbem Græcarum diſciplinarum admiratio, ſtomachabatur: veritus ne juventus eo converteret ſtudium, atque eloquentiæ gloriam rebus gerendis & diſciplinæ militari anteferret. Ut vero in urbe nomen increvit horum philoſophorum, ac primas orationes eorum, clarus vir C. Aquilius, quum id officii ut præſtaret enixe poſtulaſſet ipſe, in ſenatu eſt interpretatus; cenſuit omnes philoſophos ab urbe honeſta ſpecie ablegandos: atque quum veniſſet in ſenatum, incuſavit magiſtratus quod legati, qui perſuadere facile quidvis valerent, diu illic ſine reſponſo ſederent. Quare primo

quo-

τὴν ταχίστην γνῶναί τε καὶ ψηφίσασθαι περὶ τῆς πρεσβείας, ὅπως οὗτοι μὲν ἐπὶ τὰς σχολὰς τραπόμενοι, διαλέγωνται παισὶν Ἑλλήνων, οἱ δὲ Ῥωμαίων νέοι τῶν νόμων καὶ τῶν ἀρχόντων, ὡς πρότερον, ἀκούωσι.

Ταῦτα δ' οὐχ, ὡς ἔνιοι νομίζουσι, Καρνεάδῃ δυσχεράνας ἔπραξεν, ἀλλ' ὅλως φιλοσοφίᾳ προσκεκρουκὼς, καὶ πᾶσαν Ἑλληνικὴν μοῦσαν καὶ παιδείαν ὑπὸ φιλοτιμίας προπηλακίζων· ὅς γε καὶ Σωκράτη φησὶ λάλον καὶ βίαιον γενόμενον ἐπιχειρεῖν, ᾧ τρόπῳ δυνατὸν ἦν, τυραννεῖν τῆς πατρίδος, καταλύοντα τὰ ἔθη, καὶ πρὸς ἐναντίας τοῖς νόμοις δόξας ἕλκοντα καὶ μεθιστάντα τοὺς πολίτας. τὴν δ' Ἰσοκράτους διατριβὴν ἐπισκώπτων, γηρᾶν φησὶ παρ' αὐτῷ τοὺς μαθητὰς, ὡς ἐν ᾅδου χρησομένους ταῖς τέχναις, καὶ δίκας ἐροῦντας. τὸν δὲ παῖδα διαβάλλων πρὸς τὰ Ἑλληνικὰ, φωνῇ κέχρηται θρασυτέρᾳ τοῦ γήρως, οἷον ἀποθεσπίζων καὶ προμαντεύων, ὡς ἀπολοῦσι Ῥωμαῖοι τὰ πράγματα, γραμμάτων Ἑλληνικῶν ἀναπλησθέντες. ἀλλὰ ταύτην μὲν αὐτοῦ τὴν δυσφημίαν ὁ χρόνος ἀποδείκνυσι κενὴν, ἐν ᾧ τοῖς τε πράγμασιν ἡ πόλις ἤρθη μεγίστη, καὶ πρὸς Ἑλληνικὰ μαθήματα καὶ παιδείαν ἅπασαν ἔσχεν οἰκείως. ὁ δ' οὐ μόνον ἀπηχθάνετο τοῖς φιλοσοφοῦσιν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰατρεύοντας ἐν Ῥώμῃ δι' ὑποψίας εἶχε. καὶ τὸν Ἱπποκράτους, ὡς ἔοικεν, ἀκηκοὼς λόγον, ὃν εἶπε τοῦ βασιλέως καλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ πολλοῖς τισι ταλάντοις, οὐκ ἄν ποτε βαρβάροις Ἑλλήνων πολεμίοις ἑαυτὸν παρασχεῖν, ἔλεγε κοινὸν ὅρκον εἶναι τοῦτον ἰατρῶν ἁπάντων, καὶ παρεκελεύετο φυλάττεσθαι τῷ παιδὶ πάντας· αὐτῷ δὲ γεγραμμένον ὑπόμνημα εἶναι, καὶ τοῖς

πρὸς

quoque tempore aliquid esse censuit de legatione statuendum & decernendum, quod hi ad ludos literarios regressi, apud Græcorum filios differerent, Romana autem pubes conferret se, ut ante, ad obtemperandum legibus & magistratibus.

Hoc ille, non quo offensus esset Carneadi (ut nonnulli arbitrantur) egit, sed quod philosophiam in totum, humanitatemque omnem Græcam & literaturam ex ambitione haberet ludibrio. Quippe qui Socratem quoque loquacem dicat & seditiosum fuisse, atque enisum quovis modo tyrannidem occupare, institutis eversis majorum, rapiendo cives & impellendo ad contrarias legibus opiniones. Isocratis scholam deridens, senescere apud eum ait auditores tanquam apud inferos artibus usuros & causas dicturos. Filium a literis Græcis revocans, voce usus est quam pro tanta ætate ferocior, velut vaticinans & præsagiens, infectos disciplinis Græcis amissuros imperium Romanos. Cæterum hoc illius vanum apparuit malum omen ipso tempore, quo ad rerum culmen urbs evasit, quum omni se Græciæ eruditioni & institutioni dedisset. Nec philosophis Græcis modo erat infestus, sed illos quoque qui medicinam Romæ exercebant, habebat suspectos: atque audito scilicet Hippocratis responso, quum rex eum mercede ostensa multorum talentorum acciret, nunquam daturum se operam hostibus Græcorum barbaris, commune hoc dicebat medicorum jusjurandum omnium, monebatque filium ut declinaret omnes. Sibi scriptum commentarium esse cujus præcep-

cep-

πρὸς τοῦτο θεραπεύειν καὶ διαιτᾶν τοὺς νοσοῦντας οἴκοι· νῆστιν μὲν οὐδέποτε διατηρῶν οὐδένα, τρέφων δὲ λαχάνοις, καὶ σαρκιδίοις νήσσης, ἢ φάσσης, ἢ λαγώ. καὶ γὰρ τοῦτο κοῦφον εἶναι καὶ πρόσφορον ἀσθενοῦσι, πλὴν ὅτι πολλὰ συμβαίνει τοῖς φαγοῦσιν ἐνυπνιάζεσθαι. τοιαύτῃ δὲ θεραπείᾳ καὶ διαίτῃ χρώμενος, ὑγιαίνειν μὲν αὐτός, ὑγιαίνοντας δὲ τοὺς ἑαυτοῦ διαφυλάττειν.

Καὶ περί γε τοῦτο φαίνεται γεγονὼς οὐκ ἀνεμέσητος. καὶ γὰρ τὴν γυναῖκα καὶ τὸν υἱὸν ἀπέβαλεν. αὐτὸς δὲ τῷ σώματι πρὸς εὐεξίαν καὶ ῥώμην ἀσφαλῶς πεπηγώς, ἐπὶ πλεῖστον ἀντεῖχεν, ὥστε γυναικὶ πρεσβύτης ὢν σφόδρα πλησιάζειν, καὶ γῆμαι γάμον οὐ καθ᾽ ἡλικίαν ἐκ τοιαύτης προφάσεως. ἀποβαλὼν τὴν γυναῖκα, τῷ μὲν υἱῷ Παύλου θυγατέρα, Σκιπίωνος δὲ ἀδελφὴν, ἠγάγετο πρὸς γάμον, αὐτὸς δὲ χηρεύων ἐχρῆτο παιδίσκῃ κρύφα φοιτώσῃ πρὸς αὐτόν. ἦν οὖν ἐν οἰκίᾳ μικρᾷ νύμφην ἐχούσῃ τοῦ πράγματος αἴσθησις· καί ποτε τοῦ γυναίου θρασύτερον παρασοβῆσαι παρὰ τὸ δωμάτιον δόξαντος, ὁ νεανίας εἶπε μὲν οὐδέν, ἐμβλέψας δὲ πικρότερον καὶ διατραπείς, οὐκ ἔλαθε τὸν πρεσβύτην. ὡς οὖν ἔγνω τὸ πρᾶγμα δυσχεραινόμενον ὑπ᾽ αὐτῶν, οὐδὲν ἐγκαλέσας οὐδὲ μεμψάμενος, ἀλλὰ καταβαίνων, ὥσπερ εἰώθει, μετὰ φίλων εἰς ἀγορὰν, Σαλώνιόν τινα τῶν ὑπογεγραμματευκότων αὐτῷ παρόντα καὶ συμπροπέμποντα μεγάλῃ φωνῇ προσαγορεύσας, ἠρώτησεν εἰ τὸ θυγάτριον συνήρμοσε νυμφίῳ. τοῦ δ᾽ ἀνθρώπου φήσαντος, ὡς οὐδὲ μέλλει, μὴ πρότερον ἐκείνῳ κοινωσάμενος, Καὶ μὴν ἐγώ σοι, φησὶν, εὕρηκα κηδε-

ceptis se familiam ægrotantem curare, & victus rationem præscribere: neminem unquam cibo abstinere, alere oleribus & carne anatis vel palumbi vel leporis: levem enim hanc esse & ægris convenientem, nisi quod illis qui ea manducaverunt, multa creet insomnia: hac se medicina & victu valetudinem suam tueri, suosque conservare firmos.

Cæterum in eo quidem haud videtur iram Deorum devitasse: nam uxorem & filium amisit. Ipse corporis salubri constitutione ac robusta firmiter compactus in longum duravit. Itaque fœminis grandævus percrebro jungebatur, duxitque juvenem uxorem præter ætatem suam, ex causa hujuscemodi: Defuncta uxore, filio despondit Pauli filiam, sororem Scipionis, ac cœlebs cum puella, quæ commeabat ad eum occulte, consuetudinem habebat. Verum ea res angustis in penatibus, ubi nurus erat, non manebat tecta. Ac quum mulierculam illam contemptim & audacius præter thalamum filii in cubiculum Catonis appareret irrumpere, adolescens verbum quidem nullum fecit, sed rubore perfusus, torve eam aspexit, quæ res non fuit clam sene. Ut ergo eos animadvertit offendi, nihil incusans aut questus, sed progrediens pro more suo cum amicis ad forum, Salonium quendam, qui scriba ejus fuerat, præsentem & ipsum prosequentem alta voce appellat, rogatque ecquid filiam elocasset. Quo negante id se nisi illo consulto facturum, Atqui ego (inquit) commodum generum tibi in-

κηδεστὴν ἐπιτήδειον, εἰ μὴ νὴ Δία τὰ τῆς ἡλικίας μὴ δυσχεραίνοιτο. τἄλλα γὰρ οὐ μεμπτός ἐστι, σφόδρα δὲ πρεσβύτης. ὡς οὖν ὁ Σαλώνιος ἐκέλευε ταῦτα φροντίζειν, καὶ διδόναι τὴν κόρην ᾧ προαιρεῖται, πελάτιν οὖσαν αὐτοῦ καὶ δεομένην τῆς ἐκείνου κηδεμονίας, οὐδεμίαν ὁ Κάτων ἀναβολὴν ποιησάμενος, αὐτὸς ἔφη τὴν παρθένον αἰτεῖν ἑαυτῷ. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ὡς εἰκὸς, ὁ λόγος ἐξέπληξε τὸν ἄνθρωπον, πόρρω μὲν γάμου τὸν Κάτωνα, πόρρω δ' αὐτὸν οἰκίας ὑπατικῆς καὶ θριαμβευτικῶν κηδευμάτων τιθέμενον· σπουδῇ δὲ χρώμενον ὁρῶν, ἀσμένως ἐδέξατο, καὶ καταβάντες εἰς ἀγορὰν, εὐθὺς ἐποιοῦντο τὴν ἐγγύην. πραττομένου δὲ τοῦ γάμου, παραλαβὼν τοὺς ἐπιτηδείους ὁ υἱὸς τοῦ Κάτωνος, ἠρώτησε τὸν πατέρα μή τι μεμφόμενος ἢ λελυπημένος ὑπ' αὐτοῦ, μητρυιὰν ὑπάγεται. ὁ δὲ Κάτων ἀναβοήσας, Εὐφήμησον, εἶπεν, ὦ παῖ. πάντα γὰρ ἀγαστά μοι τὰ παρὰ σοῦ, καὶ μεμπτὸν οὐδέν. ἐπιθυμῶ δὲ πλείονας ἐμαυτῷ τε παῖδας καὶ πολίτας τῇ πατρίδι τοιούτους ἀπολιπεῖν. ταύτην δὲ τὴν γνώμην πρότερον εἰπεῖν φασι Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναίων τύραννον, ἐπιγήμαντα τοῖς ἐνηλίκοις παισὶ τὴν Ἀργολίδα Τιμώνασσαν, ἐξ ἧς Ἰοφῶντα καὶ Θεσσαλὸν αὐτῷ λέγουσι γενέσθαι. γήμαντι δὲ τῷ Κάτωνι γίνεται παῖς, ᾧ παρωνύμιον ἀπὸ τῆς μητρὸς ἔθετο Σαλώνιον. ὁ δὲ πρεσβύτερος υἱὸς ἐτελεύτησε στρατηγῶν· καὶ μέμνηται μὲν αὐτοῦ πολλάκις ἐν τοῖς βιβλίοις ὁ Κάτων, ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γεγονότος. πράως δὲ καὶ φιλοσόφως λέγεται τὴν συμφορὰν ἐνεγκεῖν, καὶ μηδὲν ἀμβλύτερος δι' αὐτὴν εἰς τὰ πολιτικὰ γενέσθαι. οὐ γὰρ, ὡς Λεύκιος Λούκουλλος ὕστερον, καὶ Μέτελλος ὁ Πῖος, ἐξέ-

καμεν

inveni: nisi hercle displiceat ætas. Nam cætera non est contemnendus, verum gravis annis. Quem quum eam curam ut susciperet, rogaret Salonius, & quem delegisset, ei daret filiam suam nuptui, quæ ipsius cliens esset, ejusque indigeret solicitudine: nulla Cato interposita mora sibi ipsi aperit puellam petere. Hic primum haud immerito attonitus fuit eo sermone homo, remotum a nuptiis Catonem, remotum autem a domo se consulari & triumphali existimans affinitate: verum ubi serio agentem vidit, accepit conditionem libens. Ita descenderunt in forum, atque sponsalia extemplo fecere. Dum hæ nuptiæ in manibus sunt, Catonis filius adhibitis necessariis requisivit de patre, quo suo peccato vel offenso novercam sibi superduceret: cui Cato exclamans, Bona verba, (inquit) fili, Omnia facta tua grata mihi sunt, neque quod querar, quicquam habeo: sed plures cupio mihi filios & cives patriæ relinquere tui similes. Hanc sententiam ferunt prius Pisistratum usurpasse Atheniensium tyrannum, quum adultis filiis secundam uxorem duxisset Argolicam Timonassam: ex qua Iophontem & Thessalum fama est genitos fuisse. Ex iis nuptiis natus Catoni est filius, cui a matre agnomen Salonium reddidit. Major filius in prætura decessit: cujus crebram Cato in libris suis, ut egregii viri, facit mentionem. Moderate autem & sapienter dicitur eam calamitatem tulisse, nec ideo redditum in republica segniorem. Neque enim, ut Lucullus postmodum & Metellus Pius, elanguit

senio

καμένον ὑπὸ γήρως πρὸς τὰ δημόσια, λειτουργίαν τὴν πολιτείαν ἡγούμενος, οὐδ' ὡς πρότερον Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς, διὰ τὸν ἀντικρούσαντα πρὸς τὴν δόξαν αὐτοῦ φθόνον, ἀποστραφεὶς τὸν δῆμον, ἐκ μεταβολῆς ἐποιήσατο τοῦ λοιποῦ βίου τέλος ἀπραγμοσύνην· ἀλλ' ὥσπερ Διονύσιόν τις ἔπεισε κάλλιστον ἐντάφιον ἡγεῖσθαι τὴν τυραννίδα, κάλλιστον αὐτὸς ἐγγήραμα τὴν πολιτείαν ποιησάμενος, ἀναπαύσεσιν ἐχρῆτο καὶ παιδιαῖς, ὁπότε σχολάζοι, τῷ συντάττεσθαι βιβλία καὶ τῷ γεωργεῖν.

Συνετάττετο μὲν οὖν λόγους τε παντοδαποὺς καὶ ἱστορίας. γεωργίᾳ δὲ προσεῖχεν, νέος μὲν ὢν ἔτι, καὶ διὰ τὴν χρείαν. φησὶ γὰρ δυσὶ κεχρῆσθαι μόνοις πορισμοῖς, γεωργίᾳ καὶ φειδοῖ. τότε δὲ διαγωγὴν καὶ θεωρίαν αὐτῷ τὰ γιγνόμενα κατ' ἀγρὸν παρεῖχε. καὶ συντέτακταί γε βιβλίον γεωργικὸν, ἐν ᾧ καὶ περὶ πλακούντων σκευασίας, καὶ τηρήσεως ὀπώρας γέγραφεν, ἐν παντὶ φιλοτιμούμενος περιττὸς εἶναι καὶ ἴδιος. ἦν δὲ καὶ τὸ δεῖπνον ἐν ἀγρῷ δαψιλέστερον· ἐκάλει γὰρ ἑκάστοτε τῶν ἀγρογειτόνων καὶ περιχώρων τοὺς συνήθεις, καὶ συνδιῆγεν ἱλαρῶς, οὐ τοῖς καθ' ἡλικίαν μόνοις ἡδὺς ὢν συγγενέσθαι καὶ ποθεινὸς, ἀλλὰ καὶ τοῖς νέοις, ἅτε δὴ πολλῶν μὲν ἔμπειρος πραγμάτων γεγονὼς, πολλοῖς δὲ πράγμασι καὶ λόγοις ἀξίοις ἀκοῆς συντετυχηκώς. τὴν δὲ τράπεζαν ἐν τοῖς μάλιστα φιλοποιὸν ἡγεῖτο, καὶ πολλὴ μὲν εὐφημία τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν πολιτῶν ἐπεισήγετο, πολλὴ δ' ἦν ἀμνηστία τῶν ἀχρήστων καὶ πονηρῶν, μήτε ψόγῳ μήτ' ἐπαίνῳ πάροδον ὑπὲρ αὐτῶν τοῦ Κάτωνος εἰς τὸ συμπόσιον διδόντος. Ἐσχα-

ſenio ad rempublicam gerendam, munus adhuc ſuum ducens reipublicæ adminiſtrationem; neque ut ante Scipio Africanus ob incurrentem in gloriam ſuam invidiam, averſus a populo immutavit ſe atque vitæ reliquæ finem in otio poſuit: ſed ſicut Dionyſio quidam ſuaſit, ut pro pulcherrimis exequiis tyrannidem haberet, pulcherrimam ſenectutis traductionem publica negotia ducens, remiſſionibus & oblectationibus per otium utebatur, libros componendo & rus colendo.

Ac varia quidem ſcripta hiſtoriaſque commentatus eſt. Agriculturæ operam dedit, in juventute etiam, propter emolumentum. Nam duobus generibus duntaxat quæſtus ait ſe uſum, agricultura & parſimonia. Tunc opera ruſtica præbebant ei oblectationem & contemplationem. Scripſit quoque de re ruſtica librum, in quo etiam de placentis apparandis, & de condendis pomis ſcripſit; omni in re ut excelleret & ſingularis eſſet, elaborans. Cœna quoque erat ruri liberalior: invitabat enim aſſidue villis ſuis vicinos & finitimos, quibuſcum ei familiaritas intercederet. Cum his vivebat hilariter, eratque jucunda conſuetudo ejus & accepta, non æqualibus modo, ſed juvenibus etiam. Nempe multarum rerum peritus erat, multiſque rebus & ſermonibus memoratu dignis interfuerat. Menſam imprimis putabat eſſe amicitiæ conciliandæ aptam, ac frequens illic laudatio egregiorum virorum introducebatur, frequens etiam malorum & improborum oblivio: nec vituperationi eorum vel commendationi permittebat in convivium ſuum Cato acceſſum.

Ἔσχατον δὲ τῶν πολιτευμάτων αὐτοῦ τὴν Καρχηδόνος ἀνάστασιν οἴονται γεγονέναι, τῷ μὲν ἔργῳ τέλος ἐπιθέντος τοῦ νέου Σκιπίωνος, βουλῇ δὲ καὶ γνώμῃ μάλιστα τοῦ Κάτωνος ἀραμένων τὸν πόλεμον, ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Κάτων ἐπέμφθη πρὸς Καρχηδονίους καὶ Μασσανάσσην τὸν Νομάδα, πολεμοῦντας ἀλλήλοις, ἐπισκεψόμενος τὰς τῆς διαφορᾶς προφάσεις. ὁ μὲν γὰρ ἦν τοῦ δήμου φίλος ἀπ' ἀρχῆς, οἱ δ' ἐγεγόνεισαν ἔνσπονδοι μετὰ τὴν ὑπὸ Σκιπίωνος ἧτταν, ἀφαιρέσει τε τῆς ἀρχῆς καὶ βαρεῖ δασμῷ χρημάτων κολουσθέντες. εὑρὼν δὲ τὴν πόλιν, οὐχ ὡς ᾤοντο Ῥωμαῖοι κεκακωμένην καὶ ταπεινὰ πράττουσαν, ἀλλὰ πολλῇ μὲν εὐανδροῦσαν ἡλικίᾳ, μεγάλων δὲ πλούτων γέμουσαν, ὅπλων δὲ παντοδαπῶν καὶ παρασκευῆς πολεμιστηρίου μεστήν, καὶ μικρὸν οὐδὲν ἐπὶ τούτοις φρονοῦσαν, οὐ τὰ Νομάδων ᾤετο καὶ Μασσανάσσου πράγματα Ῥωμαίους ὥραν ἔχειν τίθεσθαι, καὶ διαιτᾶν, ἀλλ' εἰ μὴ καταλήψονται πόλιν, ἄνωθεν ἐχθρὰν καὶ βαρύθυμον, ηὐξημένην ἀπίστως, πάλιν ἐν τοῖς ἴσοις κινδύνοις ἔσεσθαι. ταχέως οὖν ὑποστρέψας, ἐδίδασκε τὴν βουλὴν ὡς αἱ πρότερον ἧτται καὶ συμφοραὶ Καρχηδονίων, οὐ τοσοῦτον τῆς δυνάμεως ὅσον τῆς ἀνοίας ἀπαρύσασαι, κινδυνεύουσιν αὐτοὺς οὐκ ἀσθενεστέρους, ἐμπειροτέρους δὲ πολέμων ἀπεργάσασθαι· ἤδη δὲ καὶ προσανακινεῖσθαι τοῖς Νομαδικοῖς τοὺς πρὸς Ῥωμαίους ἀγῶνας· εἰρήνην δὲ καὶ σπονδάς, ὄνομα τοῦ πολέμου τῇ μελλήσει κεῖσθαι, καιρὸν περιμένοντας.

Πρὸς τούτοις φασὶ τὸν Κάτωνα καὶ σῦκα τῶν Λιβυκῶν ἐπίτηδες ἐκβαλεῖν ἐν τῇ βουλῇ, τὴν τήβεννον ἀναβαλλόμενον· εἶτα θαυμασάντων τὸ μέγεθος καὶ

Ex publicis actionibus ejus arbitrantur novissimam Carthaginis excidium fuisse, cui finem facto imposuit Africanus minor; consilio & sententia præcipue Cato. Bellum fuit ex hujuscemodi conflatum causa. Cato Carthaginem & ad Massanissam Numidiæ regem, qui bellum inter se gerebant, ad inspiciendas dissidii causas fuit missus. Fuerat hic a primo amicus populi Romani: illi a Scipione bello victi, pacem a populo Romano acceperant, imperiique ademptione & gravi vectigali fuerant refrænati. Qui quum eam civitatem, non, pro populi Romani opinione, offendisset afflictam vel infractam, verum magna juventutis sobole florentem, magna affluentem opulentia, omni genere armorum & apparatu bellico refertam, quæ res Pœnis non mediocres spiritus darent; tempus existimabat esse, non ut res Numidiæ & Massanissæ componerent & disceptarent Romani, sed nisi civitatem oppressissent antiquitus inimicam & exacerbatam, quæ supra quam credi posset invaluerat, paria pericula ipsos iterum incursuros. Igitur propere reversus docuit senatum, non tantum superiores clades & vulnera Carthaginensibus virium, quantum imprudentiæ detraxisse: ac prope esse ut non infirmiores eos, sed expertiores ad bellum faciendum reddiderint. Nunc vero etiam præludia belli Romani agitare bellum Numidicum: pacem & fœdus prætexere belli moræ, dum opportunitatem expectant.

Ad hæc fertur Cato ficos Africanos togam excutiendo in curia consulto effudisse, quorum quum admirarentur magnitudinem &

καὶ τὸ κάλλος, εἰπεῖν ὡς ἡ ταῦτα φέρουσα χώρα τριῶν ἡμερῶν πλοῦν ἀπέχει τῆς Ῥώμης. ἐκεῖνο δ᾽ ἤδη καὶ βιαιότερον, τὸ περὶ παντὸς οὗ δήποτε πράγματος γνώμην ἀποφαινόμενον, προσεπιφωνεῖν οὕτως, Δοκεῖ δέ μοι καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι. τοὐναντίον δὲ Πόπλιος Σκιπίων, ὁ Νασικᾶς ἐπικαλούμενος, ἀεὶ διετέλει λέγων καὶ ἀποφαινόμενος, Δοκεῖ μοι Καρχηδόνα εἶναι. πολλὰ γὰρ, ὡς ἔοικεν, ὕβρει τὸν δῆμον ὁρῶν ἤδη πλημμελοῦντα, καὶ δι᾽ εὐτυχίαν καὶ φρόνημα τῇ βουλῇ δυσκάθεκτον ὄντα, καὶ τὴν πόλιν ὅλην ὑπὸ δυνάμεως ὅπῃ ῥέψει ταῖς ὁρμαῖς βίᾳ συνεφελκόμενον, ἐβούλετο τοῦτον γοῦν τὸν φόβον ὥσπερ χαλινὸν ἐπικεῖσθαι σωφρονιστῆρα τῇ θρασύτητι τῶν πολλῶν, ἔλαττον μὲν ἡγούμενος ἰσχύειν Καρχηδονίους τοῦ περιγενέσθαι Ῥωμαίων, μεῖζον δὲ τοῦ καταφρονεῖσθαι. τῷ δὲ Κάτωνι τοῦτ᾽ αὐτὸ δεινὸν ἐφαίνετο, βακχεύοντι τῷ δήμῳ καὶ σφαλλομένῳ τὰ πολλὰ δι᾽ ἐξουσίαν, πόλιν ἀεὶ μεγάλην, νυνὶ δὲ καὶ νήφουσαν, ὑπὸ συμφορῶν κεκολασμένην, ἐπικρέμασθαι, καὶ μὴ παντάπασι τοὺς ἔξωθεν ἀνελεῖν τῆς ἡγεμονίας φόβους, ἀναφορὰς αὐτοῖς πρὸς τὰς οἴκοθεν ἁμαρτίας ἀπολιπόντας. οὕτω μὲν ἐξεργάσασθαι λέγεται τὸν τρίτον καὶ τελευταῖον ὁ Κάτων ἐπὶ Καρχηδονίους πόλεμον. ἀρξαμένων δὲ πολεμεῖν ἐτελεύτησεν, ἀποθεσπίσας περὶ τοῦ μέλλοντος ἐπιθήσειν τῷ πολέμῳ τέλος ἀνδρός· ὃς ἦν τότε μὲν νεανίας, χιλίαρχος δὲ στρατευόμενος, ἀπεδείκνυτο καὶ γνώμης ἔργα καὶ τόλμης πρὸς τοὺς ἀγῶνας. ἀπαγγελλομένων δὲ τούτων εἰς Ῥώμην, πυνθανόμενον τὸν Κάτωνα φασὶν εἰπεῖν,

Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

ταύ-

& speciem, dixisse eum, quæ hos ferat tellus, tridui navigatione a Roma distare. Illud vero jam violentius, quod quacunque de re diceret sententiam, semper hoc addiderit: Hoc censeo, & Carthaginem delendam. Contra P. Scipio Nasica dictus, perpetuo pro sententia dicebat, Censeo Carthaginem relinquendam. Multa enim (meo judicio) quum populum procacitate videret admittentem, & ob secundum rerum cursum atque ferociam senatui minus dicto audientem, totamque rempublicam ob nimiam potentiam, quo nutu vergeret, secum vi trahentem, volebat hunc certe timorem pro fræno moderatorem contumaciæ injectum multitudinis: minus censens pollere Carthaginenses, quam ut superare possent Romanos, & plus quam ut contemnerentur. Id ipsum vero Catoni anceps visum, lascivienti populo, & crebro ex licentia offendenti, urbem antiquitus quidem magnam, tum vero etiam quod fracta esset ærumnis, sobriam imminere: quin potius metus externos imperii esse semel exscindendos, ut ita opportunius intestinis malis medendis vacarent. Ita suscitasse Cato dicitur tertium & supremum bellum Punicum. Affecto bello excessit vita, vaticinatus de viro qui finem impositurus bello esset. Hic tum quidem juvenis erat, sed tribunus militum, specimen in conflictibus prudentiæ & animi præbebat. Id Romam nuntiatum, quum pervenisset ad aures Catonis, dixisse eum perhibent,


Huic modo cor soli est, reliqui velut umbra feruntur.

ταύτην μὲν οὖν τὴν ἀπόφασιν ταχὺ δι' ἔργων ἐβεβαίωσεν ὁ Σκιπίων. ὁ δὲ Κάτων ἀπέλιπε γενεὰν, ἕνα μὲν υἱὸν ἐκ τῆς ἐπιγαμηθείσης, ᾧ παρώνυμον ἔφαμεν γενέσθαι Σαλώνιον, ἕνα δὲ υἱωνὸν ἐκ τοῦ τελευτήσαντος υἱοῦ. καὶ Σαλώνιος μὲν ἐτελεύτησε στρατηγῶν, ὁ δ' ἐξ αὐτοῦ γενόμενος Μάρκος ὑπάτευσεν. ἦν δὲ πάππος οὗτος τοῦ φιλοσόφου Κάτωνος, ἀνδρὸς ἀρετῇ καὶ δόξῃ τῶν κατ' αὐτὸν ἐπιφανεστάτου γενομένου.

Hanc prædictionem brevi Scipio re confirmavit. Progeniem Cato reliquit unum filium ex secunda uxore, cui cognomen factum Salonio diximus: unum etiam ex defuncto filio nepotem. Salonius in prætura decessit: cujus filius Marcus consul fuit, avus Catonis philosophi, viri virtute & laude sua ætate clarissimi.



Γεγραμ-



Γεγραμμένων δὲ καὶ περὶ τούτων τῶν ἀξίων μνήμης, ὅλος ὁ τούτου βίος ὅλῳ τῷ θατέρου παρατεθεὶς, οὐκ εὐθεώρητον ἔχει τὴν διαφορὰν, ἐναφανιζομένην πολλαῖς καὶ μεγάλαις ὁμοιότησιν. εἰ δὲ δεῖ κατὰ μέρος τῇ συγκρίσει διαλαβεῖν, ὥσπερ ἔπος, ἢ γραφὴν, ἑκάτερον, τὸ μὲν ἐξ οὐχ ὑπαρχούσης ἀφορμῆς εἰς πολιτείαν καὶ δόξαν ἀρετῇ καὶ δυνάμει προελθεῖν, ἀμφοτέροις κοινόν ἐστι. φαίνεται δ' ὁ μὲν Ἀριστείδης, οὔπω τότε μεγάλων οὐσῶν τῶν Ἀθηνῶν, καὶ ταῖς οὐσίαις ἔτι συμμέτροις καὶ ὁμαλοῖς ἐπιβαλὼν δημαγωγοῖς καὶ στρατηγοῖς, ἐπιφανὴς γενέσθαι. τὸ γὰρ μέγιστον ἦν τίμημα τότε τῶν πεντακοσίων μεδίμνων, τὸ δὲ δεύτερον, ἱππεῖς, τριακοσίων· ἔσχατον δὲ καὶ τρίτον, οἱ ζευγῖται, διακοσίων. ὁ δὲ Κάτων ἐκ πολίχνης τε μικρᾶς καὶ διαίτης ἀγροίκου δοκούσης φέρων ἀφῆκεν ἑαυτὸν ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς, τὴν ἐν Ῥώμῃ πολιτείαν, οὐκέτι Κουρίων καὶ Φαβρικίων καὶ Ὀστιλίων ἔργον οὖσαν ἡγεμόνων, οὐδ' ἀπ' ἀρότρου καὶ σκαφίου πένητας καὶ αὐτουργοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὸ βῆμα προσιεμένην ἄρχοντας καὶ δημαγωγοὺς, ἀλλὰ πρὸς γένη μεγάλα καὶ πλούτους, καὶ νομὰς καὶ σπουδαρχίας ἀποβλέπειν εἰθισμένην, καὶ δι' ὄγκον ἤδη

καὶ

EXPOSITIS horum rebus memoratu dignis, tota hujus vita toti opposita alterius, non lucidum habet discrimen, sed multis & magnis id offuscatur similitudinibus. Quod si membratim collatione tractandus uterque est, ut poema vel tabula picta, hoc quidem est commune ambobus, quod nullo subsidio aspiraverunt ad rempublicam & honorem, nisi virtute & fortitudine. Videtur autem Aristides nondum pollente populo Atheniense, & quum opibus essent concionatores & duces adhuc moderatis & paribus, exortus eluxisse. Nam maximus id temporis erat census quingentum medimnum, secundus equestris tricenum, ultimus & tertius Zeugitæ ducenum. Cato vero ex oppidulo exiguo, & vita quæ rusticana videbatur, in rempublicam Romanam sese sicut in vastum pelagus præcipitavit: remotam jam a Curiis, Fabriciis, & Hostiliis rectoribus, neque ab aratro & bipalio pauperes & operarios ad rostra admittentem magistratus & concionatores: sed claritatem familiarum, & divitias & largitiones & prensationes assuefactam respicere, ob magnitudinemque & po-

tentiam

καὶ δύναμιν, ἐντρυφῶσαν τοῖς ἄρχειν ἀξιοῦσιν. οὐκ ἦν δ' ὅμοιον ἀντιπάλῳ χρῆσθαι Θεμιστοκλεῖ, μήτ' ἀπὸ γένους λαμπροῦ, καὶ κεκτημένῳ μέτρια· (πέντε γὰρ ἢ τριῶν ταλάντων οὐσίαν αὐτῷ γενέσθαι λέγουσιν, ὅτε πρῶτον ἥπτετο τῆς πολιτείας·) καὶ πρὸς Σκιπίωνας Ἀφρικανοὺς, καὶ Σερουϊλίους Γάλβας, καὶ Κοϊντίους Φλαμινίους ἁμιλλᾶσθαι περὶ πρωτείων, μηδὲν ὁρμητήριον ἔχοντα πλὴν φωνὴν παῤῥησιαζομένην ὑπὲρ τῶν δικαίων.

Ἔτι δ' Ἀριστείδης μὲν ἐν Μαραθῶνι, καὶ πάλιν ἐν Πλαταιαῖς, δέκατος ἦν στρατηγός· Κάτων δὲ, δεύτερος μὲν ὕπατος ᾑρέθη, πολλῶν ἀντιμετιόντων, δεύτερος δὲ τιμητὴς, ἑπτὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους καὶ πρώτους ἁμιλλωμένους ὑπερβαλλόμενος. καὶ μὴν Ἀριστείδης μὲν ἐν οὐδενὶ τῶν κατορθωμάτων γέγονε πρῶτος, ἀλλὰ Μιλτιάδης ἔχει τοῦ Μαραθῶνος τὸ πρωτεῖον, Θεμιστοκλῆς δὲ, τῆς Σαλαμῖνος· ἐν δὲ Πλαταιαῖς φησὶν Ἡρόδοτος ἀνελέσθαι καλλίστην νίκην Παυσανίαν. Ἀριστείδῃ δὲ καὶ τῶν δευτερείων ἀμφισβητοῦσι Σωφάναι καὶ Ἀμεινίαι καὶ Καλλίμαχοι καὶ Κυναίγειροι, διαπρεπῶς ἀριστεύσαντες ἐν ἐκείνοις τοῖς ἀγῶσι. Κάτων δ' οὐ μόνον αὐτὸς ὑπατεύων ἐπρώτευσε καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ κατὰ τὸν Ἰβηρικὸν πόλεμον, ἀλλὰ καὶ χιλιαρχῶν περὶ Θερμοπύλας, ὑπατεύοντος ἑτέρου, τὴν δόξαν ἔσχε τῆς νίκης, μεγάλας ἐπ' Ἀντίοχον Ῥωμαίοις ἀναπετάσας κλεισιάδας, καὶ πρόσω μόνον ὁρῶντι τῷ βασιλεῖ περιστήσας κατὰ νώτου τὸν πόλεμον. ἐκείνη γὰρ ἡ νίκη, περιφανῶς ἔργον οὖσα Κάτωνος, ἐξήλασε τῆς Ἑλλάδος τὴν Ἀσίαν, καὶ παρέσχεν ἐπιβατὴν αὖθις Σκιπίωνι. πολεμοῦντες μὲν οὖν ἀήττητοι γεγόνασιν ἀμφότεροι, περὶ

tentiam ſuam honores petentibus inſultantem. Neque vero par erat adverſarium habere Themiſtoclem, neque natalibus clarum & modicis fortunis, (nam quinque aut trium talentorum facultates ferunt ei fuiſſe quum rempub. acceſſit) ac cum Scipionibus Africanis, Serviliis Galbis, Quintiis Flaminiis luctari de primatu, nullo adjumento præterquam lingua pro jure libera ſuccinctum.

Præterea ad Marathonem Ariſtides, & iterum ad Platæas decimus dux fuit: Cato ſecundus conſul multis eſt competitoribus renuntiatus, ſecundus item cenſor candidatis prælatus ſeptem nobiliſſimis viris & primariis. Jam in nulla victoria fuit princeps Ariſtides: ſed fert Marathoniæ Miltiades primas, Themiſtocles Salaminiæ: Platæenſem Herodotus eſt autor pulcherrimam victoriam attuliſſe Pauſaniam. Cum Ariſtide etiam de ſecunda palma, Sophanes & Aminiæ, & Callimachi & Cynægiri ambigunt, qui fortiſſime ſe illis in prœliis geſſere: Cato non tantum in conſulatu ſuo principatum manu & conſilio obtinuit bello Hiſpanienſi, ſed & tribunus militum ad Thermopylas auſpiciis alienis gloriam tulit victoriæ: quod magnam feneſtram in Antiochum Romanis aperuiſſet, & a fronte ſolum proſpicienti intorſiſſet regi a tergo bellum. Nempe illa victoria, quæ plane Catonis fuit opus, exegit Græcia Aſiam, eamque ſtratam inde præbuit L. Scipioni. Atque bello quidem invictus uterque fuit, domi

περὶ δὲ τὴν πολιτείαν Ἀριστείδης μὲν ἔπταισεν, ἐξοστρακισθεὶς καὶ καταστασιασθεὶς ὑπὸ Θεμιστοκλέους· Κάτων δ', οἵπερ ἦσαν ἐν Ῥώμῃ δυνατώτατοι καὶ μέγιστοι, πᾶσιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀντιπάλοις χρώμενος, καὶ μέχρι γήρως, ὥσπερ ἀθλητὴς, ἀγωνιζόμενος, ἀπλῶτα διετήρησεν ἑαυτόν. πλείστας δὲ καὶ φυγὼν δημοσίας δίκας, καὶ διώξας, πολλὰς μὲν εἷλε, πάσας δ' ἀπέφυγε, πρόβλημα τοῦ βίου, καὶ δραστήριον ὄργανον ἔχων τὸν λόγον· ᾧ δικαιότερον ἄν τις, ἢ τύχῃ καὶ δαίμονι τοῦ ἀνδρὸς, τὸ μηδὲν παθεῖν παρ' ἀξίαν ἀνατιθείη. μέγα γὰρ καὶ Ἀριστοτέλει τῷ φιλοσόφῳ τοῦτο προσεμαρτύρησεν Ἀντίπατρος, γράφων περὶ αὐτοῦ μετὰ τὴν τελευτὴν, ὅτι πρὸς τοῖς ἄλλοις ὁ ἀνὴρ καὶ τὸ πιθανὸν εἶχεν.

Ὅτι μὲν δὴ τῆς πολιτικῆς ἀνθρώπου ἀρετῆς οὐ κτᾶται τελειοτέραν, ὁμολογούμενόν ἐστι· ταύτης δέ που μόριον οἱ πλεῖστοι τὴν οἰκονομικὴν οὐ μικρὸν τίθενται. καὶ γὰρ ἡ πόλις, οἴκων τι σύστημα καὶ κεφάλαιον οὖσα, ῥώννυται πρὸς τὰ δημόσια, τοῖς ἰδίοις βίοις τῶν πολιτῶν εὐθενούντων. ὅπου καὶ Λυκοῦργος ἐξοικίσας μὲν ἀργύριον, ἐξοικίσας δὲ χρυσὸν τῆς Σπάρτης, νόμισμα δὲ διεφθαρμένου πυρὶ σιδήρου θέμενος αὐτοῖς, οἰκονομίας οὐκ ἀπήλλαξε τοὺς πολίτας, ἀλλὰ τὰ τρυφῶντα καὶ ὕπουλα καὶ φλεγμαίνοντα τοῦ πλούτου περιελὼν, ὅπως εὐπορήσωσι τῶν ἀναγκαίων καὶ χρησίμων ἅπαντες, ὡς ἄλλος οὐδεὶς νομοθέτης προὐνόησε, τὸν ἄπορον καὶ ἀνέστιον καὶ πένητα σύνοικον ἐπὶ κοινωνίᾳ πολιτείας, μᾶλλον τοῦ πλουσίου καὶ ὑπερόγκου φοβηθείς. φαίνεται τοίνυν ὁ μὲν Κάτων οὐδέν τι φαυλότερος οἴκου προστάτης ἢ πόλεως γενόμενος. καὶ γὰρ αὐ-

τὸς

domi vero impegit Aristides, in exilium ejectus, & factione Themistoclis oppressus: Cato quum omnes pene civitatis Romanæ potentissimos & primos haberet adversarios, & ad senectutem usque instar athletæ cum iis decertaret, conservavit se incolumem. Plurimis vero publicis judiciis hinc reus, hinc accusator, multos damnavit, & omnibus liberatus fuit: propugnaculo vitæ & strenuo instructus organo eloquentia, cui verius quam casui vel fortunæ ejus, quod illæsa permanserit dignitate, acceptum referas. Nam insignem hanc Aristoteli quoque philosopho tribuit Antipater laudem, scribens de eo jam defuncto, inter cæteras virtutes etiam facultate præditum eum fuisse flectendi quo vellet animos.

Porro politica virtute habere hominem nullam excellentiorem est indubitatum: cujus certe partem plerique œconomicam censent non minimam. Civitas enim, quæ domiciliorum est collectio & tanquam summa, ex privatorum opulentia res publica vires & robur acquirit. Quando etiam Lycurgus, qui exterminato ex Sparta auro, exterminato argento, ex corrupto igni nummos ferro civibus sanxit, non solvit eos œconomia, verum præciso luxu, putrida sanie & tumore divitiarum, ut rerum copia necessariarum & utilium omnibus suppeditaret, supra omnes alios legislatores providit: inopem, nudum, pauperem civem in reipublicæ communione, præ divite & circumfluente opibus formidans. Cato autem non deterior videtur domus rector quam civitatis fuisse. Etenim & am-

plificavit

τὸς ηὔξησε τὸν αὐτῦ βίον, καὶ κατέςη διδάσκαλ☉ οἰκονομίας καὶ γεωργίας ἑτέροις, πολλὰ καὶ χρήσιμα περὶ τύτων συλλεξάμϑρ☉. Ἀριςείδης δὲ τῇ πενίᾳ καὶ τὴν δικαιοσύνην συνδιέβαλεν, ὡς οἰκοφθόρον καὶ πλωχοποιόν, καὶ πᾶσι μᾶλλον ἢ τοῖς κεκτημϑρόις ὠφέλιμον. καίτοι πολλὰ μϑρ Ἡσίοδ☉ πρὸς δικαιοσύνην ἅμα καὶ οἰκονομίαν παρακαλῶν ἡμᾶς εἴρηκεν, καὶ τὴν ἀργίαν ὡς ἀδικίας ἀρχὴν λελοιδόρηκεν. εὖ δὲ καὶ Ὁμήρῳ πεποίηται,

——— ἔργον δέ μοι ὐ φίλον ἦεν,
Οὐδ' οἰκωφελίη, ἥ τε τρέφει ἀγλαὰ τέκνα·
Ἀλλά μοι αἰεὶ νῆες ἐπήρετμοι φίλαι ἦσαν,
Καὶ πόλεμοι, καὶ ἄκοντες ἐΰξεστοι, καὶ ὀϊςοί·

ὡς τὺς αὐτὺς ἀμελῦντας οἰκίας, καὶ ποριζομϑρύς ἐξ ἀδικίας. ὐ γὰρ ὡς τὸ ἔλαιον οἱ ἰατροί φασι τῦ σώματ☉ εἶναι τοῖς μϑρ ἐκτὸς ὠφελιμώτατον, τοῖς δ' ἐντὸς βλαβερώτατον, ὕτως ὁ δίκαι☉ ἑτέροις μϑρ ἐςι χρήσιμ☉, αὐτῦ δὲ καὶ τῶν ἰδίων ἀκηδής. ἀλλ' ἔοικε ταύτῃ πεπηρῶσθαι τῷ Ἀριςείδῃ τὸ πολιτικόν, εἴπερ, ὡς οἱ πλεῖςοι λέγυσιν, ὐδὲ προῖκα τοῖς θυγατρίοις, ὐδὲ ταφὴν αὐτῷ καταλιπέσθαι πρϋνόησεν. ὅθεν ὁ μϑρ Κάτων☉ οἶκ☉, ἄχρι γένυς τετάρτυ, ςρατηγὺς καὶ ὑπάτυς τῇ Ῥώμῃ παρεῖχε· καὶ γὰρ υἱωνοὶ καὶ τύτων ἔτι παῖδες ἦρξαν ἀρχὰς τὰς μεγίςας. τῦ δ' Ἀριςείδυ τῦ πρωτεύσαντ☉ Ἑλλήνων γενεᾶς ἡ πολλὴ καὶ ἄπορ☉ πενία, τὺς μϑρ εἰς ἀγυρτικὺς κατέβαλε πίνακας, τὺς δὲ δημοσίῳ τὰς χεῖρας ἐράνῳ δι' ἔνδειαν ὑπέχειν ἠνάγ-

plificavit facultates suas, & præceptor extitit aliis œconomiæ & agriculturæ, multaque de his & frugifera in scriptis suis collegit. Aristides vero paupertate sua etiam falso crimini subjecit, velut domus pestem & calamitatem, justitiam, omnibusque potius quam illis qui ea sunt præditi fructuosam. Atqui multa Hesiodus ad justitiam simul & rem familiarem curandam, quo nos excitaret adduxit, ignaviamque ut injustitiæ est fontem insectatus. Præclare quoque Homerus cecinit,

—— nec erat mihi cura laboris
Tollendis natis, non sollicitudo peculi:
At mihi dulce citas pelago deducere naves,
Bellaque grata mihi, jaculum leve, dura sagitta.

Quasi sint iidem qui in re familiari sunt dissoluti, & qui tolerant vitam ex injuria. Neque enim ut oleum medici autumant esse corpori foris saluberrimum, intus inimicissimum; ita justus aliis consulit, sui & suorum est incuriosus. Verum hac parte dicas artes civiles claudicasse Aristidis. Siquidem (ut plerique dictitant) non providit ut vel dotem filiabus, vel sibi ipsi relinqueret funeris impensam. Unde exhibuit Romæ Catonis familia usque in quartam stirpem prætores & consules. Nam ejus nepotes horumque filii summos honores gessere. Aristidis autem familiæ, qui princeps fuit Græciæ, gravis & extrema paupertas, partim eorum ad præstigiatrices tabulas redegit, partim ad stipem publice accipiendam adegit ob inopiam manus porrigere:

ἠνάγκασεν, οὐδενὶ δὲ λαμπρὸν οὐδὲν, οὐδ' ἄξιον ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς φρονῆσαι παρέχειν.

Ἦ τοῦτο πρῶτον ἀμφιλογίαν ἔχει· πενία γὰρ αἰσχρὸν οὐδαμοῦ μὲν δι' αὐτὴν, ἀλλ' ὅπου δεῖγμα ῥαθυμίας ἐστὶν, ἀκρασίας, πολυτελείας, ἀλογιστίας· ἀνδρὶ δὲ σώφρονι, καὶ φιλοπόνῳ, καὶ δικαίῳ, καὶ ἀνδρείῳ, καὶ δημοσιεύοντι, ταῖς ἀρεταῖς ἁπάσαις συνοῦσα, μεγαλοψυχίας ἐστὶ καὶ μεγαλοφροσύνης σημεῖον. οὐ γάρ ἐστι πράττειν μεγάλα, φροντίζοντα μικρῶν· οὐδὲ πολλοῖς δεομένοις βοηθεῖν, πολλῶν αὐτὸν δεόμενον. μέγα δ' εἰς πολιτείαν ἐφόδιον, οὐχ ὁ πλοῦτος, ἀλλ' αὐτάρκεια, τῷ μηδενὸς ἰδίᾳ τῶν περιττῶν δεῖσθαι, πρὸς οὐδεμίαν ἀσχολίαν ἄγουσα τῶν δημοσίων. ἀπροσδεὴς μὲν γὰρ ἁπλῶς ὁ Θεὸς, ἀνθρωπίνης δ' ἀρετῆς, ᾧ συνάγεται πρὸς τὸ ἐλάχιστον ἡ χρεία, τοῦτο τελειότατον καὶ θειότατον. ὡς γὰρ σῶμα τὸ καλῶς πρὸς εὐεξίαν κεκραμένον, οὔτ' ἐσθῆτος οὔτε τροφῆς δεῖται περιττῆς, οὕτω καὶ βίος καὶ οἶκος ὑγιαίνων ἀπὸ τῶν τυχόντων διοικεῖται. δεῖ δὲ τῇ χρείᾳ σύμμετρον ἔχειν τὴν κτῆσιν· ὡς ὅ, τε πολλὰ συνάγων, ὀλίγοις δὲ χρώμενος, οὐκ ἔστιν αὐτάρκης, ἀλλ' εἴτε μὴ δεῖται τῆς παρασκευῆς ὧν οὐκ ὀρέγεται, μάταιος, εἴτ' ὀρέγεται, μικρολογίᾳ κολούων τὴν ἀπόλαυσιν, ἄθλιος. αὐτοῦ γέ τοι Κάτωνος ἡδέως ἂν πυθοίμην, εἰ μὲν ἀπολαυστὸν ὁ πλοῦτός ἐστι, τί σεμνύνῃ τῷ πολλὰ κεκτημένος ἀρκεῖσθαι μετρίοις; εἰ δὲ λαμπρόν ἐστιν, ὥσπερ ἐστὶν, ἄρτῳ τε χρήσασθαι τῷ προστυχόντι, καὶ πιεῖν ὃν ἐργάται πίνουσι καὶ θεράποντες οἶνον, καὶ πορφύρας

re: nemini vero facultatem rei ullius præclaræ aut ex ipsius dignitate gerendæ permisit.

An vero hoc primum in controversiam venire potest? Nam turpis paupertas est, non quidem sua sponte, sed ubi socordiæ, intemperantiæ, luxus, incuriæ est indicium: at in viro temperante, industrio, justo, forti, rempub. gerente, omnibus consociata virtutibus, animi est insigne magni & excelsi. Neque enim res magnas suscipias, si cura te tangat minutarum: neu multis egentibus opituleris, si multorum sis ipse indigus. Est vero compendium ad rempub. tractandam magnum, non opulentia, sed rebus contentum esse suis: quæ virtus, quod nullam rem superfluam privatim requirat, haud abducit mentem a rebus publicis agendis. Quippe liber est prorsus ab omni egestate Deus: ex humana virtute, quæ minime eget, ea demum absolutissima est & divinissima. Ut enim corpus ad bonum habitum temperatum, nullum desiderat vel vestitum vel victum exquisitum, ita homo & domus sana copiis tolerat se tenuibus. Debet autem usui respondere divitiarum comparatio. Nam multa qui congerit, quum utatur paucis, non est contentus; sed sive non requirit, paratu eorum quæ non appetit, vanus: sive appetit, & fruitionem comprimit præ sordibus, miser est. Ipsum certe Catonem libenter rogem, si divitias ideo quærimus quo his fruamur, quid se jactet, quod magnis comparatis copiis, sit modicis contentus? Sin vero res est luculenta, ut est, quocunque pane vesci, ac bibere vinum quod bibunt operæ & servitia, nec concupiscere purpuram

θύρας μὴ δεηθῆναι, μήτ' οἰκίας κεκονιαμένης, οὐδὲν οὔτ' Ἀριστείδης, οὔτ' Ἐπαμεινώνδας, οὔτε Μάνιος Κούριος, οὔτε Γάϊος Φαβρίκιος ἐνέλιπον τοῦ προσήκοντος, χαίρειν ἐάσαντες τὴν κτῆσιν ὧν τὴν χρῆσιν ἀπεδοκίμαζον. οὐ γὰρ ἦν ἀναγκαῖον ἀνθρώπῳ γογγυλίδας ἥδιστον ὄψον πεποιημένῳ, καὶ δι' αὑτοῦ ταύτας ἕψοντι, ματτούσης ἅμα τῆς γυναικὸς ἄλφιτα, τοσαυτάκις περὶ ἀσσαρίου θρυλλεῖν, καὶ γράφειν ἀφ' ἧς ἄν τις ἐργασίας τάχιστα πλούσιος γένοιτο. μέγα γὰρ τὸ εὐτελὲς καὶ αὔταρκες, ὅτι τῆς ἐπιθυμίας ἅμα καὶ τῆς φροντίδος ἀπαλλάττει τῶν περιττῶν. διὸ καὶ τοῦτο φασὶν ἐν τῇ Καλλίου δίκῃ τὸν Ἀριστείδην εἰπεῖν, ὡς αἰσχύνεσθαι πενίαν προσήκει τοῖς ἀκουσίως πενομένοις, τοῖς δ', ὥσπερ αὐτὸς, ἑκουσίως, ἐγκαλλωπίζεσθαι. γελοῖον γὰρ οἴεσθαι ῥαθυμίας εἶναι τὴν Ἀριστείδου πενίαν, ᾧ παρῆν, αἰσχρὸν ἐργασαμένῳ μηδὲν, ἀλλ' ἕνα σκυλεύσαντι βάρβαρον, ἢ μίαν σκηνὴν καταλαβόντι, πλουσίῳ γενέσθαι. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων.

Στρατηγίαι δὲ τοῦ μὲν Κάτωνος, οὐδὲν ὡς μεγάλοις πράγμασι μέγα προσέθηκαν, ἐν δὲ ταῖς Ἀριστείδου, τὰ κάλλιστα καὶ λαμπρότατα καὶ πρῶτα τῶν Ἑλληνικῶν ἔργων ἐστὶν, ὁ Μαραθὼν, ἡ Σαλαμὶς, αἱ Πλαταιαί. καὶ οὐκ ἄξιον δήπου παραβάλλειν τῷ Ξέρξῃ τὸν Ἀντίοχον, καὶ τὰ περιαιρεθέντα τῶν Ἰβηρικῶν πόλεων τείχη, ταῖς τοσαύταις μὲν ἐν γῇ, τοσαύταις δ' ἐν θαλάσσῃ πεσούσαις μυριάσιν. ἐν οἷς Ἀριστείδης ἔργῳ μὲν οὐδενὸς ἐλείπετο, δόξης δὲ καὶ στεφάνων, ὥσπερ ἀμέλει πλούτου καὶ χρημάτων, ὑφή-

κατο

ram vel ædes tectorio inductas, haudquaquam vel Aristides, vel Epaminondas, vel M. Curius, vel C. Fabricius officio suo defuerunt, qui in parandis non elaboraverunt iis, quorum non probabant usum. Neque enim necessarium erat homini, qui pro delicatissimo cibo rapas haberet, quique eas ipse coqueret, dum pinseret panem uxor, toties de uno jactare asse, & scribere quo quæstu quam citissime evadas dives. Est namque ingens bonum, exiguo contentum esse: quia cupiditatem simul & curam eximit rerum superfluarum. Itaque hoc Aristidem in Calliæ judicio aiunt dixisse, illis erubescendam paupertatem, qui inviti pauperes sint: his qui, ut ipse, libenter, ex ea gloriandum. Quippe ridiculum sit ignaviæ putare vertendam Aristidis inopiam, cui licebat citra ullam turpitudinis notam, unum spolianti barbarum, vel unum tabernaculum occupanti, evadere pecuniosо. Sed de his jam satis.

Porro Catonis militaria imperia nihil ut magnis rebus magni momenti adjecere: in Aristidis expeditionibus pulcherrimæ, splendidissimæque & primæ a Græcis res gestæ sunt, Marathon, Salamis, Plateææ. Neque profecto conferendus cum Xerxe Antiochus sit, neque diruti oppidorum Hispanicorum muri legionibus tam innumeris qua terra qua mari prostratis: ubi factis Aristides nulli cessit, gloriam vero & laureas, sicut etiam opes & pecuniam concessit

illi

κατο τοῖς μᾶλλον δεομένοις, ὅτι καὶ πάντων τούτων διέφερεν. ἐγὼ δ' οὐ μέμφομαι μὲν Κάτωνος τὸ μεγαλαυχεῖν ἀεὶ καὶ πρῶτον ἑαυτὸν ἁπάντων τίθεσθαι. καίτοι φησὶν ἔν τινι λόγῳ, τὸ ἐπαινεῖν αὑτὸν, ὥσπερ τὸ λοιδορεῖν, ἄτοπον εἶναι· τελειότερος δέ μοι δοκεῖ πρὸς ἀρετὴν, τοῦ πολλάκις ἑαυτὸν ἐγκωμιάζοντος, ὁ μηδ' ἑτέρων τοῦτο ποιούντων δεόμενος. τὸ γὰρ ἀφιλότιμον, οὐ μικρὸν εἰς πρᾳότητα πολιτικὴν ἐφόδιον· καὶ τοὐναντίον, ἡ φιλοτιμία, χαλεπὸν, καὶ φθόνου γονιμώτατον, ἧς ὁ μὲν ἀπήλλακτο παντάπασιν, ὁ δὲ καὶ πάνυ πολλῆς μετεῖχεν. Ἀριστείδης μέν γε Θεμιστοκλεῖ τὰ μέγιστα συμπράττων, καὶ τρόπον τινὰ τὴν στρατηγίαν αὐτοῦ δορυφορῶν, ὤρθωσε τὰς Ἀθήνας. Κάτων δ' ἀντιπράττων Σκιπίωνι, μικροῦ μὲν ἀνέτρεψε καὶ διελυμήνατο τὴν ἐπὶ Καρχηδονίους αὐτοῦ στρατηγίαν, ἣ τὸν ἀήττητον Ἀννίβαν καθεῖλε. τέλος δὲ, μηχανώμενος ἀεί τινας ὑποψίας καὶ διαβολὰς, αὐτὸν μὲν ἐξήλασε τῆς πόλεως, τὸν δ' ἀδελφὸν αἰσχίστῃ κλοπῆς καταδίκῃ περιέβαλεν.

Ἣν τοίνυν πλείστοις ὁ Κάτων κεκόσμηκε καὶ καλλίστοις ἐπαίνοις ἀεὶ σωφροσύνην, Ἀριστείδης μὲν ἄμικτον ὡς ἀληθῶς καὶ καθαρὰν ἐτήρησεν· αὐτοῦ δὲ τοῦ Κάτωνος ὁ παρ' ἀξίαν ἅμα καὶ παρ' ὥραν γάμος οὐ μικρὰν οὐδὲ φαύλην εἰς τοῦτο διαβολὴν κατεσκέδασε. πρεσβύτην γὰρ ἤδη τοσοῦτον συνήλικα παιδὶ καὶ γυναικὶ νύμφῃ παιδὸς, ἐπιγῆμαι κόρην ὑπηρέτου καὶ δημοσιεύοντος ἐπὶ μισθῷ πατρὸς, οὐδαμοῦ καλόν. ἀλλ' εἴτε πρὸς ἡδονὴν ταῦτ' ἔπραξεν, εἴτ' ὀργῇ, διὰ τὴν ἑταίραν ἀμυνόμενος τὸν υἱὸν, αἰσχύνην ἔχει

καὶ

illis qui ea sitiebant impensius, quod iis omnibus præstaret. Ego quidem non reprehendo Catonem, quod perpetuo se jactaret, & primum numeraret omnium: (quamvis in quadam oratione dicat, laudare semetipsum & vituperare juxta ineptum esse) at consummatior mihi ad virtutem videtur eo qui creber est in seipso extollendo, ille qui ne aliorum quidem in hoc desiderat operam. Fert enim ad civilem mansuetudinem liber ambitione animus non mediocre momentum: ambitio contra, aspera res, invidiæque fomes maxima, qua hic prorsus caruit, ille majorem in modum fuit implicatus. Namque Themistoclis maximis in rebus Aristides adjutor, atque imperii illius quodammodo satelles, erexit Athenas. Cato Scipionem oppugnando, ejus in Carthaginenses expeditionem, quæ invictum prostravit Annibalem, pene evertit & labefactavit; denique struendis semper aliquibus suspicionibus & calumniis, hunc urbe emovit, fratremque ejus fœdissimi criminis damnavit peculatus.

Postremo quam perpetuo maximis ornavit pulcherrimisque laudibus temperantiam Cato, hanc conservavit Aristides illibatam revera atque sinceram. Ipsum Catonem conciliatæ præter dignitatem simul & ætatem nuptiæ, non mediocri neque levi macula asperserunt incontinentiæ. Nam ætate illum tam gravi, filio adulto & nurui suæ alteram inducere puellam uxorem, apparitoris & mercenariam operam publice præbentis filiam, minime fuerit honestum. Verum sive libidine stimulatus hoc egit, sive ira, scorti causa ulturus filium, &


fa-

καὶ τὸ ἔργον καὶ ἡ πρόφασις. ᾧ δ' αὐτὸς ἐχρήσατο λόγῳ κατειρωνευόμενος τὸ μειράκιον, οὐκ ἦν ἀληθής. εἰ γὰρ ἐβούλετο παῖδας ἀγαθοὺς ὁμοίως τεκνῶσαι, γάμον ἔδει λαβεῖν γενναῖον, ἐξ ἀρχῆς σκεψάμενον· οὐχ ἕως μὲν ἐλάνθανεν ἀνεγγύῳ γυναικὶ καὶ κοινῇ συγκοιμώμενος, ἀγαπᾶν· ἐπεὶ δ' ἐφωράθη, ποιήσασθαι πενθερὸν, ὃν ῥᾷστα πείσειν, οὐχ ᾧ κάλλιστα κηδεύσειν ἔμελλεν.


factum & prætextus cum probro est conjunctus. Nam qua ipse usus est ratione, cavillans apud filium, falsa erat. Si enim æque egregios gignere cupiebat liberos, debebat re a principio deliberata generosam uxorem ducere; non quamdiu occulta fuit sua cum muliere non justa & vulgari consuetudo, temperare: ubi vero res detecta est, socerum facere eum qui facillime assensurus, non affinitate ornamento ei erat futurus.



ΦΙΛΟ-



ΦΙΛΟΠΟΙΜΗΝ.


Ἀσανδρος ἦν ἐν Μαντινείᾳ γένους τε πρώτου, καὶ δυνηθεὶς ἐν τοῖς μάλιστα τῶν πολιτῶν· τύχῃ δὲ χρησάμενος, καὶ τὴν ἑαυτοῦ φυγών, ἧκεν εἰς Μεγάλην πόλιν, οὐχ ἥκιστα διὰ τὸν Φιλοποίμενος πατέρα Κραῦσιν, ἄνδρα πάντων ἕνεκα λαμπρόν, ἰδίᾳ δὲ πρὸς ἐκεῖνον οἰκείως ἔχοντα. ζῶντος μὲν οὖν αὐτοῦ, πάντων ἐτύγχανε, τελευτήσαντος δὲ, τὴν ἀμοιβὴν τῆς φιλοξενίας ἀποδιδοὺς, ἔθρεψεν αὐτοῦ τὸν υἱὸν ὀρφανὸν ὄντα, καθάπερ φησὶν Ὅμηρος ὑπὸ τοῦ Φοίνικος τὸν Ἀχιλλέα τραφῆναι, γενναίαν τινὰ καὶ βασιλικὴν τοῦ ἤθους εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πλάσιν καὶ αὔξησιν λαμβάνοντος. ἤδη δὲ τοῦ Φιλοποίμενος ἀντίπαιδος ὄντος, Ἔκδημος καὶ Δημοφάνης οἱ Μεγαλοπολῖται διεδέξαντο τὴν ἐπιμέλειαν, Ἀρκεσιλάῳ συνήθεις ἐν Ἀκαδημίᾳ γεγονότες, καὶ φιλοσοφίαν μάλιστα τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἐπὶ πολιτείαν καὶ πράξεις προαγαγόντες. οὗτοι καὶ τὴν ἑαυτῶν πατρίδα τυραννίδος ἀπήλλαξαν, τοὺς ἀποκτενοῦντας Ἀριστό-

στό-

CASSANDER Mantineæ summa nobilitate fuit & autoritate inter cives pollens imprimis. Hic fortunæ fluctibus domo profugus Megalopolin se contulit: potissimum Crausis gratia patris Philopœmenis, viri cum omni præfulgentis gloria, tum vero privatim ei familiaritate conjuncti. Ab hoc est superstite cultus omni genere officiorum. Quo mortuo, ut vices rependeret illi hospitalitatis, filium ejus orbum educavit: quo modo Phœnicis ait Homerus fuisse Achillem alumnum. Unde, generosis & regiis a teneris usque unguiculis conformatus fuit & adolevit moribus. Ubi jam pubertatem Philopœmen attigit, Ecdemus Demophanesque Megalopolitani, qui familiares Arcesilai in Academia fuerant, atque philosophiam præ æqualibus suis in forum & negotiorum pulverem produxerant, susceperunt curam ejus. Hi summissis Aristodemo percussoribus, patriam suam libera-

runt

στόδημον κρύφα παρασκευάσαντες· καὶ Νικοκλέα τὸν Σικυώνιον τύραννον Ἀράτῳ συνεξέβαλον, καὶ Κυρηναίοις δεηθεῖσιν, τεταραγμένων τῶν κατὰ τὴν πόλιν καὶ νοσούντων, πλεύσαντες εὐνομίαν ἔθεντο, καὶ διεκόσμησαν ἄριστα τὴν πόλιν. αὐτοί γε μὴν ἐν τοῖς ἄλλοις ἔργοις καὶ τὴν Φιλοποίμενος ἐποιοῦντο παίδευσιν, ὡς κοινὸν ὄφελος τῇ Ἑλλάδι τὸν ἄνδρα τοῦτον ὑπὸ φιλοσοφίας ἀπεργασάμενοι. καὶ γὰρ, ὥσπερ ὀψίγονον ἐν γήρᾳ, ταῖς τῶν παλαιῶν ἡγεμόνων ἐπιτεκοῦσα τοῦτον ἀρεταῖς ἡ Ἑλλὰς, ἠγάπησε διαφερόντως, καὶ συνηύξησε τῇ δόξῃ τὴν δύναμιν. Ῥωμαίων δέ τις ἐπαινῶν, ἔσχατον αὐτὸν Ἑλλήνων προσεῖπεν, ὡς οὐδένα μέγαν μετὰ τοῦτον ἔτι τῆς Ἑλλάδος ἄνδρα γειναμένης, οὐδὲ αὐτῆς ἄξιον.

Ἦν δὲ τὸ μὲν εἶδος οὐκ αἰσχρὸς, ὡς ἔνιοι νομίζουσιν· εἰκόνα γὰρ αὐτοῦ διαμένουσαν ἐν Δελφοῖς ὁρῶμεν. τὴν δὲ τῆς ξένης τῆς Μεγαρικῆς ἄγνοιαν συμβῆναι λέγουσιν δι' εὐκολίαν τινὰ καὶ ἀφέλειαν αὐτοῦ. πυνθανομένη γὰρ ἔρχεσθαι πρὸς αὐτοὺς τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀχαιῶν, ἐθορυβεῖτο, παρασκευάζουσα δεῖπνον, οὐ παρόντος κατὰ τύχην τοῦ ἀνδρός. ἐν τούτῳ δὲ τοῦ Φιλοποίμενος εἰσελθόντος, χλαμύδιον εὐτελὲς ἔχοντος, οἰομένη τινὰ τῶν ὑπηρετῶν εἶναι καὶ πρόδρομον, παρεκάλει τῆς διακονίας συνεφάψασθαι. καὶ ὁ μὲν εὐθὺς ἀποῤῥίψας τὴν χλαμύδα τῶν ξύλων ἔσχιζεν· ὁ δὲ ξένος ἐπεισελθὼν, καὶ θεασάμενος, Τί τοῦτο, ἔφη, Φιλοποίμην; Τί γὰρ ἄλλο, ἔφη δωρίζων ἐκεῖνος, ἢ κακῆς ὄψεως δίκας δίδωμι; τοῦ δ' ἄλλου σώματος τὴν φύσιν ἐπισκώπτων ὁ Τίτος εἶπεν, Ὦ Φι-

runt tyrannide, & ad Sicyonium tyrannum expellendum Nicoclem præsto fuerunt Arato, petentibusque Cyrenæis mare trajecerunt, ac rempublicam eorum concussam seditionibus & affectam composuerunt concinnaveruntque decentissime. Porro inter cæteras actiones, hi Philopœmenis quoque institutionem curæ habuerunt, ad communem Græciæ salutem præceptis excolentes eum philosophiæ. Namque Græcia, quum hunc post veterum virtutem ducum sero natum edidisset in senectute, mirum in modum est exosculata, potentiamque ejus una cum gloria amplificavit. Romanus vero quispiam celebrans eum, ultimum Græcorum appellavit: quasi nullum Græcia exinde inclytum virum vel ipsa genuerit dignum.

Fuit specie non (ut nonnulli arbitrantur) deformi: extat enim etiam nunc Delphis statua ejus. Nam hospitis Megarensis inscitiæ aiunt ipsius facilitatem & simplicitatem dedisse causam. Siquidem nuntiato prætorem Achæorum ad se venire, dum parat cœnam, absente forte viro, tumultuabatur: ac quum Philopœmen interea ingrederetur obsoleta amictus chlamydula, existimans aliquem esse ex ministris & antecursorem, oravit eum ministerio ut manum admoveret. Ille abjecta confestim chlamyde cœpit ligna findere. Quum autem superveniret hospes, atque id spectaret, Quid hoc rei est (inquit) Philopœmen? Tum ille, Quid aliud quam quod fœdæ speciei pendo pœnas? Titus Quintius in cæteri corporis ejus habitum cavillans, Quam pulchras

Φιλοποίμην, ὡς καλὰς χεῖρας ἔχεις καὶ σκέλη· γαστέρα δ' οὐκ ἔχεις. ἦν γὰρ ἐκ τῶν μέσων στενώτερος. τὸ μέντοι σκῶμμα πρὸς τὴν δύναμιν αὐτοῦ μᾶλλον ἐλέχθη. καὶ γὰρ ὁπλίτας ἔχων ἀγαθοὺς καὶ ἱππεῖς, χρημάτων πολλάκις οὐκ εὐπόρει. ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταῖς σχολαῖς περὶ τοῦ Φιλοποίμενος λέγεται.

Τοῦ δ' ἤθους τὸ φιλότιμον, οὐκ ἦν παντάπασιν φιλονεικίας καθαρὸν, οὐδ' ὀργῆς ἀπηλλαγμένον· ἀλλὰ καίπερ Ἐπαμεινώνδου βουλόμενος εἶναι μάλιστα ζηλωτὴς, τὸ δραστήριον καὶ συνετὸν αὐτοῦ, καὶ ὑπὸ χρημάτων ἀπαθὲς ἰσχυρῶς ἐμιμεῖτο· τῷ δὲ πράῳ καὶ βαθεῖ καὶ φιλανθρώπῳ παρὰ τὰς πολιτικὰς διαφορὰς ἐμμένειν οὐ δυνάμενος δι' ὀργὴν καὶ φιλονεικίαν, μᾶλλον ἐδόκει στρατιωτικῆς ἢ πολιτικῆς ἀρετῆς οἰκεῖος εἶναι. καὶ γὰρ ἐκ παίδων εὐθὺς ἦν φιλοστρατιώτης, καὶ τοῖς πρὸς τοῦτο χρησίμοις μαθήμασιν ὑπήκουεν προθύμως, ὁπλομαχεῖν καὶ ἱππεύειν. ἐπεὶ δὲ καὶ παλαίειν εὐφυῶς ἐδόκει, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἄθλησιν ἔνιοι τῶν φίλων καὶ τῶν ἐπιτρόπων, ἠρώτησεν αὐτοὺς μή τι πρὸς τὴν στρατιωτικὴν ἄσκησιν ὑπὸ τῆς ἀθλήσεως βλαβήσοιτο. τῶν δὲ φαμένων, ὅπερ ἦν, ἀθλητικὸν στρατιωτικοῦ σῶμα καὶ βίον διαφέρειν τοῖς πᾶσιν, μάλιστα δὲ δίαιταν ἑτέραν καὶ ἄσκησιν εἶναι, τῶν μὲν ὕπνῳ τε πολλῷ καὶ πλησμοναῖς ἐνδελεχέσι, καὶ κινήσεσι τεταγμέναις καὶ ἡσυχίαις αὐξόντων τε καὶ διαφυλαττόντων τὴν ἕξιν, ὑπὸ πάσης ῥοπῆς καὶ παρεκβάσεως τοῦ συνήθους, ἀκροσφαλῆ πρὸς μεταβολὴν οὖσαν· τὰ δὲ, πάσης μὲν πλάνης ἔμπειρα καὶ πάσης ἀνωμαλίας προσῆκον εἶναι, μάλιστα δὲ φέρειν ῥᾳδίως μὲν ἐν-

pulchras (inquit) manus Philopœmen & crura habes, ventrem non habes? fuit enim medio corpore gracilior. Cæterum id dictum potius eſt in vires ejus detortum. Quippe egregium peditatum & equitatum habebat, ſed deficiebatur ſæpenumero pecunia. Atque hæc in circulis de Philopœmene referuntur.

At inſita ei ambitio haud erat undequaque defæcata a pervicacia, nec ab iracundia libera, ſed qui ſtuderet imprimis eſſe Epaminondæ æmulus, ſtrenuitatem ejus & prudentiam atque abſtinentiam a divitiis egregie expreſſit: lenitatem, gravitatem, humanitatem in civilibus contentionibus non potuit retinere. Unde propter iracundiam & animum præfractum ad militares videbatur quam ad civiles artes accommodatior. Etenim fuit jam inde a puero ad rem militarem pronus, atque eo quæ conducerent diſciplinas affectabatur, gnaviter in armis ſe exercens & equitandi ſcientia. Quum vero luctari etiam ſcite videretur, ſuaderentque ei aliqui amici & curatores, ut ſe ad exercitationem athleticam conferret; rogavit eos ecquid ea exercitatio militari adferret detrimenti. Qui quum, id quod erat, athleticum corpus cum militari omnibus partibus referrent pugnare, præcipue vivendi rationem & exercitationem plane diverſam eſſe: quod illi multo ſomno, perpetua ſaturitate, ſtatis motionibus, & quiete augerent tuerenturque habitum, qui ex quolibet momento & exceſſu conſuetudinis eſſet ad converſionem lubricus: hi ad omnem debeant variationem callere & inæqualitatem, maxime vero aſſuefacti eſſe ut facile inediam tolerent,

ἔνδειαν εἰθισμένα, ῥᾳδίως δὲ ἀγρυπνίαν· ἀκούσας ὁ Φιλοποίμην, οὐ μόνον αὐτὸς ἔφυγε τὸ πρᾶγμα καὶ κατεγέλασεν, ἀλλὰ καὶ στρατηγῶν ὕστερον, ἀτιμίαις καὶ προπηλακισμοῖς, ὅσον ἦν ἐπ' αὐτῷ, πᾶσαν ἄθλησιν ἐξέβαλλεν, ὡς τὰ χρησιμώτατα τῶν σωμάτων εἰς τοὺς ἀναγκαίους ἀγῶνας ἄχρηστα ποιοῦσαν.

Ἀπαλλαγεὶς δὲ διδασκάλων καὶ παιδαγωγῶν, ἐν μὲν ταῖς πολιτικαῖς στρατείαις, ἃς ἐποιοῦντο κλωπείας ἕνεκα καὶ λεηλασίας εἰς τὴν Λακωνικὴν ἐμβάλλοντες, εἴθισεν αὐτὸν, πρῶτον μὲν ἐκστρατευόντων, ὕστερον δὲ ἀπερχομένων βαδίζειν. σχολῆς δὲ οὔσης, ἢ κυνηγῶν διεπόνει τὸ σῶμα, καὶ κατεσκεύαζε κοῦφον ἅμα καὶ ῥωμαλέον, ἢ γεωργῶν. ἦν γὰρ ἀγρὸς αὐτῷ καλὸς ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς πόλεως. εἰς τοῦτον ἐβάδιζε καθ' ἡμέραν μετὰ τὸ ἄριστον, ἢ μετὰ δεῖπνον, καὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐπὶ στιβαδίου τοῦ τυχόντος, ὥσπερ ἕκαστος τῶν ἐργατῶν, ἀνεπαύετο. πρωῒ δὲ ἀναστὰς καὶ συνεφαψάμενος ἔργου τοῖς ἀμπελουργοῦσιν ἢ βοηλατοῦσιν, αὖθις εἰς πόλιν ἀπῄει, καὶ περὶ τὰ δημόσια τοῖς φίλοις καὶ τοῖς ἄρχουσι συνησχολεῖτο. τὰ μὲν οὖν ἐκ τῶν στρατειῶν προσιόντα κατανήλισκεν εἰς ἵππους καὶ ὅπλα καὶ λύσεις αἰχμαλώτων· τὸν δὲ οἶκον ἀπὸ τῆς γεωργίας αὔξειν ἐπειρᾶτο, δικαιοτάτῳ τῶν χρηματισμῶν. οὐδὲ τοῦτο ποιούμενος πάρεργον, ἀλλὰ καὶ πάνυ προσήκειν οἰόμενος οἰκεῖα κεκτῆσθαι, τῶν ἀλλοτρίων ἀφεξόμενον. ἠκροᾶτο δὲ λόγων, καὶ συγγράμμασι φιλοσόφων ἐνετύγχανεν, οὐ πᾶσιν, ἀλλ' ἀφ' ὧν ἐδόκει πρὸς ἀρετὴν ὠφελεῖσθαι. καὶ τῶν Ὁμηρικῶν, ὅσα τὰς πρὸς ἀνδρείαν ἐγείρειν καὶ παροξύνειν ἐνόμιζε φαντασίας,

rent, facile etiam vigilias. Quo intellecto, non ſolum ipſe eam rem faſtidivit & deriſit Philopœmen, verumetiam diſciplinam omnem athleticam poſt prætor, quantum in ipſo erat, omni exegit genere contumeliarum & probrorum, quod appoſitiſſima corpora neceſſariis certaminibus redderet inhabilia.

Poſtquam vero præceptores reliquit & pædagogos, quum expeditionibus furtivis ad prædandum incurſarent cives ejus fines Laconicos, ita ſe inſtituit ut primus in expeditionem euntium eſſet, & omnium reciperet ſe poſtremus. Per otium aut venando corpus ſubigebat, qua ratione parabat agilitatem ſimul & robur: aut agrum colendo, quem lautum viginti ab urbe ſtadiis poſſidebat. Eo ſe a prandio vel a cœna conferebat quotidie, corpuſque in ſtramenta, prout ſeſe obtulerant, ut quilibet operariorum, ad quietem abjiciebat. Prima luce ad opus ſurgebat cum vinitoribus aut aratoribus, inde remeabat ad urbem, & negotia publica cum amicis & magiſtratibus tractabat. Ac compendia bellica quidem abſumebat in equos, in arma, in redimendos captivos: rem vero familiarem ex arvo ſtudebat juſtiſſimo quæſtu augere. Neque id faciebat tranſitorie: verum curandam potiſſimum rem domeſticam cenſebat ei qui temperare vellet ab alienis. Præcepta audiebat, & ſcriptis philoſophorum ſtudebat, non quibuſlibet, ſed ex quibus ſperabat fructum ſe ad virtutem capturum. Ex carminibus Homericis ſolis attendebat iis, quæ ad fortitudinem excitare & incendere exiſtimabat animi-

ας, τούτοις προσεῖχεν. τῶν δ' ἄλλων ἀναγνωσμάτων, μάλιστα τοῖς Εὐαγγέλου τακτικοῖς ἐνεφύετο, καὶ τὰς περὶ Ἀλεξάνδρου ἱστορίας κατεῖχεν, τοὺς λόγους ἐπὶ τὰ πράγματα καταστρέφειν οἰόμενος, εἰ μὴ σχολῆς ἕνεκα καὶ λαλιᾶς ἀκάρπου περαίνοιτο. καὶ γὰρ τῶν τακτικῶν θεωρημάτων, τὰς ἐπὶ τοῖς πινακίοις διαγραφὰς ἐῶν χαίρειν, ἐπὶ τῶν τόπων αὐτῶν ἐλάμβανεν ἔλεγχον καὶ μελέτην ἐποιεῖτο, χωρίων συγκλινίας, καὶ πεδίων ἀποκοπάς, καὶ ὅσα περὶ ῥείθροις ἢ τάφροις ἢ στενωποῖς πάθη καὶ σχήματα διασπωμένης καὶ πάλιν συστελλομένης φάλαγγος, ἐπισκοπῶν αὐτὸς πρὸς αὐτὸν ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις, καὶ τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ προβάλλων. ἔοικεν γὰρ οὗτος ἀνὴρ περαιτέρω τῆς ἀνάγκης ἐμφιλοκαλῆσαι τοῖς στρατιωτικοῖς, καὶ τὸν πόλεμον ὡς ποικιλωτάτην ὑπόθεσιν τῆς ἀρετῆς ἀσπάσασθαι, καὶ ὅλως καταφρονεῖν τῶν ἀπολειπομένων, ὡς ἀπράκτων.

Ἤδη δὲ αὐτοῦ τριάκοντα ἔτη γεγονότος, Κλεομένης ὁ βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, νυκτὸς ἐξαίφνης προσπεσὼν τῇ Μεγάλῃ πόλει, καὶ τὰς φυλακὰς βιασάμενος, ἐντὸς παρῆλθεν καὶ τὴν ἀγορὰν κατέλαβεν. ἐκβοηθήσας δὲ Φιλοποίμην, τοὺς μὲν πολεμίους οὐ κατίσχυσεν ἐξελάσαι, καίπερ ἐρρωμένως καὶ παραβόλως διαγωνισάμενος· τοὺς δὲ πολίτας τρόπον τινὰ τῆς πόλεως ἐξέκλεψεν, προσμαχόμενος τοῖς ἐπιδιώκουσιν, καὶ τὸν Κλεομένην περισπῶν ἐφ' ἑαυτόν, ὡς χαλεπῶς καὶ μόλις ὕστατος ἀπελθεῖν ἀποβαλὼν τὸν ἵππον, καὶ τραυματίας γενόμενος. ἐπεὶ δὲ προσέπεμψεν αὐτοῖς ὁ Κλεομένης εἰς Μεσσήνην ἀπελθοῦσιν, τήν τε πόλιν μετὰ τῶν χρημάτων ἀποδιδοὺς καὶ

τὴν

nimos. Reliquorum ſcriptorum eximie Evangeli commentariis de inſtruenda acie dabat aſſiduam operam. Terebat etiam Alexandri hiſtorias, doctrinam debere ducens ad facta tendere, niſi otii cauſa & inutilis loquacitatis perageretur. Siquidem præceptorum aciei digerendæ delineationibus, quæ eſſent in tabulis deſcriptæ, repudiatis, experimenta agebat in re præſenti, & meditationem obibat: ac locorum convexa, camporumque prærupta, & quoſcunque caſus & figuras aciei circa flumina vel foſſas vel anguſtias divellendæ, aut contra conglobandæ, ſecum in itinere faciendo, hinc ipſe expendebat, hinc proponebat comitibus ſuis. Et ſane videtur hic vir plus nimio ſtudii ad diſciplinam militarem contuliſſe, bellicaſque artes ſicut ampliſſimum ſtadium amplexus virtutis, plane contempſiſſe ſicut ignavos, quicunque ejus eſſent rudes.

Quum jam annorum triginta eſſet, rex Lacedæmoniorum Cleomenes Megalopolin repente adortus noctu eſt, oppreſſiſque excubiis in urbem irrupit, forumque tenuit. Hic Philopœmen quum ſuccurreret, non valuit expellere hoſtes, quamvis fortiter & intrepide depugnaret: cæterum cives ex urbe quaſi ſurripuit, occurrendo inſequentibus & Cleomenem in ſe retrahendo, ut ægre tandem amiſſo equo ſaucius receperit ſe poſtremus. Hinc ut per legatos iis Cleomenes, quum recepiſſent ſe Meſſenem, ſignificavit urbem ſe cum fortunis ipſorum agrumque redditu-

rum,

τὴν χώραν, ὁρῶν ὁ Φιλοποίμην τοὺς πολίτας ἀσμένως δεχομένους, καὶ σπεύδοντας ἐπανελθεῖν, ἐνέστη καὶ διεκώλυσε τῷ λόγῳ, διδάσκων ὡς οὐκ ἀποδίδωσι τὴν πόλιν Κλεομένης, προσκτᾶται δὲ τοὺς πολίτας, ἐπὶ τῷ καὶ τὴν πόλιν ἔχειν βεβαιότερον· οὐ γὰρ ἕξειν αὐτὸν ὅπως οἰκίας καὶ τείχη κενὰ φυλάξῃ καθήμενος, ἀλλὰ καὶ τούτων ὑπ' ἐρημίας ἐκπεσεῖσθαι. ταῦτα λέγων, τοὺς μὲν πολίτας ἀπέτρεψεν, τῷ δὲ Κλεομένει πρόφασιν παρέσχεν λυμήνασθαι καὶ καταβαλεῖν τὰ πλεῖστα τῆς πόλεως, καὶ χρημάτων εὐπορήσαντι μεγάλων ἀπελθεῖν.

Ἐπεὶ δὲ Ἀντίγονος ὁ βασιλεὺς βοηθῶν ἐπὶ τὸν Κλεομένην μετὰ τῶν Ἀχαιῶν ἐστράτευσεν, καὶ τὰς περὶ Σελλασίαν ἄκρας καὶ τὰς ἐμβολὰς κατέχοντος αὐτοῦ, παρέταξε τὴν δύναμιν, ἐγγὺς ἐπιχειρεῖν καὶ βιάζεσθαι διανοούμενος· ἦν μὲν ἐν τοῖς ἱππεῦσι μετὰ τῶν αὐτοῦ πολιτῶν τεταγμένος ὁ Φιλοποίμην, καὶ παραστάτας εἶχεν Ἰλλυριοὺς, οἷς τὰ λήγοντα τῆς παρατάξεως συνεπέφρακτο, πολλοῖς οὖσι καὶ μαχίμοις. εἴρητο δὲ αὐτοῖς ἐφεδρεύουσιν ἡσυχίαν ἔχειν, ἄχρις ἂν ἀπὸ θατέρου κέρως ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀρθῇ φοινικὶς ὑπὲρ σαρίσης διατεταγμένη. τῶν δὲ ἡγεμόνων τοῖς Ἰλλυριοῖς πειρωμένων ἐκβιάζεσθαι τοὺς Λακεδαιμονίους, καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ὥσπερ προστέτακτο, τὴν ἐφεδρείαν ἐν τάξει διαφυλαττόντων, Εὐκλείδας ὁ τοῦ Κλεομένους ἀδελφὸς καταμαθὼν τὸ γινόμενον διάσπασμα περὶ τοὺς πολεμίους, ταχὺ τοὺς ἐλαφροτάτους τῶν ψιλῶν περιέπεμψεν ἐξόπισθεν, τοῖς Ἰλλυριοῖς ἐπιπεσεῖν κελεύσας, καὶ περισπᾶν ἐρήμους τῶν ἱππέων ἀπολελειμμένους. γινομένων

rum; cernens cives Philopœmen libenter conditionem accipere, maturareque ut domum redirent, revocavit retraxitque eos, multis verbis ob oculos ponens, non reddere velle Cleomenem urbem, sed acquirere sibi insuper, quo firmius retineat urbem, cives. Neque enim posse illum facere ut tecta & mœnia vacua desidens ibi servet, sed hæc quoque ei propter solitudinem elapsura. Quibus rationibus cives quidem revocavit, cæterum locum aperuit Cleomeni ad diripiendam & diruendam maxima ex parte urbem, magnaque cum præda recedendum.

Postquam vero subveniens rex Antigonus Achæis movit cum iis in Cleomenem, illoque edita circa Sellasiam & fauces insidente, instruxit aciem juxta, certus signa inferre & vi irrumpere; locatus erat cum civibus suis Philopœmen inter equites, eique subsidiarii adjuncti erant Illyrii, quibus extrema acies multis & fortibus viris erat clausa. His erat præceptum, ut quieti expectarent dum ab altero cornu rex signum punicea tunica hasta sublata dedisset. Ubi jam duces urgere Illyriorum cuneo annituntur Lacedæmonios, & Achæi (ut erat imperatum) in ordinibus suis observant aggrediendi occasionem, animadvertens Cleomenis frater Euclidas divulsos hostium ordines, circummisit propere ex levi armatura expeditissimos quosque, Illyriosque jussit ut a tergo adorirentur & retraherent destitutos ab equitatu. Id dum fit,

νων δὲ τούτων, καὶ τῶν ψιλῶν τοὺς Ἰλλυριοὺς περισπώντων καὶ διαταραττόντων, συνιδὼν ὁ Φιλοποίμην οὐ μέγα ὂν ἔργον ἐπιθέσθαι τοῖς ψιλοῖς, καὶ τὸν καιρὸν ὑφηγούμενον τοῦτο, πρῶτον μὲν ἔφραζε τοῖς βασιλικοῖς· ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ἀλλὰ μαίνεσθαι δοκῶν κατεφρονεῖτο, οὐδέπω μεγάλης οὐδ' ἀξιοπίστου πρὸς τηλικοῦτο στρατήγημα δόξης περὶ αὐτὸν οὔσης, αὐτὸς ἐμβάλλει, συνεπισπασάμενος τοὺς πολίτας. γενομένης δὲ ταραχῆς τὸ πρῶτον, εἶτα φυγῆς καὶ φόνου πολλοῦ τῶν ψιλῶν, βουλόμενος ἔτι μᾶλλον ἐπιρρῶσαι τοὺς βασιλικοὺς, καὶ προσμῖξαι κατὰ τάχος θορυβουμένοις τοῖς πολεμίοις, τὸν μὲν ἵππον ἀφῆκεν, αὐτὸς δὲ πρὸς χωρία σκολιὰ καὶ μεστὰ ῥεέθρων καὶ φαράγγων πεζὸς ἐν ἱππικῷ θώρακι, καὶ σκευῇ βαρυτέρᾳ, χαλεπῶς καὶ ταλαιπώρως ἁμιλλώμενος, διελαύνεται διαμπερὲς ὁμοῦ τοὺς μηροὺς ἑκατέρους ἐν μεσαγκύλῳ, καιρίας μὲν οὐ γενομένης, ἰσχυρᾶς δὲ τῆς πληγῆς, ὥστε τὴν αἰχμὴν ἐπὶ θάτερα διῶσαι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐνσχεθεὶς ὥσπερ δεσμῷ, παντάπασιν ἀπόρως εἶχεν· τὸ γὰρ ἔναμμα τῆς ἀγκύλης χαλεπὴν ἐποίει τοῦ ἀκοντίσματος ἀνελκομένου διὰ τῶν τραυμάτων τὴν πάροδον. ὡς δ' ὤκνουν οἱ παρόντες ἅψασθαι, καὶ τῆς μάχης ἀκμὴν ὀξεῖαν ἐχούσης, ἐσφάδαζεν ὑπὸ θυμοῦ καὶ φιλοτιμίας πρὸς τὸν ἀγῶνα, τῇ παραβάσει καὶ τῇ παραλλάξει τῶν σκελῶν διὰ μέσου κλάσας τὸ ἀκόντισμα, χωρὶς ἐκέλευσεν ἑλκύσαι τῶν ἀγμάτων ἑκάτερον. οὕτω δὲ ἀπαλλαγεὶς, καὶ σπασάμενος τὸ ξίφος, ἐχώρει διὰ τῶν προμάχων ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ὥστε πολλὴν προθυμίαν καὶ ζῆλον ἀρετῆς παρασχεῖν τοῖς ἀγωνιζομένοις. νικήσας οὖν ὁ Ἀντίγονος, ἀπεπειρᾶτο τῶν Μακεδό-

fit, & milites levis armaturæ retrahunt dissipantque Illyrios, advertens non magni esse negotii Philopœmen levem armaturam opprimere, idque ipsum tempus suggerere, demonstravit primum rem ducibus regiis. Quos quum non adduceret in sententiam suam, sed fastidiretur pro insano, quod autoritatem ad tantum imperatoriæ artis inceptum nondum magnam neque satis insignem obtineret, cum globo civium suorum fecit impressionem. Ac quum primo tumultus, hinc fuga & cædes ingens ederetur velitum, quo magis ac magis regios confirmaret, & turbatis expedite instaret hostibus, ad pedes descendit. Ibi dum cum locis asperis, irriguis & voraginosis in equestri lorica & armis ponderosis, pedester graviter & laboriose luctatur, utrumque femur ejus simul uno transfigitur jaculo amentato. Ictus, etsi non lethalis, gravis fuit tamen, ut spiculum ex altera parte extaret. Hic primum velut vinculo impeditus æstuabat plane. Quippe ansa jaculi qua erat ei aptata, difficilem reddebat teli in revellendo per vulnera transitum. Quum vero dubitarent, qui aderant, manum admovere, & medio ardore prœlii, qui in breve erat duraturus, ex fervore & gloriæ cupiditate æger animi ille properaret ad certamen, incessu & alternatione crurum fracto per medium jaculo, jussit utrumque fragmentum seorsim revelli. Ita expeditus, stricto ense ante signa contendit in hostes. Quare ingenti alacritate & ardore dimicantes complevit. Unde obtenta victoria Antigonus, tentandi gratia quæsivit ex Macedoni-

κεδόνων, ἐρωτῶν διὰ τί μὴ κελεύσαντος αὐτοῦ τὸ ἱππικὸν ἐκίνησαν. τῶν δὲ ἀπολογουμένων, ὡς παρὰ γνώμην βιασθεῖεν εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς πολεμίοις, μειρακίου Μεγαλοπολιτικοῦ προεμβαλόντος, γελάσας ὁ Ἀντίγονος, ἐκεῖνο τοίνυν τὸ μειράκιον, εἶπεν, ἔργον ἡγεμόνος μεγάλου πεποίηκεν.

Ἐκ τούτου δόξαν ἔσχεν, ὥσπερ εἰκός, ὁ Φιλοποίμην. καὶ τοῦ μὲν Ἀντιγόνου σπουδάσαντος ὅπως στρατεύοιτο μετ' αὐτοῦ, καὶ διδόντος ἡγεμονίαν καὶ χρήματα, παρητήσατο, μάλιστα τὴν ἑαυτοῦ φύσιν καταμαθὼν πρὸς τὸ ἄρχεσθαι δυσκόλως καὶ χαλεπῶς ἔχουσαν. ἀργεῖν δὲ καὶ σχολάζειν οὐ βουλόμενος, ἀσκήσεως ἕνεκα καὶ μελέτης τῶν πολεμικῶν, εἰς Κρήτην ἔπλευσεν ἐπὶ στρατείαν. κἀκεῖ συχνὸν χρόνον ἐγγυμνασάμενος ἀνδράσι μαχίμοις καὶ ποικίλοις μεταχειρίσασθαι πόλεμον, ἔτι δὲ σώφροσι καὶ κεκολασμένοις περὶ δίαιταν, ἐπανῆλθεν οὕτω λαμπρὸς εἰς τοὺς Ἀχαιούς, ὥστε εὐθὺς ἵππαρχος ἀποδειχθῆναι. παραλαβὼν δὲ τοὺς ἱππεῖς φαύλοις μὲν ἱππαρίοις ἐκ τοῦ προστυχόντος, ὅτε συμβαίνοιτο στρατεία, προσχρωμένους, αὐτοὺς δὲ τὰς πολλὰς τῶν στρατειῶν ἐπιδιδράσκοντας ἑτέρους δὲ πέμποντας ἀνθ' ἑαυτῶν, δεινὴν δὲ ἀπειρίαν μετὰ ἀτολμίας πάντων οὖσαν, περιορῶντας δὲ ταῦτα τοὺς ἄρχοντας ἀεί, διά τε τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς τοὺς ἱππεῖς δύνασθαι, καὶ μάλιστα κυρίους εἶναι τιμῆς καὶ κολάσεως· οὐχ ὑπεῖξεν, οὐδὲ ἀνῆκεν, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις ἐπιών, καὶ κατ' ἄνδρα τῶν νέων ἕκαστον ἐπὶ τὴν φιλοτιμίαν συνεξορμῶν, καὶ κολάζων τοὺς ἀνάγκης δεομένους, μελέταις τε καὶ πομπαῖς, καὶ πρὸς ἀλλή-

cedonibus, quid equitatum nondum dato ab se signo immisissent. Quibus invitos se affirmantibus, quod juvenis Megalopolitanus occupasset invadere hostes, commissos cum iis fuisse: At ille juvenis (inquit) magni imperatoris perpetravit munus.

Inde jure fuit Philopœmen in honore. Quum vero instaret apud eum Antigonus ut secum militaret, eique præfecturam & pecuniam offerret, abnuit, præcipue ingenium suum conscius ægre & gravate ferre superiorem. Sed quia obtorpescere & feriari pigebat eum, exercendæ & meditandæ gratia rei bellicæ, in Cretam militatum navigavit. Ubi postquam longo spatio cum viris bellicosis se, atque omni genere astutiæ arma tractantibus, vitamque etiam tum ducentibus moderatam & adstrictam excoluisset, adeo rediit celebris ad Achæos, ut extemplo crearetur magister equitum. Quum equites autem accepisset, qui pravos & exiles equos subitariosque instante expeditione arriperent, atque ipsi fere militiam defugerent, aliosque delegarent vicarios; esset etiam singularis omnium cum ignavia inertia, eaque dissimulassent ante magistratus, quod inter Achæos plurimum equites pollerent, ac præcipue arbitrium haberent honorum & pœnarum: non summisit animum neque elanguit, sed cum oppida lustrando, tum singulos juvenes seorsim ad laudem exercitando, & castigando ignavos quos cogere opus esset, exercitationibusque & transvectionibus atque mutuis inter

ἀλλήλους ἁμίλλαις χρώμενος ὅπου πλεῖστοι θεᾶσθαι μέλλοιεν, ὀλίγῳ χρόνῳ πᾶσι ῥώμην τε θαυμαστὴν καὶ προθυμίαν παρέστησεν. καὶ ὃ μέγιστον ἦν ἐν τοῖς τακτικοῖς, ἐλαφροὺς καὶ ὀξεῖς, ὥστε τὰς κατ' οὐλαμὸν ἐπιστροφὰς καὶ περισπασμοὺς καὶ τὰς καθ' ἵππον ἐπιστροφὰς καὶ κλίσεις ἀπειργάσατο καὶ συνείθισεν, ὡς ἑνὶ σώματι κινουμένῳ καθ' ὁρμὴν ἑκούσιον ἐοικέναι τὴν ὅλου τοῦ συστήματος ἐν ταῖς μεταβολαῖς εὐχέρειαν. συστάσης δὲ τῆς περὶ τὸν Λάρισσον αὐτοῖς ποταμὸν ἰσχυρᾶς μάχης πρὸς Αἰτωλοὺς καὶ Ἠλείους, ὁ τῶν Ἠλείων ἵππαρχος Δαμόφαντος ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Φιλοποίμενα προεξελάσας. δεξάμενος δὲ τὴν ὁρμὴν ἐκείνου αὐτοῦ, καὶ φθάσας τῷ δόρατι παίει καὶ καταβάλλει τὸν Δαμόφαντον. εὐθὺς δὲ τούτου πεσόντος, ἔφυγον οἱ πολέμιοι, καὶ λαμπρὸς ἦν ὁ Φιλοποίμην, ὡς οὔτε κατὰ χεῖρα τῶν νέων τινὸς, οὔτε συνέσει τῶν πρεσβυτέρων ἀπολειπόμενος, ἀλλὰ καὶ μάχεσθαι καὶ στρατηγεῖν ἱκανώτατος.

Τὸ δὲ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν πρῶτος μὲν Ἄρατος εἰς ἀξίωμα καὶ δύναμιν ἦρεν, ἐκ ταπεινοῦ καὶ διερριμμένου κατὰ πόλεις συναγαγὼν, καὶ πολιτευσάμενος Ἑλληνικὴν καὶ φιλάνθρωπον πολιτείαν. ἔπειτα, ὥσπερ ἐν τοῖς ὕδασιν ἀρξαμένων ὀλίγων ὑφίστασθαι καὶ μικρῶν σωμάτων, ἤδη τὰ ἐπιρρέοντα τοῖς πρώτοις ἐνισχόμενα καὶ περιπίπτοντα πῆξιν ἰσχυρὰν καὶ στερεότητα ποιεῖ δι' ἀλλήλων, οὕτω τῆς Ἑλλάδος ἀσθενοῦς καὶ εὐδιαλύτου φερομένης κατὰ πόλεις ἐν τῷ τότε χρόνῳ, πρῶτον συστάντες οἱ Ἀχαιοὶ, καὶ τῶν κύκλῳ πόλεων τὰς μὲν ἐκ τοῦ βοηθεῖν καὶ συνελευθεροῦν ἀπὸ τῶν τυραννικῶν ὑπο-

inter ipſos concertationibus, ubi ſpectandi a plurimis eſſent, miros nervos brevi alacritatemque impreſſit cunctis, & quod in diſciplina erat militari caput, agiles reddidit atque expeditos. Itaque turmatim in latus convertere & in terga obvertere aciem, ſingulos item equos ita convertere & flectere edocuit & conſuefecit, ut totius circum agendi globi dexteritas unum corpus repræſentaret, ſuo ſe contorquens nutu. In acri illo conflictu quo Achæi cum Ætolis & Eleis ſigna contulerunt ad amnem Lariſſum, Philopœmenem magiſter equitum Eleorum Damophantus ante ſigna evectus petivit. Cujus ille impreſſionem excipiens, prævertit eum lancea ferire, atque exanimem deturbavit equo. Ad cujus lapſum confeſtim effuderunt ſe in fugam hoſtes. Unde ingens nomen quæſivit Philopœmen: ut qui nec manu ulli juvenum, nec ulli ſenum concederet prudentia, ſed juxta militis & imperatoris partes optime obiret.

Ac reipublicæ quidem Achæorum conciliavit primus Aratus dignationem & potentiam: qui abjectam & oppidatim divulſam coegit, dignamque Græcia reddidit & perquam civilem. Ac ſicut in aqua ubi pauca corpora & minuta cœperunt ſubſidere, quæ exinde affluunt, impacta primis & aggeſta compaginem mutuam efficiunt firmam & ſolidam: ita quum languida ea tempeſtate Græcia opprimi oppidatim poſſet facile, primi conſpiraverunt Achæi, circumjectaſque urbes partim ſummittendis ad expellendos tyrannos auxi-

ὑπολαμβάνοντες, τὰς δὲ ὁμονοίᾳ καὶ πολιτείᾳ καταμιγνύντες εἰς ἑαυτούς, ἓν σῶμα καὶ μίαν δύναμιν κατασκευάσαι διενοοῦντο τὴν Πελοπόννησον. ἀλλ' Ἀράτου μὲν ζῶντος, ἔτι τοῖς Μακεδόνων ὅπλοις ὑπεδύοντο τὰ πολλά, θεραπεύοντες Πτολεμαῖον, εἶτ' αὖθις Ἀντίγονον καὶ Φίλιππον, ἐν μέσαις ἀναστρεφομένους ταῖς Ἑλληνικαῖς πράξεσιν. ἐπεὶ δὲ Φιλοποίμην εἰς τὸ πρωτεύειν προῆλθεν, ἤδη καθ' ἑαυτοὺς ἀξιόμαχοι τοῖς ἰσχύουσι πλεῖστον ὄντες, ἐπαύσαντο χρώμενοι προστάταις ἐπεισάκτοις. Ἄρατος μὲν γάρ, ἀργότερος εἶναι δοκῶν πρὸς τοὺς πολεμικοὺς ἀγῶνας, ὁμιλίᾳ καὶ πρᾳότητι καὶ φιλίαις βασιλικαῖς τὰ πλεῖστα κατειργάσατο τῶν πραγμάτων, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται· Φιλοποίμην δέ, ἀγαθὸς πολεμιστὴς ὤν, καὶ διὰ τῶν ὅπλων ἐνεργός, ἔτι δ' εὐτυχὴς καὶ κατορθωτικὸς εὐθὺς ἐν ταῖς πρώταις γινομέναις μάχαις, ἅμα τῇ δυνάμει τὸ φρόνημα τῶν Ἀχαιῶν ηὔξησεν, νικᾶν ἐθισθέντων μετ' αὐτοῦ, καὶ κατευτυχεῖν ἐν τοῖς πλείστοις ἀγῶσι.

Πρῶτον μὲν οὖν τὰ περὶ τὰς τάξεις καὶ τοὺς ὁπλισμοὺς φαύλως ἔχοντα τοῖς Ἀχαιοῖς ἐκίνησεν. ἐχρῶντο γὰρ θυρεοῖς μὲν εὐπετέσι διὰ λεπτότητα, καὶ στενωτέροις τοῦ περιστέλλειν τὰ σώματα, δόρασι δὲ μικροτέροις πολὺ τῶν σαρισσῶν· καὶ διὰ τοῦτο πληκτικοὶ καὶ μάχιμοι πόρρωθεν ἦσαν ὑπὸ κουφότητος, προσμίξαντες δὲ τοῖς πολεμίοις, ἔλαττον εἶχον. εἶδος δὲ τάξεως καὶ σχήματος εἰς σπεῖραν οὐκ ἦν σύνηθες· φάλαγγι δὲ χρώμενοι μήτε προβολὴν ἐχούσῃ, μήτε συνασπισμόν, ὡς ἡ Μακεδόνων, ῥᾳδίως ἐξεθλίβοντο καὶ διεσπῶντο. ταῦτα ὁ Φιλοποίμην διατάξας, ἔπεισεν αὐτοὺς ἀντὶ μὲν θυρεοῦ καὶ δόρατος ἀσπίδα λαβεῖν καὶ σάρισαν, κράνεσι δὲ καὶ θώραξιν

auxiliis recipientes, partim concordia & bona disciplina sibi adsciscentes, Peloponnesum in unum corpus cogere, & in unas instituebant vires. Verum quamdiu fuit superstes Aratus, spectabant fere Macedonum arma, colebantque Ptolemæum, mox Antigonum & Philippum, qui in mediis Græcorum negotiis jactabant se. Postquam vero ad principatum adspiravit Philopœmen, quia potentissimis jam per se erant pares, destiterunt adscititiis uti ducibus. Namque Aratus segnior habitus utique ad dimicandum, comitate benevolentiaque & familiaritatibus regiis pleraque negotia, sicut in vita ejus exposuimus, transegit: at bonus Philopœmen bellator, atque in armis strenuus, fœlix præterea & victorias adeptus mox in primis certaminibus, una cum potentia animos Achæorum, quod consuessent cum eo vincere & in quam plurimis deportare lauream prœliis, inflavit.

Primum autem ordinum militarium apud Achæos atque armaturæ correxit vitia. Scuta enim habebant ex tenuitate expeditiora & restrictiora, quam ut tegere possent corpora; lanceas item longe sarissis breviores: unde ob levitatem ad eminus petendum strenui erant & bellaces, comminus non perinde valebant. Modus & forma aciei in orbem non erat in usu: sed quia quadratam aciem, qua utebantur, nec fronte muniebant nec strue, ut moris erat Macedonum, ex facili impellebantur, disjiciebanturque. Ubi hæc Philopœmen digessit, induxit eos ut pro scuto & lancea clypeum & sarissam caperent: simul ut galeis, loricis, ocreisque

ῥάξιν καὶ περικνημῖσιν πεφραγμένους, μόνιμον καὶ βεβηκυῖαν ἀντὶ δρομικῆς καὶ πελταστικῆς μάχην ἀσκεῖν. πείσας δὲ καθοπλίσασθαι τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, πρῶτον μὲν ἐπῆρε θαρρεῖν, ὡς ἀμάχους γεγονότας· ἔπειτα τὰς τρυφὰς αὐτῶν καὶ τὰς πολυτελείας ἄριστα μετεκόσμησεν. ἀφελεῖν γὰρ οὐκ ἦν παντάπασιν ἐκ πολλοῦ νοσούντων τὸν κενὸν καὶ μάταιον ζῆλον, ἐσθῆτας ἀγαπώντων περιττὰς, στρωμνάς τε βαπτομένων ἁλουργεῖς, καὶ περὶ δεῖπνα φιλοτιμουμένων καὶ τραπέζας. ὁ δὲ, ἀρξάμενος ἐκτρέπειν ἀπὸ τῶν οὐκ ἀναγκαίων ἐπὶ τὰ χρήσιμα καὶ καλὰ τὴν φιλοκοσμίαν, ταχὺ πάντας ἔπεισε καὶ παρώρμησε, τὰς καθ' ἡμέραν περὶ σῶμα δαπάνας κολούσαντας, ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς καὶ πολεμικαῖς παρασκευαῖς διαπρεπεῖς ὁρᾶσθαι καὶ κεκοσμημένους. ἦν οὖν ἰδεῖν τὰ μὲν ἐργαστήρια μεστὰ κατακοπτομένων κυλίκων καὶ θηρικλείων, χρυσουμένων δὲ θωράκων, καὶ καταργυρουμένων θυρεῶν καὶ χαλινῶν· τὰ δὲ στάδια πώλων δαμαζομένων, καὶ νεανίσκων ὁπλομαχούντων. ἐν δὲ ταῖς χερσὶ τῶν γυναικῶν κράνη καὶ πτερὰ βαφαῖς κοσμούμενα, καὶ χιτώνων ἱππικῶν καὶ στρατιωτικῶν χλαμύδων διηνθισμένων. ἡ δ' ὄψις αὕτη τὸ θάρσος αὔξουσα, καὶ παρακαλοῦσα τὴν ὁρμὴν, ἐποίει φιλοπαράβολον καὶ πρόθυμον ἐπὶ τοὺς κινδύνους. ἡ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις θεάμασι πολυτέλεια τρυφὴν ἐπάγεται, καὶ μαλακίαν ἐνδίδωσι τοῖς χρωμένοις, ὥσπερ ὑπὸ νυγμῶν καὶ γαργαλισμῶν τῆς αἰσθήσεως συνεπικλώσης τὴν διάνοιαν· ἡ δ' εἰς τὰ τοιαῦτα, ῥώννυσι καὶ μεγαλύνει τὸν θυμόν. ὥσπερ Ὅμηρος ἐποίησεν τὸν Ἀχιλλέα, τῶν καινῶν ὅπλων παρατεθέντων, ἐγγὺς ὑπὸ τῆς ὄψεως οἷον ὀργῶντα καὶ φλεγόμενον

que tecti loco curſoriæ & velitaris pugnæ ſtatariam meditarentur & firmam. Ubi jam pubem ad ita ſe armandum impulit, primum ut invictos confirmavit, deinde delicias & luxum eorum optime invertit. Neque enim eripere ſemel potuit vanum & inane, quod perdiu infecerat animos eorum, deſiderium circa amœniorem veſtium cultum, ſtrata purpurea, ſumptuoſas cœnas menſaſque : ſed quum inſtitiſſet a non neceſſariis cupidos elegantiæ ad neceſſaria deflectere & honeſta, brevi omnes movit atque inflammavit, ut quotidianis repreſſis in corpus ſumptibus, geſtirent in militari & bellico ornatu oſtentare ſe ſplendidos & comptos. Itaque videres plenas officinas calicum & paterarum contundendorum, inaurandarum loricarum, argento inducendorum ſcutorum frænorumque, curricula domandorum equorum & adoleſcentium in armis ſeſe exercentium : in manibus fœminarum galeas, ac criſtas tincturis diſtinctas, ſagulaque equeſtria, & militares lacernas picturatas. Hæc ſpecies animos incendebat eorum, & alacritatem excitabat : unde periculorum contemptores, & prompti ad ſubeunda diſcrimina evaſerunt. Quippe profuſionis ſpectaculum aliis in rebus luxuriam producit, & animos enervat utentium, quaſi per ſtimulos & titillationes animum ſenſu infringente : contra hujuſmodi rerum inſpectio roborat eum, extollitque. Sicut Achillem induxit Homerus novis armis prope ſub oculis poſitis quaſi exultantem & ardentem, ut ea in

μένον πρὸς τὴν δι' αὐτῶν ἐνέργειαν. οὕτω δὲ κοσμήσας τοὺς νέους, ἐγύμναζε καὶ διεπόνει, ταῖς κινήσεσι προθύμως ὑπακούοντας καὶ φιλοτίμως. καὶ γὰρ ἡ τάξις θαυμαστῶς ἠγαπᾶτο, ἄθραυστόν τι λαμβάνειν πύκνωμα δοκοῦσα, καὶ τὰ ὅπλα τοῖς σώμασιν ἐγίνετο χειροήθη καὶ κοῦφα, μεθ' ἡδονῆς διὰ λαμπρότητα καὶ κάλλος ἁπτομένων καὶ φορούντων, ἐναγωνίσασθαί τε βουλομένων, καὶ διακριθῆναι τάχιστα πρὸς τοὺς πολεμίους.

Ἦν δὲ τότε τοῖς Ἀχαιοῖς ὁ πρὸς Μαχανίδαν πόλεμος τὸν Λακεδαιμονίων τύραννον, ἀπὸ πολλῆς καὶ μεγάλης δυνάμεως ἐπιβουλεύοντα πᾶσι Πελοποννησίοις. ὡς οὖν εἰς τὴν Μαντίνειαν ἐμβεβληκὼς ἀπηγγέλθη, κατὰ τάχος ὁ Φιλοποίμην ἐξήγαγε τὴν στρατιὰν ἐπ' αὐτόν. ἐγγὺς δὲ τῆς πόλεως παρετάξαντο, πολλοῖς μὲν ξένοις ἑκάτεροι, πάσαις δὲ ὁμοῦ τι ταῖς πολιτικαῖς δυνάμεσι. γενομένου δὲ τοῦ ἀγῶνος ἐν χερσὶν, ὁ Μαχανίδας τοῖς ξένοις τοὺς τῶν Ἀχαιῶν προτεταγμένους ἀκοντιστὰς καὶ Ταραντίνους τρεψάμενος, ἀντὶ τοῦ χωρεῖν εὐθὺς ἐπὶ τοὺς μαχομένους, καὶ παραρρηγνύναι τὸ συνεστηκὸς, ἐξέπεσε διώκων, καὶ παρήλλαξε τὴν φάλαγγα τῶν Ἀχαιῶν ἐν τάξει μενόντων. ὁ δὲ Φιλοποίμην, τηλικούτου πταίσματος ἐν ἀρχῇ γενομένου, καὶ τῶν πραγμάτων ἀπολωλέναι κομιδῇ καὶ διεφθάρθαι δοκούντων, τοῦτο μὲν ὅμως προσεποιεῖτο παρορᾶν, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινόν· κατιδὼν δὲ τοὺς πολεμίους, ὅσον ἡμάρτανον ἐν τῇ διώξει, τῆς φάλαγγος ἀπορρηγνυμένους, καὶ κενὴν χώραν διδόντας, οὐκ ἀπήντησεν, οὐδ' ἐνέστη φερομένοις αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς φεύγοντας,

in opus educeret. Ad eum modum quum exornaſſet juventutem, exercuit & ſubegit eam, continenter movens: quæ enixe obtemperabat. Siquidem ordo militaris mirifice placebat iis, cujus perfringi globus non videbatur poſſe: reddebanturque corporibus arma tractabilia & levia, quæ ob ſplendorem & decorem verſabant ac ferebant quadam cum voluptate, ut in iis dimicare, & quam primum cum hoſtibus averent decernere.

Bellum ea tempeſtate Achæis erat cum Machanida Lacedæmoniorum tyranno, qui multa & magna potentia ſuccinctus, omnibus Peloponneſum incolentibus minabatur. Quem ut Mantineorum fines nuntiatum eſt invaſiſſe, Philopœmen raptim egit in eum copias. Inſtruxerat in conſpectu urbis Mantineæ aciem. Habebat autem uterque ſub ſignis magnum externorum militum numerum & urbanas copias pene omnes. Ubi jam ad concurrendum ventum eſt, & milite externo Machanidas Achæorum jaculatores & Tarentinos, qui ante ſigna locati Achæorum fuerunt, pepulit, omiſſo incurrere illico in aciem eorum & divellere globum, ablatus eſt dum conſectatur effuſos, præterlatuſque aciem eſt Achæorum, qui integris adhuc ordinibus conſiſtebant. Philopœmen autem, quum in principio eſſet tam graviter titubatum, atque actum eſſe omniaque jam perdita viderentur, ea re diſſimulata, quaſi nihil incommodi accidiſſet, ut conſpexit quantum in perſequendo hoſtes offenderent, divulſi ab acie ſua, ac locum aperientes vacuum, non occurrit, neque objecit ſe fugientes per-

γοντας, ἀλλ' ἐάσας παρελθεῖν, καὶ διάσπασμα ποιήσας μέγα, πρὸς τοὺς ὁπλίτας εὐθὺς ἦγε τῶν Λακεδαιμονίων, ὁρῶν τὴν φάλαγγα γυμνὴν ἀπολελειμμένην· καὶ κατὰ κέρας παραδραμὼν ἐνέβαλεν, μήτε ἄρχοντος αὐτοῖς παρόντος, μήτε μάχεσθαι προσδεχομένοις. νικᾶν γὰρ ἡγοῦντο καὶ κρατεῖν παντάπασιν, διώκοντα τὸν Μαχανίδαν ὁρῶντες. ὠσάμενος δὲ τούτους φόνῳ πολλῷ (λέγονται γὰρ ὑπὲρ τοὺς τετρακισχιλίους ἀποθανεῖν) ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Μαχανίδαν, ἐκ τῆς διώξεως ἀναστρέφοντα μετὰ τῶν ξένων. τάφρου δὲ μεγάλης καὶ βαθείας ἐν μέσῳ διειργούσης, παρεξήλαυνον ἀλλήλοις ἑκατέρωθεν· ὁ μὲν διαβῆναι καὶ φυγεῖν, ὁ δὲ τοῦτο κωλῦσαι βουλόμενος. ἦν δὲ ὄψις οὐχ ὡς στρατηγῶν μαχομένων, ἀλλ' ὥσπερ θηρίων πρὸς ἀλκὴν ὑπ' ἀνάγκης τρεπομένων, δεινοῦ κυνηγέτου τοῦ Φιλοποίμενος συνεστῶτος. ἔνθα ὁ μὲν ἵππος τοῦ τυράννου ῥωμαλέος ὢν καὶ θυμοειδὴς καὶ τοῖς μύωψιν αἱμαχθεὶς ἑκατέρωθεν, ἐπετόλμησε τῇ διαβάσει, καὶ προσβαλὼν τῇ τάφρῳ τὸ στῆθος, ἐβιάζετο τοῖς προσθίοις πέραν ἐρείσασθαι σκέλεσιν. ἐν δὲ τούτῳ Σιμμίας καὶ Πολύαινος, οἵπερ ἀεὶ τῷ Φιλοποίμενι παρῆσαν μαχομένῳ καὶ συνήσπιζον, ὁμοῦ προσήλαυνον ἀμφότεροι, τὰς αἰχμὰς κλίναντες ἐναντίας. φθάνει δὲ αὐτοὺς ὁ Φιλοποίμην ἀπαντήσας τῷ Μαχανίδᾳ, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ μετεωρίζοντα τὴν κεφαλὴν πρὸ τοῦ σώματος ὁρῶν, μικρὸν ἐνέκλινεν τὸν ἴδιον, καὶ διαλαβὼν τὸ ξυστὸν, ἐκ χειρὸς ὠθεῖ, καὶ περιτρέπει τὸν ἄνδρα συνεπερείσας. τοῦτο ἔχων τὸ σχῆμα χαλκοῦς ἐν Δελφοῖς ἕστηκεν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, θαυμασάντων μάλιστα καὶ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ καὶ τὴν στρατηγίαν ἐκείνην.

Λέ-

persequentibus, sed permisit eos prætervehi. Ubi jam magnum intervallum fecerunt, confestim signa intulit in pedites, quos nudos videbat relictos: cornibusque exporrectis ex latere incurrit in destitutos duce, nec pugnam expectantes. Nam quum tergis inhærentem fugientium aspicerent Machanidam, victoriam existimabant suam, atque hostes omni ex parte profligatos. Hos ut multa cæde avertit (quippe supra quatuor millia occubuisse feruntur) contendit in revertentem cum mercenariis ab hostium insectatione Machanidam. Ingens fossa & alta interjecta dirimebat eos, ex cujus utroque margine obequitabant sibi adversi: hic quo transiret ad capessendam fugam, ille ut id impediret. Erat species non quasi ducum præliantium, sed sicut ferarum, quas ad prœlium adigit necessitas, acri instante venatore Philopœmene. Hic equus tyranni fortis & ferox, utrinque calcaribus concitatus tentavit transilire fossam, impactoque in fossam pectore annitebatur prioribus pedibus trajicere. Interea Simmias & Polyænus, qui semper in prœliis soliti erant Philopœmeni assistere & eum stipare, simul ambo advolant equis. Quos infestas inclinantes hastas prævenit Philopœmen, atque obvium objecit se Machanidæ. Cujus equum quum videret sublato capite corpus ejus tegentem, deflexit paululum suum, atque infesta hasta omni vi intorta illum effusum connixus resupinat. Ea figura Achæi statuam huic Delphis, admirati supra modum tum factum hoc, tum ejus illo in prœlio consilium, posuere.

Fama

Λέγεται δὲ τῆς Νεμείων πανηγύρεως συνεστώσης, στρατηγοῦντα τὸν Φιλοποίμενα τὸ δεύτερον, καὶ νενικηκότα μὲν οὐ πάλαι τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην, τότε δὲ σχολὴν ἄγοντα διὰ τὴν ἑορτήν, πρῶτον μὲν ἐπιδεῖξαι τοῖς Ἕλλησι κεκοσμημένην τὴν φάλαγγα, καὶ κινουμένην, ὥσπερ εἴθιστο, τοὺς τακτικοὺς ῥυθμοὺς μετὰ τάχους καὶ ῥώμης· ἔπειτα, κιθαρῳδῶν ἀγωνιζομένων, εἰς τὸ θέατρον παρελθεῖν, ἔχοντα τοὺς νεανίσκους ἐν ταῖς στρατιωτικαῖς χλαμύσι, καὶ τοῖς φοινικοῖς ὑποδύταις, ἀκμάζοντάς τε τοῖς σώμασιν ἅπαντας καὶ ταῖς ἡλικίαις παρ' ἀλλήλους, αἰδῶ δὲ πολλὴν πρὸς τὸν ἄρχοντα καὶ φρόνημα νεανικὸν ὑποφαίνοντας, ἐκ πολλῶν καὶ καλῶν ἀγώνων. ἄρτι δὲ αὐτῶν εἰσελθόντων, κατὰ τύχην Πυλάδην τὸν κιθαρῳδὸν ᾄδοντα τοὺς Τιμοθέου Πέρσας ἐνάρξασθαι,

Κλεινὸν ἐλευθερίας τεύχων μέγαν Ἑλλάδι κόσμον.

ἅμα δὲ τῇ λαμπρότητι τῆς φωνῆς τοῦ περὶ τὴν ποίησιν ὄγκου συμπρέψαντος, ἐπίβλεψιν γενέσθαι τοῦ θεάτρου πανταχόθεν εἰς τὸν Φιλοποίμενα, καὶ κρότον μετὰ χαρᾶς, τῶν Ἑλλήνων τὸ παλαιὸν ἀξίωμα ταῖς ἐλπίσιν ἀναλαμβανόντων, καὶ τοῦ τότε φρονήματος ἔγγιστα τῷ θαρρεῖν γινομένων.

Παρὰ δὲ τὰς μάχας καὶ τοὺς κινδύνους, ὥσπερ οἱ πῶλοι τοὺς συνήθεις ἐπιβάτας ποθοῦντες, ἐὰν ἄλλον φέρωσιν, πτύρονται καὶ ξενοπαθοῦσιν· οὕτως ἡ δύναμις τῶν Ἀχαιῶν ἑτέρου στρατηγοῦντος ἠθύμει, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἐπάπταινεν, καὶ μόνον ὀφθέντος, εὐθὺς ὀρθὴ καὶ δραστήριος ἦν διὰ τὸ θαρρεῖν· ἅτε δὴ καὶ τοὺς ἐναντίους αἰσθανόμενοι πρὸς ἕνα τοῦτον τῶν στρατηγῶν ἀντιβλέπειν

οὐ

Fama est in ludis Nemæorum Philopœmenem iterum prætorem, non ita diu ab hac ad Mantineam pugna, quum ejus celebritatis causa in otio esset, primum exhibuisse Græcis adornatam phalangem & motus edentem, ut in acie solet, compositos cum agilitate & robore: inde certantibus citharœdis in theatrum prodiisse, quem juvenes stipabant lacernis militaribus & puniceis amicti sagis, cum corporibus florentes omnes, tum pares ætate: qui singularem adversus ducem reverentiam, & spiritus ex multis & egregiis certaminibus elatos præ se ferebant. His commodum ingressis, forte Pyladem citharœdum cecinisse Timothei Persas, hoc modo exorsum,

Assertis decus hic quæsivit nobile Graiis.

Grandiloquentia autem poetæ cum canora congruente voce, oculos ex omni parte theatri conjectos in Philopœmenem fuisse, ac plausum editum lætissimum a Græcis, qui veterem dignitatem spe concipiebant, & ad illos animos proxime accedebant fiducia.

In prœliis autem & discriminibus, sicut equi novelli consuetum sessorem quærunt, alium si vehant, tumultuantur & ferociunt; ita exercitus Achæorum dejiciebat alio duce animum, atque illum avide circumspectabat, quo viso tantum, illico erat ex fidentia erectus agilisque. Nempe hostes intelligebant unum hunc contueri non posse,

4

οὐ δυναμένους, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ τοὔνομα δεδοικότας. ὡς ἦν φανερὸν ἐξ ὧν ἔπραξαν. Φίλιππος μὲν γὰρ ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, οἰόμενος, ἂν ἐκποδὼν ὁ Φιλοποίμην γένηται, πάλιν ὑποπτήξειν αὐτῷ τοὺς Ἀχαιοὺς, ἔπεμψεν εἰς Ἄργος κρύφα τοὺς ἀναιρήσοντας αὐτόν. διαγνωσθείσης δὲ τῆς ἐπιβουλῆς, παντάπασιν ἐξεμισήθη καὶ διεβλήθη πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Βοιωτοὶ δὲ πολιορκοῦντες Μέγαρα, καὶ λήψεσθαι ταχέως ἐλπίζοντες, ἐξαίφνης λόγου προσπεσόντος αὐτοῖς, ὃς οὐκ ἦν ἀληθὴς, Φιλοποίμενα βοηθοῦντα τοῖς πολιορκουμένοις ἐγγὺς εἶναι, τὰς κλίμακας ἀφέντες ἤδη προσερηρεισμένας τοῖς τείχεσιν, ᾤχοντο φεύγοντες. Νάβιδος δὲ, τοῦ μετὰ Μαχανίδαν τυραννοῦντος Λακεδαιμονίων, Μεσσήνην ἄφνω καταλαβόντος, ἐτύγχανε μὲν ἰδιώτης ὢν τότε ὁ Φιλοποίμην, καὶ δυνάμεως οὐδεμιᾶς κύριος. ἐπεὶ δὲ τὸν στρατηγοῦντα τῶν Ἀχαιῶν Λύσιππον οὐκ ἔπειθεν βοηθεῖν τοῖς Μεσσηνίοις, ἀπολωλέναι κομιδῇ φάσκοντα τὴν πόλιν, ἔνδον γεγονότων τῶν πολεμίων, αὐτὸς ἐβοήθει, τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας ἀναλαβὼν, οὔτε νόμον οὔτε χειροτονίαν περιμείναντας, ἀλλ᾽ ὡς διαπαντὸς ἄρχοντι τῷ κρείττονι κατὰ φύσιν ἑπομένους. ἤδη δ᾽ αὐτοῦ πλησίον ὄντος, ἀκούσας ὁ Νάβις οὐχ ὑπέστη, καίπερ ἐν τῇ πόλει στρατοπεδεύων, ἀλλ᾽ ὑπεκδὺς διὰ πυλῶν ἑτέρων, κατὰ τάχος ἀπήγαγε τὴν δύναμιν, εὐτυχίᾳ χρήσεσθαι δοκῶν εἰ διαφύγοι· καὶ διέφυγε, Μεσσήνη δ᾽ ἠλευθέρωτο.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ καλὰ τοῦ Φιλοποίμενος. ἡ δ᾽ εἰς Κρήτην αὖθις ἀποδημία, Γορτυνίων δεηθέντων ὡς χρήσαιντο πολεμούμενοι στρατηγῷ, διαβο-

λὴν

se, sed & gloriam ejus & nomen, ut re ipsa declararunt, formidare. Siquidem Macedonum rex Philippus, ratus sublato de medio Philopœmene, Achæos iterum ipsum præ metu respecturos, misit certos occulte Argos qui eum trucidarent: ac detectis insidiis plane flagravit invidia, & traductus est apud Græcos. Bœotii Megaram obsidentes, quum sperarent se jamjam oppidum expugnaturos, vano repente allato rumore Philopœmenem suppetias obsessis venientem adesse, scalis quæ muris jam erant admotæ relictis, fugæ consuluerunt. Quo tempore Nabis, qui Lacedæmoniorum tyrannus secundum Machanidam fuit, occupavit Messenen; erat privatus Philopœmen, nec ullis copiis præerat. Qui quum prætorem Achæorum, ut opem ferret Messeniis, non potuit Lysippum inducere, quia plane actum dictatabat esse de oppido, quod tenerent hostes, ipse statuit subvenire suis comitatus civibus, qui nullam morabantur legem vel plebiscitum, sed quasi semper ex naturæ præscripto imperantem sunt sequuti eum, qui esset præstantissimus. Ut hunc Nabidi nuntiatum est in propinquo esse, non remansit illic, quamvis castra in oppido haberet, sed subduxit se per aversam portam, agmenque raptim abegit, præclare secum agi ratus, si elaberetur. Et quidem elapsus est: cæterum libertati restituta est Messene.

Hactenus commendatur Philopœmen. At secunda in Cretam profectio ejus, accersentibus Gortyniis, ut armis lacessiti eo duce uterentur,

 cul-

λὴν ἔσχεν, ὅτι τῆς πατρίδος αὐτοῦ πολεμουμένης ὑπὸ Νάβιδος, ἀπῆν φυγομαχῶν, ἢ φιλοτιμούμενος ἀκαίρως πρὸς ἑτέρους. καίτοι συντόνως οὕτως ἐπολεμήθησαν Μεγαλοπολῖται κατὰ τὸν χρόνον ἐκεῖνον, ὥστε τοῖς μὲν τείχεσιν ἐνοικεῖν, σπείρειν δὲ τοὺς στενωποὺς, περικεκομμένης τῆς χώρας, καὶ τῶν πολεμίων σχεδὸν ἐν ταῖς πύλαις στρατοπεδευόντων. ὁ δὲ Κρησὶ πολεμῶν τηνικαῦτα, καὶ στρατηγῶν διαπόντιος, ἐγκλήματα παρεῖχεν καθ' ἑαυτοῦ τοῖς ἐχθροῖς, ὡς ἀποδιδράσκων τὸν οἴκοι πόλεμον. ἦσαν δέ τινες οἱ λέγοντες, ἑτέρους τῶν Ἀχαιῶν ᾑρημένων ἄρχοντας, ἰδιώτην ὄντα τὸν Φιλοποίμενα, χρῆσαι τὴν ἑαυτοῦ σχολὴν ἐφ' ἡγεμονίᾳ δεηθεῖσι τοῖς Γορτυνίοις. ἦν γὰρ ἀλλότριος σχολῆς, καθάπερ ἄλλό τι χρῆμα, τὴν στρατηγικὴν καὶ πολεμικὴν ἀρετὴν ἔχειν διαπαντὸς ἐν χρήσει καὶ τριβῇ βουλόμενος· ὡς καὶ τὸ περὶ Πτολεμαίου ποτὲ ῥηθὲν τοῦ βασιλέως ἀπεδήλωσεν. ἐκεῖνον γὰρ ἐγκωμιαζόντων τινῶν, ὡς εὖ μὲν ἐξασκοῦντα τὸ στράτευμα καθ' ἡμέραν, εὖ δὲ γυμνάζοντα καὶ φιλοπόνως διὰ τῶν ὅπλων τὸ σῶμα, Καὶ τίς ἂν, ἔφη, βασιλέα θαυμάσειεν, ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας μὴ ἐπιδεικνύμενον, ἀλλὰ μελετῶντα; χαλεπῶς δ' οὖν οἱ Μεγαλοπολῖται φέροντες ἐπὶ τούτῳ, καὶ προδεδόσθαι νομίζοντες, ἐπεχείρησαν ἀποξενοῦν αὐτόν· οἱ δ' Ἀχαιοὶ διεκώλυσαν, Ἀρισταίνετον πέμψαντες εἰς Μεγάλην πόλιν στρατηγόν. ὃς, καίπερ ὢν διάφορος τῷ Φιλοποίμενι περὶ τὴν πολιτείαν, οὐκ εἴασεν τελεσθῆναι τὴν καταδίκην. ἐκ δὲ τούτου, παρορώμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὁ Φιλοποίμην, ἀπέστησε πολλὰς τῶν περιοικίδων κωμῶν, λέγειν διδάξας ὡς οὐ συνετέλουν, οὐδὲ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς ἐκείνων. καὶ λεγούσαις ταῦ-

culpata est, quod flagrante bello patria sua a Nabide illato abscessisset ipse, vel belli metu, vel intempestiva ad alios ambitione. Licet id temporis bello tam acri premerentur Megalopolitani, ut muris inclusi devastato agro consererent vias frugibus, & hostes castra prope in ipsis locassent portis. Hic autem ea tempestate belligerans cum Cretensibus & ducem agens in regione transmarina, ansam præbuit iniquis calumniandi se, quasi bellum domesticum subterfugeret. Nonnulli tamen dicebant, aliis designatis Achæorum prætoribus, quia esset sine imperio Philopœmen, orantibus Gortyniis otium suum contulisse eum ad exercitum ducendum. Neque enim ferebat otium, sed imperatoriam & bellicam virtutem volebat, sicut magnum negotium, perpetuo in manibus haberi & versari. Cui consonat id quod aliquando de rege Ptolemæo dixit. Siquidem quum eum quidam ferrent laudibus, quod & exercitum quotidie probe exerceret, & ipse probe & sedulo in armis subigeret corpus suum, Atqui quis regem (inquit) hoc ætatis suspiciat non opus edentem, sed meditantem? Hac igitur de causa infensi Megalopolitani & se rati proditos, instituerunt ei exilium irrogare. Cui rei obstiterunt tamen Achæi, ducem mittentes Megalopolitanis Aristænetum: qui quamvis cum Philopœmene ei dissensiones essent de repub. ne damnaretur, intercessit. Inde a civibus Philopœmen fastiditus, perpulit multa finitima castella ad defectionem, suggerens ut allegarent non fuisse ab initio se censos, nec illis contributos. Qui-

bus

ταῦτα φανερῶς συνηγωνίσατο, καὶ συγκατεστασίασεν τὴν πόλιν ἐπὶ τῶν Ἀχαιῶν. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. ἐν δὲ τῇ Κρήτῃ συνεπολέμει τοῖς Γορτυνίοις, οὐχ, ὡς Πελοποννήσιος ἀνὴρ καὶ Ἀρκὰς, ἁπλοῦν τινα καὶ γενναῖον πόλεμον, ἀλλὰ τὸ Κρητικὸν ἦθος ἐνδὺς, καὶ τοῖς ἐκείνων σοφίσμασι καὶ δόλοις, κλωπείαις τε καὶ λοχισμοῖς χρώμενος ἐπ' αὐτοὺς, ταχὺ παῖδας ἀπέδειξεν ἀνόητα καὶ κενὰ πρὸς ἐμπειρίαν ἀληθινὴν πανουργοῦντας.

Ἐπὶ τούτοις δὲ θαυμασθεὶς καὶ λαμπρῶς περὶ τῶν ἐκεῖ πράξεων ἀνακομισθεὶς εἰς Πελοπόννησον, εὗρεν τὸν μὲν Φίλιππον ὑπὸ τοῦ Τίτου καταπεπολεμημένον, τὸν δὲ Νάβιν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν καὶ τῶν Ῥωμαίων πολεμούμενον. ἐφ' ὃν εὐθὺς αἱρεθεὶς ἄρχων, καὶ ναυμαχίᾳ παραβαλλόμενος, τὸ τοῦ Ἐπαμεινώνδου παθεῖν ἔδοξε, πολὺ τῆς περὶ αὐτὸν ἀρετῆς καὶ τῆς δόξης ἀφαιρεθεὶς, ἐν τῇ θαλάσσῃ κάκιον ἀγωνισάμενος. πλὴν Ἐπαμεινώνδαν μὲν ἔνιοι λέγουσιν ὀκνοῦντα γεῦσαι τῶν κατὰ θάλασσαν ὠφελειῶν τοὺς πολίτας, ὅπως αὐτῷ μὴ λάθωσιν ἀντὶ μονίμων ὁπλιτῶν, κατὰ Πλάτωνα, ναῦται γενόμενοι, καὶ διαφθαρέντες, ἄπρακτοι ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ τῶν νήσων ἀπελθεῖν ἑκουσίως. Φιλοποίμην δὲ τὴν ἐν τοῖς πεζοῖς ἐπιστήμην καὶ διὰ θαλάττης ἀρκέσειν αὐτῷ πρὸς τὸ καλῶς ἀγωνίσασθαι πεπεισμένος, ἔγνω τὴν ἄσκησιν, ἡλίκον μέρος ἐστὶ τῆς ἀρετῆς, καὶ πόσην ἐπὶ πάντα τοῖς ἐθισθεῖσιν δύναμιν προστίθησιν. οὐ γὰρ μόνον ἐν τῇ ναυμαχίᾳ διὰ τὴν ἀπειρίαν ἔλαττον ἔσχεν, ἀλλὰ καὶ ναῦν τινα, παλαιὰν μὲν, ἔνδοξον δὲ δι' ἐτῶν τεσσαράκοντα κατασπάσας ἐπλήρωσεν· ὥστε μὴ στεγούσης, κινδυνεῦσαι τοὺς πολίτας. πρὸς ταῦτα γινώσκων κα-

bus hoc obtendentibus aperte eſt patrocinatus, atque ita ſuam civitatem in concilio Achæorum preſſit. Verum hæc ſunt poſt inſequuta. In Creta partes ſequutus Gortyniorum, bellum non ut Peloponneſius & Arcas ſimpliciter geſſit & generoſe: ſed mores induens Creticos, eorumque in ipſos technis, dolis, furtis & inſidiis utens, brevi pueros oſtendit illos eſſe, qui fatuas & inanes adverſus veram belli peritiam fallacias contechnarentur.

Ob hæc celebris & inclytus ex rebus ibi geſtis reverſus in Peloponneſum, Philippum offendit a Tito Quintio devictum, preſſumque Achæorum & Romanorum armis Nabidem. In quem dux illico deſignatus, quum prœlio navali aleam jaceret, in idem ac Epaminondas viſus eſt impegiſſe, magnamque ex eo quod minus proſpere mari decertaſſet, virtutis & exiſtimationis ſuæ feciſſe jacturam. Cæterum Epaminondam quidem referunt, quod nollet civibus ſuis guſtum præbere commoditatum maritimarum, ne pro ſtatariis militibus (ut apud Platonem eſt) imprudenti ſibi nautæ evaderent, & vitioſi, ultro re infecta ex Aſia & inſulis domum repetiſſe. Philopœmen vero ſcientiam terreſtrem ſibi ratus ſufficere vel in pelago ad rem bene gerendam, didicit quantum momenti ad virtutem & quantum in omnia adferat ponderis exercitatio meditatis. Non modo enim marte navali ob imperitiam ſuccubuit, verum etiam navem, veterem illam quidem ſed celebrem, poſt annos quadraginta deduxit & complevit. Quæ quum onus non ferret, adducti cives in periculum fuere. Ob hoc ubi animad-

καταφρονοῦντας αὐτοῦ τοὺς πολεμίους, ὡς παντάπασι πεφευγότος ἐκ τῆς θαλάττης, καὶ πολιορκοῦντας ὑπερηφάνως τὸ Γύθιον, εὐθὺς ἐπέπλευσεν αὐτοῖς, οὐ προσδοκῶσιν, ἀλλ᾽ ἐκλελυμένοις διὰ τὴν νίκην. καὶ νυκτὸς ἐκβιβάσας τοὺς στρατιώτας, καὶ προσαγαγὼν πῦρ, ἐνῆκε ταῖς σκηναῖς, καὶ τὸ στρατόπεδον κατέκαυσε, καὶ πολλοὺς διέφθειρεν. ὀλίγαις δ᾽ ὕστερον ἡμέραις, καθ᾽ ὁδὸν ἐν δυσχωρίαις τισὶν ἄφνω τοῦ Νάβιδος ἐπιφανέντος αὐτῷ, καὶ φοβήσαντος τοὺς Ἀχαιοὺς, ἀνέλπιστον ἡγουμένους τὴν σωτηρίαν ἐκ τόπων χαλεπῶν καὶ γεγονότων ὑποχειρίων τοῖς πολεμίοις, ὀλίγον χρόνον ἐπιστὰς, καὶ περιλαβὼν ὄψει τὴν τοῦ χωρίου φύσιν, ἐπέδειξεν τὴν τακτικὴν τῶν ἄκρων τῆς πολεμικῆς τέχνην οὖσαν. οὕτω μικρὰ κινήσας τὴν ἑαυτοῦ φάλαγγα, καὶ πρὸς τὰ παρόντα μεθαρμόσας, ἀθορύβως καὶ ῥᾳδίως διεκρούσατο τὴν ἀπορίαν, καὶ προσβαλὼν τοῖς πολεμίοις, τροπὴν ἰσχυρὰν ἐποίησεν. ἐπεὶ δὲ οὐ πρὸς τὴν πόλιν ἑώρα φεύγοντας, ἀλλὰ τῆς χώρας ἄλλον ἄλλῃ διασπειρόμενον, ὑλώδης δὲ καὶ περίβουνος ἦν πᾶσα καὶ δύσιππος ὑπὸ ῥείθρων καὶ φαράγγων, τὴν μὲν δίωξιν ἐπέσχεν, καὶ κατεστρατοπέδευσεν ἔτι φωτὸς ὄντος. τεκμαιρόμενος δὲ τοὺς πολεμίους ἐκ τῆς φυγῆς καθ᾽ ἕνα καὶ δύο πρὸς τὴν πόλιν ὑπάξειν σκοταίους, ἐλλοχίζει τοῖς περὶ τὸ ἄστυ ῥείθροις καὶ λόφοις πολλοὺς ἔχοντας ἐγχειρίδια τῶν Ἀχαιῶν. ἐνταῦθα πλείστους ἀποθανεῖν συνέβη τῶν τοῦ Νάβιδος. ἅτε γὰρ οὐκ ἀθρόαν ποιούμενοι τὴν ἀναχώρησιν, ἀλλ᾽ ὡς ἑκάστοις αἱ φυγαὶ συνετύγχανον, ὥσπερ ὄρνιθες ἡλίσκοντο περὶ τὴν πόλιν, εἰς τὰς τῶν πολεμίων χεῖρας καταίροντες.

Ἐπὶ

animadvertit hostes ipsius contemptu, quasi in totum ex mari refugisset, Gythium insolenter obsidere, confestim egit in non expectantes & victoria solutos classem: ac nocte exscensione facta ignem admovit, eoque tentoriis injecto castra illorum incendit, multosque peremit. Paucis post diebus, quum ex itinere eum Nabis subito in angustiis deprehendisset, trepidationemque injecisset Achæis, nulla ratione ex locis difficilibus & hosti subditis explicare salutem se ratis posse, paulisper resistens, ut loci naturam circumspexit, artem aciei instruendæ esse ostendit in re militari primam. Itaque converso paululum agmine suo & ad rem præsentem versato, sedate & nullo negotio exemit perplexitatem suis, atque impressione facta hostes in effusam fugam avertit. Quos quum non ad urbem videret fugam intendentes, sed per agrum alium alio delabentes (erat autem saltuosus, montosus, & equitatui ob rivos & lacunas incommodus) cecinit receptui, castraque luce adhuc metatus est. Quia vero conjectura prospiciebat hostes ex fuga singulos vel binos per tenebras in urbem se subducturos, in rivis & collibus urbi vicinis frequentes Achæos cum gladiis condit; ubi contigit plurimos Nabidis milites cadere. Quippe non recipiebant se confertim, sed ut quosque conglobaverat fuga, avium more in manus hostiles delabentes circa urbem capiebantur.

Ob

Ἐπὶ τούτοις ἀγαπώμενος καὶ τιμώμενος ἐκπρεπῶς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐν τοῖς θεάτροις, φιλότιμον ὄντα τὸν Τίτον ἡσυχῇ παρελύπει. καὶ γὰρ ὡς Ῥωμαίων ὕπατος, ἀνδρὸς Ἀρκάδος ἠξίου θαυμάζεσθαι μᾶλλον ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ ταῖς εὐεργεσίαις ὑπερβάλλειν οὐ παρὰ μικρὸν ἡγεῖτο, δι' ἑνὸς κηρύγματος ἐλευθερώσας τὴν Ἑλλάδα, ὅση Φιλίππῳ καὶ Μακεδόσιν ἐδούλευσεν. ἐκ δὲ τούτου καταλύεται μὲν ὁ Τίτος πρὸς Νάβιδα τὸν πόλεμον, ἀποθνήσκει δὲ ὁ Νάβις ὑπὸ Αἰτωλῶν δολοφονηθείς. ταραττομένης δὲ τῆς Σπάρτης, ὁ Φιλοποίμην ἁρπάσας τὸν καιρὸν, ἐπιπίπτει μετὰ δυνάμεως, καὶ τῶν μὲν ἀκόντων, τοὺς δὲ συμπείσας προσηγάγετο, καὶ μετεκόσμησεν εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς τὴν πόλιν. οὗ γενομένου, θαυμαστῶς μὲν εὐδοκίμησε παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς, προσκτησάμενος αὐτοῖς ἀξίωμα πόλεως τηλικαύτης καὶ δύναμιν. οὐ γὰρ ἦν μικρὸν, Ἀχαΐας μέρος γενέσθαι τὴν Σπάρτην. ἀνέλαβεν δὲ καὶ Λακεδαιμονίων τοὺς ἀρίστους, φύλακα τῆς ἐλευθερίας ἐκεῖνον ἐλπίσαντας ἕξειν. διὸ καὶ τὴν Νάβιδος οἰκίαν καὶ οὐσίαν ἐξαργυρωθεῖσαν, καὶ γενομένην εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ταλάντων, ἐψηφίσαντο δωρεὰν αὐτῷ δοῦναι, πρεσβείαν ὑπὲρ τούτων πέμψαντες. ἔνθα δὴ καὶ διεφάνη καθαρὸς ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ, οὐ δοκῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὢν ἄριστος. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδεὶς ἐβούλετο τῶν Σπαρτιατῶν ἀνδρὶ τοιούτῳ διαλέγεσθαι περὶ δωροδοκίας, ἀλλὰ δεδοικότες καὶ ἀναδυόμενοι, προεβάλοντο τὸν ξένον αὐτοῦ Τιμόλαον. ἔπειτα δὲ αὐτὸς ὁ Τιμόλαος, ὡς ἦλθεν εἰς Μεγάλην πόλιν ἑστιαθεὶς παρὰ τῷ Φιλοποίμενι, καὶ τὴν σεμνότητα τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀφέλειαν τῆς διαίτης, καὶ τὸ ἦθος ἐγγύθεν

Ob quæ quum a Græcis per theatra eximiis celebraretur & ornaretur honoribus, nonnihil T. Quintium obiter offendit gloriæ avidum. Volebat enim supra hominem Arcadem ut consul Romanus ab Achæis honorari: & qui totam Græciam, quæcunque Philippo & Macedonibus servierat, uno edicto restituerat in libertatem, non parum superare se eum beneficiis arbitrabatur. Inde T. Quintius pacem cum Nabide facit. Nabis autem insidiis ab Ætolis circumventus occumbit. Turbatis rebus Spartæ, Philopœmen arrepta occasione supervenit cum exercitu, ac quibusdam invitis, aliis in sententiam suam adductis, civitatem impulit, ut corpori se Achæorum contribueret. Quo facto mirum quantum comparavit apud Achæos laudis, quod tantæ urbem amplitudinis & potentiæ iis adjunxisset. Neque enim leve erat, partem fieri Achaiæ Lacedæmonem. Conciliavit etiam sibi optimates Lacedæmoniorum, qui libertatis se illum custodem habituros sperabant. Unde Nabidis domum & bona venum dederunt, ex quibus coacta viginti & centum talenta, dono ei suffragiis dare decreverunt, atque ad id offerendum ei legatos misere. Enimvero hic effulsit abstinentia ejus, qui non videbatur tantum, sed erat integerrimus. Namque primum nemo talem virum sustinebat Spartiatarum de eo capiendo munere appellare, sed verentes detrectantesque hospitem ejus nominarunt Timolaum. Qui ut venit Megalopolin, ac convivio a Philopœmene exceptus gravitatem sermonis ejus & vitæ frugalitatem integritatemque animadvertit morum, ad quos haudquaquam aditus propior

θεν οὐδαμῆ πρόσιτον οὐδὲ εὐάλωτον ὑπὸ χρημάτων κατανοήσας, ἀπεσιώπησε περὶ τῆς δωρεᾶς· ἑτέραν δέ τινα πρόφασιν τῆς πρὸς αὐτὸν ὁδοῦ ποιησάμενος, ὡς ᾤχετο ἀπιὼν, καὶ πάλιν ἐκ δευτέρου πεμφθεὶς ταυτὸ ἔπαθεν. τρίτῃ δὲ ὁδῷ μόλις ἐντυχὼν, ἐδήλωσε τὴν προθυμίαν τῆς πόλεως. ὁ δὲ Φιλοποίμην ἡδέως ἀκούσας, ἧκεν αὐτὸς εἰς Λακεδαίμονα, καὶ συνεβούλευσεν αὐτοῖς μὴ τοὺς φίλους ἀγαθοὺς δεκάζειν, ὧν προῖκα τῆς ἀρετῆς ἔξεστιν ἀπολαύειν, ἀλλὰ τοὺς πονηροὺς καὶ τὴν πόλιν ἐν τῷ συνεδρίῳ καταστασιάζοντας ὠνεῖσθαι καὶ διαφθείρειν· ἵνα τῷ λαβεῖν ἐπιστομισθέντες, ἧττον ἐνοχλοῖεν αὐτοῖς. βέλτιον γὰρ εἶναι τῶν ἐχθρῶν παραιρεῖσθαι τὴν παῤῥησίαν ἢ τῶν φίλων. οὕτω μὲν ἦν πρὸς χρήματα λαμπρός.

Ἐπεὶ δὲ πάλιν τοὺς Λακεδαιμονίους νεωτερίζειν ἀκούσας ὁ στρατηγὸς τῶν Ἀχαιῶν Διοφάνης, ἐβούλετο κολάζειν, οἱ δὲ εἰς πόλεμον καθιστάμενοι διετάρασσον τὴν Πελοπόννησον, ἐπειρᾶτο πραΰνειν καὶ καταπαύειν τὸν Διοφάνη τῆς ὀργῆς ὁ Φιλοποίμην· διδάσκων τὸν καιρὸν, ὡς Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως, καὶ Ῥωμαίων ἐν τῇ Ἑλλάδι τηλικούτοις αἰωρουμένων στρατοπέδοις, ἐκεῖσε χρὴ τὸν ἄρχοντα τὴν γνώμην ἔχειν, τὰ δ᾽ οἰκεῖα μὴ κινεῖν, ἀλλὰ καὶ παριδεῖν τι καὶ παρακοῦσαι τῶν ἁμαρτανομένων. οὐ προσέχοντος δὲ τοῦ Διοφάνους, ἀλλ᾽ εἰς τὴν Λακωνικὴν ἐμβαλόντος ἅμα τῷ Τίτῳ, καὶ βαδιζόντων εὐθὺς ἐπὶ τὴν πόλιν, ἀγανακτήσας ὁ Φιλοποίμην, ἔργον οὐ νόμιμον οὐδ᾽ ἀπηκριβωμένον ἐκ τῶν δικαίων, ἀλλὰ μέγα καὶ μεγάλῳ φρονήματι τολμήσας, εἰς τὴν Λακεδαίμονα παρῆλθεν· καὶ τόν τε στρατηγὸν τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τὸν ὕπατον

τῶν

pior aut insidiæ a pecunia paterent, oppressit mentionem doni, ac prætextu adventus sui allegato alio domum est regressus. Iterum missus nihilo plus egit. Tertia legatione vix tandem ejus rei mentionem inferens, propensum animum declaravit ei civitatis. At Philopœmen grato animo auditis mandatis, perrexit ipse Lacedæmonem, consuluitque eis ne bonos amicos, quorum liceret virtute frui gratis, largitionibus instituerent labefactare, sed improbos & eos qui civitatem in concilio premant, redimerent & corrumperent, ut munere deliniti, minus ipsis obstreperent. Quippe inimicis ait præstare liberam vocem quam amicis præcidere. Adeo fuit celso adversus pecuniam animo.

Postquam vero Lacedæmonios de integro novare res nuntiato, prætor Achæorum Diophanes vindicare in eos intendit, illi autem armis motis Peloponnesum solicitabant; studebat mollire & sedare Philopœmen Diophanis bilem: tempus demonstrans postulare, rege Antiocho & Romanis in Græcia tantis exercitibus volitantibus, eo ut animum convertat dux, neque moveat domestica, sed conniveat in quibusdam peccatis, dissimuletque. Cui quum non auscultaret Diophanes, sed Laconiæ una cum Quintio arma inferret, ac statim ipsam peterent urbem: indignatus Philopœmen, facinus minime civile, neque undequaque officio respondens, verum insigne tamen & insigni designans animo, ingressus est Lacedæmonem, prætorique Achæorum & Romano consuli portas privatus

tus

τῶν Ῥωμαίων, ἰδιώτης ὢν ἀπέκλεισεν, τὰς δ' ἐν τῇ πόλει ταραχὰς ἔπαυσε, καὶ κατέστησε τοὺς Λακεδαιμονίους πάλιν εἰς τὸ κοινὸν, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἦσαν. χρόνῳ δ' ὕστερον ἐγκαλέσας τι τοῖς Λακεδαιμονίοις στρατηγῶν ὁ Φιλοποίμην, τοὺς μὲν φυγάδας κατήγαγεν εἰς τὴν πόλιν, ὀγδοήκοντα δὲ Σπαρτιάτας ἀπέκτεινεν, ὡς Πολύβιός φησιν· ὡς δ' Ἀριστοκράτης, πεντήκοντα καὶ τριακοσίους. τὰ δὲ τείχη καθεῖλε, χώραν δὲ πολλὴν ἀποτεμόμενος, προσένειμε τοῖς Μεγαλοπολίταις. ὅσοι δὲ ἦσαν ὑπὸ τῶν τυράννων ἀποδεδειγμένοι πολῖται τῆς Σπάρτης, μετῴκιζεν ἅπαντας, ἀπάγων εἰς Ἀχαΐαν, πλὴν τρισχιλίων. τούτους δὲ ἀποικοῦντας, καὶ μὴ βουλομένους ἀπελθεῖν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος, ἐπώλησεν· εἶθ' οἷον ἐφυβρίζων, ἀπὸ τῶν χρημάτων τούτων ἐν Μεγαλοπόλει στοὰν ᾠκοδόμησεν. ἐμπιπλάμενος δὲ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ παρ' ἀξίαν πεπραγόσιν ἐπεμβαίνων, τὸ περὶ τὴν πολιτείαν ἔργον ὠμότατον ἐξειργάσατο καὶ παρανομώτατον. ἀνεῖλεν γὰρ καὶ διέφθειρε τὴν Λυκούργειον ἀγωγὴν, ἀναγκάσας τοὺς παῖδας καὶ τοὺς ἐφήβους τὴν Ἀχαϊκὴν ἀντὶ τῆς πατρίου παιδείαν μεταλαβεῖν, ὡς οὐδέποτε μικρὸν ἐν τοῖς Λυκούργου νόμοις φρονήσαντας. τότε μὲν οὖν ὑπὸ συμφορῶν μεγάλων, ὥσπερ νεῦρα τῆς πόλεως ἐκτεμεῖν τῷ Φιλοποίμενι παρασχόντες, ἐγένοντο χειροήθεις καὶ ταπεινοί· χρόνῳ δ' ὕστερον αἰτησάμενοι παρὰ Ῥωμαίων, τὴν μὲν Ἀχαϊκὴν ἔφυγον πολιτείαν, ἀνέλαβον δὲ καὶ κατεστήσαντο τὴν πάτριον, ὡς ἦν ἀνυστὸν, ἐκ κακῶν καὶ φθορᾶς τηλικαύτης.

Ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίοις ὁ πρὸς Ἀντίοχον ἐν τῇ Ἑλλάδι συνέστη πόλεμος, ἦν μὲν

tus clausit, motus urbanos compressit, reduxitque Lacedæmonios, sicut initio fuerant, in corpus Achæorum. Insequutis temporibus incusans nescio quid Philopœmen Lacedæmonios, exules prætor in urbem reduxit, octoginta Spartiatas occidit, ut autor est Polybius: ut vero tradidit Aristocrates, quinquaginta supra trecentos; muros demolitus est, magna parte agri mulctavit eos, eamque attribuit Megalopolitanis. Quicunque adscripti a tyrannis in civitatem Spartanam fuerant, exterminavit, & in Achaiam abduxit omnes; extra tria millia, quos dicto non audientes & excedere abnuentes, Lacedæmone sub hasta vendidit. Hinc quasi ad illorum ludibrium ex ea pecunia ædificavit Megalopoli porticum. Quo autem magis indulgeret suo in Lacedæmonios odio, & indigne afflictis insultaret, immanissimum factum & iniquissimum circa instituta illius civitatis molitus est. Siquidem Lycurgi institutionem solvit & pervertit, compulitque pueros & adultos, quasi ex Lycurgi legibus nunquam moderatos spiritus gesturi essent, patriam cum Achaica commutare disciplinam. Qui quum id temporis calamitatum mole Philopœmeni quasi nervos civitatis præbuissent incidendos, subacti, cicurati, fracti fuerunt. Cæterum aliquanto post beneficio populi Romani relictis institutis Achaicis, pristina, quoad ejus fieri a tantis miseriis & cladibus poterat, reduxerunt atque stabiliverunt.

Porro quo tempore bellum Romani in Græcia cum Antiocho gerebant, erat Phi-

μὲν ἰδιώτης ὁ Φιλοποίμην· ὁρῶν δὲ τὸν Ἀντίοχον αὐτὸν ἐν Χαλκίδι καθήμενον, περὶ γάμους καὶ παρθένων ἔρωτας οὐ καθ' ὥραν σχολάζοντα, τοὺς δὲ Σύρους ἐν ἀταξίᾳ πολλῇ καὶ χωρὶς ἡγεμόνων ἐν ταῖς πόλεσι πλαζομένους καὶ τρυφῶντας, ἤχθετο μὴ στρατηγῶν τότε τῶν Ἀχαιῶν, καὶ Ῥωμαίοις ἔλεγε φθονεῖν τῆς νίκης. Ἐγὼ γὰρ ἄν, ἔφη, στρατηγῶν, ἐν τοῖς καπηλείοις κατέκοψα τούτους πάντας. ἐπεὶ δὲ νικήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι τὸν Ἀντίοχον, ἐνεφύοντο τοῖς Ἑλληνικοῖς μᾶλλον ἤδη, καὶ περιέβαλλον τῇ δυνάμει τοὺς Ἀχαιούς, ὑποκατακλινομένων αὐτοῖς τῶν δημαγωγῶν· ἡ δ' ἰσχὺς ἐπὶ πάντα πολλὴ μετὰ τοῦ δαίμονος ἐχώρει, καὶ τὸ τέλος ἐγγὺς ἦν, εἰς ὃ τὴν τύχην ἔδει περιφερομένην ἐξικέσθαι· καθάπερ ἀγαθὸς κυβερνήτης πρὸς κῦμα διερειδόμενος ὁ Φιλοποίμην, τὰ μὲν ἐνδιδόναι καὶ παρείκειν ἠναγκάζετο τοῖς καιροῖς, περὶ δὲ τῶν πλείστων διαφερόμενος, τοὺς τῷ λέγειν καὶ πράττειν ἰσχύοντας ἀντισπᾶν ἐπειρᾶτο πρὸς τὴν ἐλευθερίαν. Ἀρισταινέτου δὲ τοῦ Μεγαλοπολίτου, δυναμένου μὲν ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς μέγα, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ἀεὶ θεραπεύοντος, καὶ τοὺς Ἀχαιοὺς μὴ οἰομένου δεῖν ἐναντιοῦσθαι μηδὲ ἀχαριστεῖν ἐκείνοις ἐν τῷ συνεδρίῳ, λέγεται τὸν Φιλοποίμενα σιωπᾶν ἀκούοντα, καὶ βαρέως φέρειν· τέλος δὲ ὑπ' ὀργῆς δυσανασχετοῦντα πρὸς τὸν Ἀρισταίνετον εἰπεῖν, Ὦ ἄνθρωπε, τί σπεύδεις τὴν πεπρωμένην τῆς Ἑλλάδος ἐπιδεῖν; Μανίου δὲ τοῦ Ῥωμαίων ὑπάτου νενικηκότος μὲν Ἀντίοχον, αἰτουμένου δὲ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν ὅπως ἐάσωσι τοὺς Λακεδαιμονίων φυγάδας κατελθεῖν, καὶ Τίτου ταὐτὰ τῷ Μανίῳ

περὶ

lopœmen privatus. Qui Antiochum ipsum quum residem Chalcide videret, nuptiis & puellarum amoribus præter ætatem suam implicatum, Syros autem absque ulla disciplina & imperio per urbes palantes, in luxuriamque effusos, affligebat se quod in præsens non foret prætor Achæorum, ferebatque invidere se illam victoriam Romanis. Ego enim (inquit) si prætor essem, omnes hos in lustris concidissem. Postquam vero Romani debellato Antiocho, impensius in Græciam incubuerunt, viribusque complectebantur concionatoribus se iis venditantibus Achæos, atque ingens eorum potentia secundantibus ubique Diis invalescebat, & pro foribus erat terminus, in quem fortunam diu circumvolitantem tandem oportebat concedere: boni gubernatoris modo adversus fluctus Philopœmen obnitens, quamvis partim permittere & indulgere temporibus cogebatur, in plurimis obluctans tamen, retrahere eos qui dicendo & opibus pollerent elaborabat ad libertatem. Aristæneto vero Megalopolitano, qui præpotens erat in Achæis, sed Romanorum semper observans, negante in concilio faciendum esse, ut illis repugnarent aut offenderent, ferunt audientem id Philopœmenem magno cum animi dolore tacuisse: postremo victum, cum stomacho appellasse Aristænetum hisce verbis, Quid properas, miser, fatum Græciæ aspicere? Quum Manius consul Romanus, devicto Antiocho, postularet ab Achæis ut exulibus Lacedæmoniorum reditum in patriam permitterent, eandemque rem de

exu-

περὶ τῶν φυγάδων ἀξιοῦντος, διεκώλυσεν ὁ Φιλοποίμην, οὐ τοῖς φυγάσι πολεμῶν, ἀλλὰ βουλόμενος δι' αὐτοῦ καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἀλλὰ μὴ Τίτου μηδὲ Ῥωμαίων χάριτι τοῦτο πραχθῆναι· καὶ στρατηγῶν εἰς τοὐπιὸν, αὐτὸς κατήγαγε τοὺς φυγάδας. οὕτως εἶχέν τι πρὸς τὰς ἐξουσίας ὑπὸ φρονήματος δύσερι καὶ φιλόνεικον.

Ἤδη δὲ γεγονὼς ἔτος ἑβδομηκοστὸν, ὄγδοον δὲ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγῶν, ἤλπιζεν οὐ μόνον ἐκείνην τὴν ἀρχὴν ἀπολέμως διάξειν, ἀλλὰ καὶ τοῦ βίου τὸ λοιπὸν αὐτῷ μεθ' ἡσυχίας καταβιῶναι τὰ πράγματα παρέξειν. ὡς γὰρ αἱ νόσοι ταῖς τῶν σωμάτων ῥώμαις συναπομαραίνεσθαι δοκοῦσιν, οὕτως ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσιν ὑπολιπούσης τῆς δυνάμεως, ἔληγε τὸ φιλόνεικον. οὐ μὴν ἀλλὰ νέμεσίς τις, ὥσπερ ἀθλητὴν εὐδρομοῦντα, πρὸς τέρμασι τοῦ βίου κατέβαλεν. λέγεται γὰρ ἔν τινι συλλόγῳ τῶν παρόντων ἐπαινούντων ἄνδρα, δεινὸν εἶναι δοκοῦντα περὶ στρατηγίαν, εἰπεῖν τὸν Φιλοποίμενα, Καὶ πῶς ἄξιον ἐκείνου λόγον ἔχειν τοῦ ἀνδρὸς, ὅστις ἥλω ζῶν ὑπὸ τῶν πολεμίων; μεθ' ἡμέρας δὲ ὀλίγας Δεινοκράτης ὁ Μεσσήνιος, ἄνθρωπος ἰδίᾳ τε τῷ Φιλοποίμενι προσκεκρουκὼς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπαχθὴς διὰ πονηρίαν καὶ ἀκολασίαν, τήν τε Μεσσήνην ἀπέστησεν τῶν Ἀχαιῶν, καὶ κώμην τὴν καλουμένην Κολωνίδα προσηγγέλθη μέλλων καταλαμβάνειν. ὁ δὲ Φιλοποίμην ἔτυχε μὲν ἐν Ἄργει πυρέσσων· πυθόμενος δὲ ταῦτα συνέτεινεν εἰς Μεγάλην πόλιν, ἡμέρᾳ μιᾷ σταδίους πλείονας ἢ τετρακοσίους. κἀκεῖθεν εὐθὺς ἐβοήθει, τοὺς ἱππεῖς ἀναλαβὼν, οἵπερ ἦσαν ἐνδοξότατοι μὲν τῶν πολιτῶν, νέοι δὲ κομιδῇ, δι' εὔνοιαν τοῦ

exulibus contenderet T. Quintius, restitit Philopœmen, non odio exulum, sed quo id suum munus & Achæorum, non T. Quintii, vel populi Romani beneficium faceret: ac postea prætor anno sequenti restituit in patriam exules. Adeo inerat ei enixa quædam adversus superiores potestates præ animi celsitudine concertationis & contentionis libido.

Jam annum gerens ætatis septuagesimum, Achæorum octavum prætor, spem conceperat non modo illum se magistratum traducturum quiete, verum etiam ut reliquam vitam in otio exigeret, per negotia licitum fore. Ut enim morbi una cum corporis viribus emarcescunt, ita in civitatibus Græciæ fatiscente potentia elanguescebat contentio. Verum enimvero, tanquam athletam egregie certantem invida quædam fortuna ad vitæ metam prostravit. Memorant enim in consessu quopiam laudantibus qui aderant quendam ut insignem ducem, dixisse Philopœmenem, Quomodo autem memoria dignus ille sit vir, qui vivus in hostium venit potestatem? Paucis autem post diebus allatum est Messenium Dinocratem, hominem cum privatim Philopœmeni infensum, tum aliis ob improbitatem & nequitiam invisum, hinc Messenen ab Achæis alienasse, hinc vicum velle (Colonidem vocant) occupare. Tenebatur forte ea tempestate Argis Philopœmen febri. Qui ad eum nuntium Megalopolim uno die contendit, stadia amplius quadringenta: inde propere suppetias venit cum equitibus. Erant hi civium nobilissimi, sed admodum juvenes, benevolentia autem ducti

τοῦ Φιλοποίμενος καὶ ζῆλον ἐθελονταὶ συστρατεύοντες. ἱππασάμενοι δὲ πρὸς τὴν Μεσσήνην, καὶ περὶ τὸν Εὐάνδρου λόφον ἀπαντῶντι τῷ Δεινοκράτει συμπεσόντες, ἐκεῖνον μὲν ἐτρέψαντο· τῶν δὲ πεντακοσίων, οἳ τὴν χώραν τῶν Μεσσηνίων παρεφύλαττον, ἐξαίφνης ἐπιφερομένων, καὶ τῶν πρότερον ἡττωμένων, ὡς τούτους κατεῖδον, αὖθις ἀνὰ τοὺς λόφους ἀθροιζομένων, δείσας ὁ Φιλοποίμην κυκλωθῆναι, καὶ τῶν ἱππέων φειδόμενος, ἀνεχώρει διὰ τόπων χαλεπῶν, αὐτὸς οὐραγῶν, καὶ πολλάκις ἀντεξελαύνων τοῖς πολεμίοις, καὶ ὅλως ἐπισπώμενος ἐφ' ἑαυτόν, οὐ τολμώντων ἀντεμβαλεῖν ἐκείνων, ἀλλὰ κραυγαῖς καὶ περιδρομαῖς χρωμένων ἄπωθεν. ἀφιστάμενος οὖν πολλάκις διὰ τοὺς νεανίσκους, καὶ καθ' ἕνα παραπέμπων, ἔλαθεν ἐν πολλοῖς ἀπομονωθεὶς πολεμίοις. καὶ συνάψαι μὲν εἰς χεῖρας οὐδεὶς ἐτόλμησεν αὐτῷ, πόρρωθεν δὲ βαλλόμενος καὶ βιαζόμενος πρὸς χωρία πετρώδη καὶ παράκρημνα, χαλεπῶς μετεχειρίζετο καὶ κατέξαινε τὸν ἵππον. αὐτῷ δὲ τὸ μὲν γῆρας ὑπὸ ἀσκήσεως πολλῆς ἐλαφρὸν ἦν, καὶ πρὸς οὐδὲν ἐμπόδιον εἰς τὸ σωθῆναι· τότε δὲ, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν τοῦ σώματος ἐνδεοῦς γεγονότος, καὶ διὰ τὴν ὁδοιπορίαν κατακόπου, βαρὺν ὄντα καὶ δυσκίνητον ἤδη, σφαλεὶς ὁ ἵππος εἰς τὴν γῆν κατέβαλεν. σκληροῦ δὲ τοῦ πτώματος γενομένου, καὶ τῆς κεφαλῆς παθούσης, ἔκειτο πολὺν χρόνον ἄναυδος· ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους τεθνάναι δόξαντας αὐτὸν, ἐπιχειρεῖν στρέφειν τὸ σῶμα καὶ σκυλεύειν. ἐπεὶ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐπάρας διέβλεψεν, ἀθρόοι περιπεσόντες ἀπέστρεφον αὐτοῦ τὰς χεῖρας ὀπίσω, καὶ δήσαντες ἦγον, ὕβρει χρώμενοι πολλῇ, καὶ λοιδορίᾳ κατ' ἀνδρὸς

Philopœmenis & laudis ardore voluntarii eum sequebantur. Quum provecti prope Messenen essent circa Evandri tumulum, in occurrentem illati Dinocratem, everterunt eum. Sed quum quingenti qui in statione agri Messeniorum erant, subito supervenirent, ad quorum conspectum etiam qui ante terga verterant, recolligerent se per colles; Philopœmen, ne circumveniretur veritus, simul parcens equitibus, per loca impedita recipiebat se, claudebatque ipse extremum agmen. Subinde infesto equo in hostes invehebatur, idque unum agebat, eos ut in se retraheret. Verum trepidabant illi in eum incurrere, clamoribus autem procul & circumcursationibus incessebant. Qui dum sæpius illorum juvenum caussa abscedit a suis, & singulos dimittit in tutum, imprudens solum se inter frequentes conspicit relictum hostes: nec congredi cum eo tamen est ullus ausus, sed quum eminus tantum peteretur, ad loca confragosa abruptaque adactus, ægre valebat tractare, & lacerabat equum. Agilis quidem erat ei ab exercitatione senectus, neque quicquam ad se eripiendum officiebat, sed tunc corpore hinc ex morbo affecto, hinc ex itinere languescente, gravem & torpescentem jam equus prolapsus in terram effudit. Capite ad durum casum afflicto, jacuit diu sine voce: unde hostes mortuum rati, vertere corpus & spoliare aggrediebantur. Tandem quum caput attolleret, atque oculos aperiret, confertim superfusi manibus post tergum illigatis abduxerunt eum, nec ullo ludibrii vel contumeliæ genere abstinuerunt in virum, qui nunquam

δρὸς οὐδὲ ὄναρ ἄν ποτε παθεῖν ὑπὸ Δεινοκράτους ταῦτα προσδοκήσαντος.

Οἱ δ' ἐν τῇ πόλει, τῇ μὲν ἀγγελίᾳ θαυμαστῶς ἐπαρθέντες, ἠθροίζοντο περὶ τὰς πύλας. ὡς δὲ εἶδον ἑλκόμενον τὸν Φιλοποίμενα παρ' ἀξίαν τῆς τε δόξης καὶ τῶν ἔμπροσθεν ἔργων καὶ τροπαίων, ἠλέησαν οἱ πλεῖστοι καὶ συνήλγησαν· ὥστε καὶ δακρῦσαι, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἐκφλαυρίσαι δύναμιν, ὡς ἄπιστον καὶ τὸ μηδὲν οὖσαν. οὕτω δὲ κατὰ μικρὸν εἰς πολλοὺς φιλάνθρωπος ἐχώρει λόγος, ὡς μνημονευτέον εἴη τῶν πρόσθεν εὐεργεσιῶν, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἣν ἀπέδωκεν αὐτοῖς, Νάβιν ἐξελάσας τὸν τύραννον. ὀλίγοι δὲ ἦσαν, οἱ τῷ Δεινοκράτει χαριζόμενοι, στρεβλοῦν τὸν ἄνδρα καὶ κτείνειν ἐκέλευον, ὡς βαρὺν πολέμιον καὶ δυσμείλικτον, αὐτῷ τε Δεινοκράτει φοβερώτερον, εἰ διαφύγοι καθυβρισμένος ὑπ' αὐτοῦ καὶ γεγονὼς αἰχμάλωτος. οὐ μὴν ἀλλὰ κομίσαντες αὐτὸν εἰς τὸν καλούμενον θησαυρὸν, οἴκημα κατάγειον, οὔτε πνεῦμα λαμβάνον οὔτε φῶς ἔξωθεν, οὔτε θύρας ἔχον, ἀλλὰ μεγάλῳ λίθῳ περιαγομένῳ κατακλειόμενον, ἐνταῦθα κατέθεντο, καὶ τὸν λίθον ἐπιρράξαντες, ἄνδρας ἐνόπλους κύκλῳ περιέστησαν. οἱ δ' ἱππεῖς τῶν Ἀχαιῶν, ἐκ τῆς φυγῆς ἀναλαβόντες αὐτοὺς, ὡς οὐδαμοῦ φανερὸς ἦν ὁ Φιλοποίμην, ἀλλὰ ἐδόκει τεθνάναι, πολὺν μὲν χρόνον ἐπέστησαν ἀνακαλούμενοι τὸν ἄνδρα, καὶ διαδιδόντες ἀλλήλοις λόγον, ὡς αἰσχρὰν σωτηρίαν καὶ ἄδικον σώζονται, προέμενοι τοῖς πολεμίοις τὸν στρατηγὸν ἀφειδήσαντα τοῦ ζῆν δι' αὐτούς· ἔπειτα προϊόντες ἅμα, καὶ πολυπραγμονοῦντες, ἐπύθοντο τὴν σύλληψιν αὐτοῦ, καὶ διήγ-

quam ne per somnium quidem talia pati expectasset a Dinocrate.

Urbana multitudo mirum in modum eo nuntio elata ad portas concurrit. Ut vero attractum Philopœmenem præter gloriam factorumque & victoriarum superiorum dignitatem conspexere, miserati plerique sunt, atque ejus vicem dolentes etiam illacrymabantur, humanamque fortunam ut fallacem & inanem elevabant. Itaque lenis sermo per plerosque commeavit, priorum meritorum & libertatis, quam tyranno ejecto Nabide ipsis reddiderat, conservandam memoriam. Pauci tamen erant qui in Dinocratis gratiam excruciatum censerent necandum, ut gravem hostem & implacabilem, ipsique Dinocrati, a quo ludibrio habitus & captus esset, si evolasset, formidabiliorem. Tandem deportaverunt eum in cameram subterraneam, quem thesaurum vocant, aeris lucisque externæ expertem; nec habet ea fores, sed ingenti clauditur saxo machina superimposito. Illuc demisso eo saxum obvolverunt, & locum statione armata circumquaque cinxerunt. Interea Achæorum equites, quum ex fuga sese collegissent, ut nusquam comparuit Philopœmen, sed mortuum apparuit esse, diu substiterunt inclamantes eum, serentesque inter se mutuo sermonem, turpem esse & indignam suam incolumitatem, qui hostibus ducem suum vitam ipsorum causa projicientem prodidissent. Hinc progredientes simul & anxie perscrutantes, venisse eum in hostium potestatem intellexerunt, idque per civi-

ἤγγελλον εἰς τὰς πόλεις τῶν Ἀχαιῶν. οἱ δὲ συμφορὰν ποιούμενοι μεγάλην, ἀπαιτεῖν μὲν ἔγνωσαν τὸν ἄνδρα παρὰ τῶν Μεσσηνίων, πρεσβείαν πέμψαντες, αὐτοὶ δὲ παρεσκευάζοντο στρατείαν.

Οὗτοι μὲν οὖν ταῦτα ἔπραττον. ὁ δὲ Δεινοκράτης, μάλιστα τὸν χρόνον, ὡς σωτήριον τῷ Φιλοποίμενι δεδοικὼς, καὶ φθάσαι τὰ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν βουλόμενος, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθεν, καὶ τὸ πλῆθος ἀπεχώρησε τῶν Μεσσηνίων, ἀνοίξας τὸ δεσμωτήριον, εἰσέπεμψε δημόσιον οἰκέτην, φάρμακον κομίζοντα, προσενεγκεῖν καὶ παρεστάναι μέχρις ἂν ἐκπίῃ κελεύσας. ἔτυχε μὲν οὖν ἐν τῷ χλαμυδίῳ κατακείμενος, οὐ καθεύδων, ἀλλὰ λύπῃ καὶ θορύβῳ κατεχόμενος· ἰδὼν δὲ φῶς, καὶ παρεστῶτα πλησίον τὸν ἄνθρωπον, ἔχοντα τὴν κύλικα τοῦ φαρμάκου, συναγαγὼν μόλις ἑαυτὸν ὑπ' ἀσθενείας, ἀνεκάθιζεν. καὶ δεξάμενος, ἠρώτησεν εἴ τι περὶ τῶν ἱππέων, καὶ μάλιστα Λυκόρτα πεπυσμένος ἐστίν. εἰπόντος δὲ τἀνθρώπου διαπεφευγέναι τοὺς πολλοὺς, ἐπένευσε τῇ κεφαλῇ, καὶ διαβλέψας πράως πρὸς τὸν ἄνθρωπον, Εὖ λέγεις, εἶπεν, εἰ μὴ πάντα κακῶς πεπράχαμεν. ἄλλο δὲ μηδὲν εἰπὼν, μηδὲ φθεγξάμενος, ἐξέπιεν· καὶ πάλιν αὐτὸν ἀπέκλινεν, οὐ πολλὰ πράγματα τῷ φαρμάκῳ παρασχὼν, ἀλλ' ἀποσβεσθεὶς ταχὺ διὰ τὴν ἀσθένειαν.

Ὡς οὖν ὁ περὶ τῆς τελευτῆς λόγος ἧκεν εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς, τὰς μὲν πόλεις αὐτῶν κοινὴ κατήφεια καὶ πένθος εἶχεν· οἱ δὲ ἐν ἡλικίᾳ μετὰ τῶν προβούλων συνελθόντες εἰς Μεγάλην πόλιν, οὐδ' ἡντινοῦν ἀναβολὴν ἐποιήσαντο τῆς τιμωρίας, ἀλλ' ἑλόμενοι στρατηγὸν Λυκόρταν, εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐνέβαλον, καὶ κακῶς

civitates Achaicas renuntiaverunt. Achæi cladem eam non mediocrem æstimantes, reposcere eum per legatos a Messeniis statuerunt, simulque parabant se ad bellum.

Dum in his illi sunt occupati, Dinocrates tempus potissimum ut Philopœmeni salutare veritus, & consilia statuens antevertere Achæorum, primis tenebris, ubi digressa est plebs Messeniorum, aperto carcere intromisit ad eum carnificem, præcepitque ut venenum illi porrigeret, neque abscederet quousque id exhausisset. Ille tum forte decumbebat in lacernula, non somno stratus, sed mœrore & animi motu oppressus. Animadverso lumine & homine, qui cum venenato poculo juxta assistebat, ægre ob infirmitatem se colligens, erexit se ad sedendum, acceptoque poculo rogavit hominem ecquid de equitibus, præcipue de Lycorta accepisset. Quo respondente maximam partem salvam esse, annuit capite, placideque intuitus eum, Bene habet (inquit) quod non undequaque fuerimus infœlices. Nullo alio verbo vel voce missa ebibit poculum, atque iterum reclinavit se. Nec multum negotii præbuit veneno, sed confestim est ob imbecillitatem extinctus.

Ut igitur ad Achæos de interitu ejus allatum est, hinc civitates illorum publicus luctus & mœror occupavit, hinc juventus cum primoribus senatus conveniens Megalopolim, nulla vindictæ admissa mora, atque electo Lycorta duce, fines Messenios invadunt, eosque fœ-

κακῶς ποιῶν τὴν χώραν, ἄχρι οὗ συμφρονήσαντες, ἐδέξαντο τοὺς Ἀχαιούς. καὶ Δεινοκράτης μὲν, αὐτὸς αὑτὸν φθάσας διεχρήσατο· τῶν δὲ ἄλλων, ὅσοις μὲν ἀνελεῖν ἔδοξε Φιλοποίμενα, δι᾽ αὑτῶν ἀπέθνησκον, ὅσοι δὲ καὶ βασανίσαι, τούτους ἐπ᾽ αἰκίαις ποιούμενος συνελάμβανεν ὁ Λυκόρτας. τὸ δὲ σῶμα καύσαντες αὐτοῦ, καὶ τὰ λείψανα συνθέντες εἰς ὑδρίαν, ἀνεζεύγνυσαν, οὐκ ἀτάκτως, οὐδ᾽ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ᾽ ἐπινίκιον πομπήν τινα ἅμα ταῖς ταφαῖς μίξαντες. ἦν μὲν γὰρ ἐστεφανωμένους ἰδεῖν, ἦν δὲ τοὺς αὐτοὺς καὶ δακρύοντας· ἦν δὲ τοὺς ἐχθροὺς, δεσμίους ἀγομένους, αὐτὴν δὲ τὴν ὑδρίαν ὑπὸ πλήθους ταινιῶν τε καὶ στεφάνων μόλις ὁρωμένην. ἐκόμιζεν δὲ ὁ τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀχαιῶν παῖς Πολύβιος, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ πρῶτοι τῶν Ἀχαιῶν. οἱ δὲ στρατιῶται, ὡπλισμένοι μὲν αὐτοὶ, τοῖς δ᾽ ἵπποις κεκοσμημένοις ἐπηκολούθουν, οὔτε οἷον ἐπὶ πένθει τοσούτῳ κατηφεῖς, οὔτε τῇ νίκῃ γαυριῶντες. ἐκ δὲ τῶν διὰ μέσου πόλεων καὶ κωμῶν ἀπαντῶντες, ὥσπερ αὐτὸν ἀπὸ στρατείας ἐπανιόντα δεξιούμενοι, τῆς ὑδρίας ἐφήπτοντο, καὶ συμπροῆγον εἰς Μεγάλην πόλιν. ὡς οὖν συνανεμίχθησαν αὐτοῖς οἱ πρεσβύτεροι μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων, ὀλοφυρμὸς ἤδη διὰ παντὸς ἐχώρει τοῦ στρατεύματος εἰς τὴν πόλιν, ἐπιποθοῦσαν τὸν ἄνδρα, καὶ βαρέως φέρουσαν, οἰομένην συναποβεβληκέναι τὸ πρωτεύειν ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς. ἐτάφη μὲν οὖν, ὡς εἰκὸς, ἐνδόξως, καὶ περὶ τὸ μνημεῖον αὐτοῦ οἱ τῶν Μεσσηνίων αἰχμάλωτοι κατελεύσθησαν. οὐσῶν δὲ πολλῶν μὲν εἰκόνων αὐτοῦ, μεγάλων δὲ τιμῶν ἃς αἱ πόλεις ἐψηφίσαντο, Ῥωμαῖος ἀνὴρ, ἐν τοῖς περὶ Κόρινθον ἀτυχήμασι τῆς Ἑλλάδος, ἐπεχείρησεν ἀνε-


fœdant, donec illi consensione facta recipiunt Achæos. Et quidem Dinocrates sibi ipse manus occupat afferre, cæterique quotquot necandum Philopœmenem censuerant, consciscunt sibimet ipsi mortem: qui torquendum, hos injuriarum nomine vincit Lycortas. Corpus ejus combusserunt, & reliquiis in urnam conditis domum repetierunt, non incomposito aut incondito agmine, sed pompam quandam cum exequiis triumphalem miscuere. Videres enim coronis redimitos, videres eosdem quoque lacrimantes; videres catenatos trahi hostes, ipsam urnam præ vittarum & coronarum numero conspectui pene ademptam, quam prætoris Achæorum filius Polybius ferebat, principibus Achæorum cinctus. Milites ipsi armati equis speciose instratis sequebantur, non ut tanto in luctu mœsti, nec victoria ovantes. Ex oppidis & castellis in via positis obviam effundebantur quasi ab expeditione reducem amplectentes, urnamque contrectabant, atque una prosequebantur Megalopolim. Ut vero senes fuerunt cum mulieribus & pueris commixti, ibi comploratio per totum exercitum incessit civitatem, quæ illum desiderabat, & eum casum ferebat graviter: una cum eo principatum rata se inter Achæos amisisse. Ita ille honorifico (ut par erat) funere est elatus, & juxta monumentum Messeniorum captivi sunt lapidibus cooperti. Cujus quum multæ statuæ magnique extarent honores quos civitates ei decreverunt, Romanus quispiam in naufragio illo Corinthiaco Græciæ tollere cunctos aggressus

ἀνελεῖν ἁπάσας, καὶ διώκειν αὐτὸν, ἐνδεικνύμενος, ὥσπερ ἔτι ζῶντα, Ῥωμαίοις πολέμιον καὶ κακόνουν γενέσθαι. λόγων δὲ λεχθέντων, καὶ Πολυβίου πρὸς τὸν συκοφάντην ἀντειπόντος, οὔτ' ὁ Μόμμιος, οὔτε οἱ πρέσβεις ὑπέμειναν ἀνδρὸς ἐνδόξου τιμὰς ἀφανίσαι, καίπερ οὐκ ὀλίγα τοῖς περὶ Τίτον καὶ Μάνιον ἐναντιωθέντος, ἀλλὰ τῆς χρείας τὴν ἀρετὴν ἐκεῖνοι, καὶ τὸ καλὸν, ὡς ἔοικε, τοῦ λυσιτελοῦς διώριζον ὀρθῶς καὶ προσηκόντως, τοῖς μὲν ὠφελοῦσι, μισθὸν καὶ χάριν παρὰ τῶν εὖ παθόντων, τοῖς δὲ ἀγαθοῖς, τιμὴν ὀφείλεσθαι παρὰ τῶν ἀγαθῶν ἀεὶ νομίζοντες. ταῦτα περὶ Φιλοποίμενος.

ſus eſt, & ipſum perſequi, accuſans tanquam adhuc vivum, Romanis hoſtem & infeſtum fuiſſe. Ibi orationibus habitis, quum Polybius refelliſſet ſycophantam, non ſuſtinuit neque Mummius neque legati abolere clari viri honores, quamvis in non paucis fuiſſet T. Quintio & M. Acilio adverſatus: verum a commodo virtutem illi viri, atque honeſtum (uti decuit) ab utilitate recte atque ordine diſcreverunt, putaveruntque bene facientibus præmium & gratiam ab illis, ad quos beneficentia pervenit, bonis viris honorem a bonis ſemper deberi. Hactenus de Philopœmene.




T. KOIN-



Apud Ful. Ursin.

T. ΚΟΙΝΤΙΟΣ ΦΛΑΜΙΝΙΟΣ.



ΟΝ δὲ παραβάλλομεν αὐτῷ, Τίτος Κοΐντιος Φλαμίνιος, ἰδέαν μὲν ὁποῖος ἦν, πάρεστιν θεάσασθαι τοῖς βουλομένοις, ἀπὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ χαλκῆς εἰκόνος, ἣ κεῖται παρὰ τὸν μέγαν Ἀπόλλωνα τὸν ἐκ Καρχηδόνος, ἀντικρὺ τοῦ ἱπποδρόμου, γράμμασιν Ἑλληνικοῖς ἐπιγεγραμμένη· τὸ δὲ ἦθος, ὀξὺς λέγεται γενέσθαι καὶ πρὸς ὀργὴν καὶ πρὸς χάριν. οὐ μὴν ὅμοιος· ἀλλ' ἐλαφρὸς μὲν ἐν τῷ κολάζειν, καὶ οὐκ ἐπίμονος, πρὸς δὲ τὰς χάριτας τελεσιουργός. καὶ τοῖς εὐεργετηθεῖσι, διαπαντὸς, ὥσπερ εὐεργέταις, εὔνους, καὶ πρόθυμος, ὡς κάλλιστα τῶν κτημάτων, τοὺς εὖ πεπονθότας ὑπ' αὐτοῦ περιέπειν καὶ σώζειν. φιλοτιμότατος δὲ καὶ φιλοδοξότατος ὢν, ἐβούλετο τῶν ἀρίστων καὶ μεγίστων πράξεων αὐτουργὸς εἶναι, καὶ τοῖς δεομένοις εὖ παθεῖν μᾶλλον ἢ τοῖς εὖ ποιῆσαι δυναμένοις ἔχαιρεν, τοὺς μὲν, ὕλην τῆς ἀρετῆς, τοὺς δὲ, ὥσπερ ἀντιπάλους πρὸς δόξαν ἡγούμενος. παιδευθεὶς δὲ παιδείαν τὴν

Huic quem opponimus, T. Quintii Flaminii faciem, si quæras, videas licet ex statua ærea quæ posita Romæ est juxta magnum Apollinem Carthagine advectum, contra circum maximum, Græcis inscripta literis. Animo fuisse eum fervido ferunt & ad iram & beneficentiam, verum non æque, sed in puniendo facilem nec pertinacem, contra in benefaciendo constantem & efficacem, atque eorum apud quos beneficia collocaverat amicum, & cupidum non aliter ac si bene de se meriti essent, ut res charissimas, amplexum esse meritis suis obstrictos & fovisse. Cæterum quum esset imprimis ambitiosus, gloriæque cupiditate summa duceretur, studebat præstantissima quæque & maxima ipse obire, gratioresque habebat eos qui operam suam quærerent, quam qui præstarent sibi: quod hos velut ad gloriam adversarios, illos virtutis segetem existimaret. Disciplina militari in-

τὴν διὰ τῶν ἐθῶν τῶν στρατιωτικῶν, πολλοὺς τότε καὶ μεγάλους τῆς Ῥώμης ἀγωνιζομένης ἀγῶνας, καὶ τῶν νέων εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐν τῷ στρατεύεσθαι στρατηγεῖν διδασκομένων, πρῶτον μὲν ἐν τῷ πρὸς Ἀννίβαν πολέμῳ χιλίαρχος ὑπατεύοντι Μαρκέλλῳ συνεστρατεύσατο. καὶ Μάρκελλος μὲν ἐνέδρᾳ περιπεσὼν ἐτελεύτησεν, Τίτος δὲ τῆς περὶ Τάραντα χώρας, καὶ Τάραντος αὐτοῦ τὸ δεύτερον ἡλωκότος ἔπαρχος ἀποδειχθείς, εὐδοκίμησεν οὐχ ἧττον ἐπὶ τοῖς δικαίοις, ἢ κατὰ τὴν στρατείαν. διὸ καὶ πεμπομένων ἀποίκων εἰς δύο πόλεις Ἀρνειάν τε καὶ Κώνσαν, ἄρχων ᾑρέθη καὶ οἰκιστής.

Τοῦτο δὲ αὐτὸν ἐπῆρε μάλιστα, τὰς διὰ μέσου καὶ συνήθεις τοῖς νέοις ἀρχὰς ὑπερβάντα, δημαρχίαν καὶ στρατηγίαν καὶ ἀγορανομίαν, εὐθὺς αὐτὸν ὑπατείας ἀξιοῦν· καὶ κατῄει τοὺς ἀπὸ τῶν κληρουχιῶν ἔχων προθύμους. τῶν δὲ περὶ Φούλβιον καὶ Μάλλιον δημάρχων ἐνισταμένων, καὶ δεινὸν εἶναι λεγόντων, ἄνδρα νέον εἰς τὴν μεγίστην ἀρχὴν εἰσβιάζεσθαι παρὰ τοὺς νόμους, οἷον ἀτέλεστον ἔτι τῶν πρώτων ἱερῶν καὶ μυστηρίων τῆς πολιτείας, ἡ μὲν σύγκλητος ἀπέδωκε τῷ δήμῳ τὴν ψῆφον, ὁ δὲ δῆμος ἀπέδειξεν αὐτὸν ὕπατον μετὰ Σέξτου Αἰλίου, καίπερ οὔπω τριάκοντα ἔτη γεγονότα. κλήρῳ δὲ λαγχάνει τὸν πρὸς Φίλιππον καὶ Μακεδόνας πόλεμον, εὐτυχίᾳ τινὶ τῶν Ῥωμαίων συλλαχὼν πράγμασι, καὶ ἀνθρώποις οὐ πάντα πολέμῳ καὶ βίᾳ χρωμένου δεομένοις ἄρχοντος, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ ὁμιλίᾳ μᾶλλον ἁλωσίμοις. Φιλίππῳ γὰρ ἦν στόμωμα μὲν εἰς μάχην ἀποχρῶν, ἡ Μακεδόνων ἀρχή, ῥώμη δὲ πολέμου τρι-

βὴν

institutus ea tempestate, quum multa populus Romanus & gravia bella gereret, ac primis mox stipendiis adolescentes artes discerent imperatorias: primum sub Marcello consule tribunus militum fuit bello contra Annibalem gesto. Qui quum circumventus insidiis cecidisset, regionis Tarentinæ atque etiam Tarenti ipsius, quum esset receptum, præfectus ita se ibi gessit, ut non minorem justitiæ quam scientiæ rei militaris mereretur laudem. Quare in duo oppida colonis deducendis, Narniam & Cossam, est triumvir creatus.

Id ei animum dedit ut transcensis mediis honoribus, in quibus juvenes documentum sui dare consueverant, tribunatu plebis, prætura, ædilitate, ad consulatum tanquam eo dignus statim tenderet, descenditque in campum studiis harum coloniarum succinctus. Comitia tribuni plebis Fulvius & Manlius impediebant: demonstrantes mali rem exempli esse, quod juvenis nondum reipub. quasi primis sacris & mysteriis initiatus ad summum honorem contra leges perrumperet. Id senatus populi arbitrio permisit. Populus consulem nondum triginta annos natum addito collega Sexto Ælio creavit. Sortitur inde bellum adversus Philippum & Macedonas. Ac fœlicitate quadam populi Romani in eum illæ delatæ res atque illi fuerunt homines, qui non tam domandi bello & vi a duce, quam comitate & humanitate erant alliciendi. Philippo enim firmamentum quidem ad certamina abunde suppeditabat Macedonia, nervi vero tractum habituri belli,

promptu-

βίαν ἔχοντος, καὶ χορηγία καὶ καταφυγὴ, καὶ ὄργανον ὅλως τῆς φάλαγγος ἡ τῶν Ἑλλήνων δύναμις· ὧν μὴ διαλυθέντων ἀπὸ τοῦ Φιλίππου, μιᾶς μάχης οὐκ ἦν ἔργον ὁ πρὸς αὐτὸν πόλεμος. ἡ δ' Ἑλλὰς οὔπω πολλὰ συνενηνεγμένη Ῥωμαίοις, ἀλλὰ τότε πρῶτον ἐπιμιγνυμένη ταῖς πράξεσιν, εἰ μὴ φύσει τε χρηστὸς ἦν ὁ ἄρχων, καὶ λόγῳ μᾶλλον ἢ πολέμῳ χρώμενος, ἐντυγχάνοντί τε προσῆν πιθανότης, καὶ πραότης ἐντυγχανομένῳ, καὶ τόνος πλεῖστος ὑπὲρ τῶν δικαίων, οὐκ ἂν οὕτω ῥᾳδίως ἀντὶ τῶν συνήθων ἀλλόφυλον ἀρχὴν ἠγάπησεν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ δηλοῦται.

Πυνθανόμενος δὲ ὁ Τίτος τοὺς πρὸ ἑαυτοῦ στρατηγοὺς, τοῦτο μὲν Σουλπίκιον, τοῦτο δὲ Πόπλιον, ὀψὲ τῆς ὥρας ἐμβαλόντας εἰς Μακεδονίαν, καὶ τοῦ πολέμου βραδέως ἁψαμένους, κατατετρῖφθαι τοπομαχοῦντας καὶ διαπληκτιζομένους ἀκροβολισμοῖς ὑπὲρ ὁδῶν καὶ σιτολογίας πρὸς τὸν Φίλιππον, οὐκ ᾤετο δεῖν, ὥσπερ ἐκεῖνοι καταναλώσαντες οἴκοι τὸν ἐνιαυτὸν ἐν τιμαῖς καὶ πολιτείαις, ὕστερον ἐξώρμησαν ἐπὶ τὰς στρατείας, οὕτω καὶ αὐτὸς ἐν τιμαῖς καὶ πολιτείαις ἐνιαυτὸν ἐπικερδᾶναι τῇ ἀρχῇ, τὸν μὲν ὑπατεύσας, τὸν δὲ πολεμήσας· ἀλλ' ὁμοῦ φιλοτιμούμενος ἐνεργὸν τῷ πολέμῳ τὴν ἀρχὴν παρασχεῖν, τὰς μὲν ἐν τῇ πόλει τιμὰς καὶ προεδρείας ἀφῆκεν· αἰτησάμενος δὲ παρὰ τῆς βουλῆς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Λεύκιον ἄρχοντα νεῶν συστρατεύειν, καὶ τῶν μετὰ Σκιπίωνος ἐν Ἰβηρίᾳ μὲν Ἀσδρούβαν, ἐν Λιβύῃ δὲ Ἀννίβαν αὐτὸν καταμεμαχημένων, τοὺς ἀκμάζοντας ἔτι καὶ προθύμους ἀναλαβὼν,

ὥσπερ

promptuarium, refugium, organum denique phalangis, opes erant Græcorum. Qui nisi a Philippo essent divulsi, bellum Macedonicum non vel unius prœlii opus extitisset: Quia vero Græcis parum ad id temporis intercesserat cum Romanis, sed consuetudo tum primum est rebus gerendis contracta; nisi humano ingenio imperator esset, plusque comitate quam bello ageret, & in congressibus gratia inesset, ubi quem ille appellaret, ubi conveniretur, benignus, acerrimusque officiorum esset exactor, non ita facile assuetum externo imperio commutavissent. Cæterum hæc magis ex rebus ejus gestis elucebunt.

Porro accipiens Quintius eos qui ante se provinciam Macedoniam obtinuerant, Sulpitium & Publium, quia tardius erant in Macedoniam profecti, & bellum serius administrarent, dum de viis & frumentatione cum Philippo velitantur & digladiantur, tempus corrupisse, non putavit ut illi, postquam in urbanis honoribus & actionibus annum trivissent, serius provecti in provinciam fuerant, item sibi faciendum, ut honoribus & negotiis urbanis consul præter legitimum magistratus sui unum insuper lucrifaceret annum, alterum in magistratu, alterum in bello gerendo consumens: sed semel averet in bello gnaviter magistratum explicare, urbanos honores easque prærogativas dimisit, postulatoque a senatu ut Lucium fratrem classis præfectum ducere secum liceret, legit ex illis, qui duce Scipione Asdrubalem in Hispania, & ipsum in Africa superaverant Annibalem, quorum corpora & animus adhuc vigerent, voluntarios tria millia,

quasi

ὥσπερ στόμωμα, τειχιλίους γινομένους, εἰς τὴν Ἤπειρον ἀσφαλῶς διεπέρασεν. καὶ τὸν Πόπλιον εὑρὼν μετὰ τῆς δυνάμεως ἀντιστρατοπεδεύοντα τῷ Φιλίππῳ, τὰς περὶ τὸν Ἄψον ποταμὸν ἐμβολὰς καὶ τὰ στενὰ φυλάττοντι πολὺν ἤδη χρόνον, οὐδὲν δὲ περαίνοντα διὰ τὴν ὀχυρότητα τῶν χωρίων, παρέλαβε τὸ στράτευμα, καὶ τὸν Πόπλιον ἀποπέμψας, κατεσκέπτετο τοὺς τόπους. εἰσὶ δὲ ὀχυροὶ μὲν οὐχ ἧττον τῶν περὶ τὰ Τέμπη· κάλλη δὲ δένδρων, ὡς ἐκεῖνοι, καὶ χλωρότητα ὕλης, καὶ διατριβάς, καὶ λειμῶνας ἡδεῖς οὐκ ἔχουσι. ὀρῶν δὲ μεγάλων καὶ ὑψηλῶν ἑκατέρωθεν εἰς μίαν φάραγγα μεγίστην καὶ βαθεῖαν συμφερομένων, διεκπίπτων ὁ Ἄψος, καὶ σχῆμα καὶ τάχος ἐξομοιοῦται πρὸς τὸν Πηνειόν· τὴν μὲν ἄλλην ἅπασαν ἀποκρύπτων ὑπώρειαν, ἐκτομὴν δὲ κρημνώδη καὶ στενὴν παρὰ τὸ ῥεῖθρον ἀπολείπων ἀτραπόν, οὐκ ἄλλως ῥᾳδίαν στρατεύματι διελθεῖν, εἰ δὲ καὶ φυλάττοιτο, παντελῶς ἄπορον.

Ἦσαν μὲν οὖν οἱ τὸν Τίτον ἄγειν κύκλῳ διὰ τῆς Δασσαρήτιδος κατὰ Λύκον, εὔπορον ὁδὸν καὶ ῥᾳδίαν ἐπιχειροῦντες. ὁ δὲ δεδοικὼς μὴ πόρρω θαλάττης ἐμβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τόπους γλίσχρους καὶ ἀπειρωμένους πονηρῶς, τοῦ Φιλίππου φυγομαχοῦντος, ἀπορήσῃ σιτίων, καὶ πάλιν ἄπρακτος, ὥσπερ ὁ πρὸ αὐτοῦ στρατηγός, ἀναχωρεῖν ἀναγκασθῇ πρὸς τὴν θάλασσαν, ἔγνω προσβαλὼν ἀνὰ κράτος διὰ τῶν ἄκρων, βιάσασθαι τὴν πάροδον. ἐπεὶ δὲ τὰ ὄρη τοῦ Φιλίππου τῇ φάλαγγι κατέχοντος, ἐκ τῶν πλαγίων πανταχόθεν ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους ἀκοντίων καὶ τοξευμάτων φερομένων, πληγαὶ μὲν ἐγίνοντο, καὶ ἀγῶνες ὀξεῖς, καὶ νεκροὶ παρ᾽ ἀμφοτέρων ἔπιπτον, οὐδὲν δὲ τοῦ πολέμου πέ-

ρας

quasi mucronem belli, quibuscum in Epirum secundo cursu transmisit. Publium inde cum exercitu Philippo complures jam dies ostium Apsi amnis, illasque fauces incidenti castra inopposuisse sine ullo effectu ob loci difficultatem offendit. Mox accepto exercitu ac Publio dimisso ivit speculatum eam oram. Est ea montibus impedita non minus quam illa ad Tempe: verum ista arborum amœnitate, nemorumque viriditate, recessuum & pratorum gratia caret. Apsus inter ingentes utrinque & excelsos montes, qui unam in convallem coeunt maximam & depressam, evolvitur specie & rapiditate Peneum referens. Hic radices montium undequaque tegit: tantum arctus callis & præruptus in ripa relinquitur. Iter est autem alioqtin asperum exercitui; si præsidio occupatum sit, plane invium.

Erant qui ducere Quintium per Dassaretios & Lycum facili circuitu & expedito insisterent, sed timens ille, si a mari longius in loca se conjecisset sterilia & pene inculta, certamen rege detrectante, ne inopia premeretur annonæ, ac re item infecta ad mare se recipere, ut decessor suus, cogeretur, statuit vi aggressus per montium juga transitum aperire. Quia vero montes Philippus exercitu insederat, & grando undique in latera Romanorum ingerebatur jaculorum sagittarumque, acris dimicatio non sine vulneribus utrinque & cæde conferebatur. Cæterum quum belli exitus nullus appareret,

adie-

ρας ἐφαίνετο, προσῆλθον ἄνθρωποι τῶν αὐτόθι νεμόντων, φράζοντες τινὰ κύκλωσιν ἀμελουμένην ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἣ τὸν στρατὸν ἄξειν ὑπισχνοῦντο, καὶ καταστήσειν μάλιστα τριταῖον ἐπὶ τῶν ἄκρων. γνώστην δὲ τῆς πίστεως παρείχοντο καὶ βεβαιωτὴν, Χάροπα τὸν Μαχάταν, πρωτεύοντα μὲν Ἠπειρωτῶν, εὔνουν δὲ Ῥωμαίοις ὄντα, καὶ κρύφα φόβῳ τοῦ Φιλίππου συναγωνιζόμενον. ᾧ πιστεύσας ὁ Τίτος, ἐκπέμπει χιλίαρχον ἕνα, πεζοὺς ἔχοντα τετρακισχιλίους καὶ ἱππεῖς τριακοσίους. ἡγοῦντο δὲ οἱ νομεῖς ἐκεῖνοι δεδεμένοι, καὶ τὰς μὲν ἡμέρας ἀνεπαύοντο, κοίλους προβαλλόμενοι καὶ ὑλώδεις τόπους, ὥδευον δὲ νύκτωρ πρὸς τὴν σελήνην. καὶ γὰρ ἦν διχόμηνος. ὁ δὲ Τίτος τούτους ἀποστείλας, τὰς μὲν ἄλλας ἡμέρας διανέπαυε τὸν στρατὸν, ὅσα μὴ περισπᾷν τοῖς ἀκροβολισμοῖς τοὺς πολεμίους. καθ' ἣν δὲ ἔμελλον ὑπερφανήσεσθαι τῶν ἄκρων οἱ περιϊόντες, ἅμ' ἡμέρα πᾶν μὲν βαρὺ, πᾶν δὲ γυμνητικὸν ὅπλον ἐκίνει· καὶ τριχῆ νείμας τὴν δύναμιν, αὐτὸς μὲν εἰς στενώτατον παρὰ τὸ ῥεῖθρον ὄρθιος ἀνῆγε τὰς σπείρας, βαλλόμενος ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, καὶ συμπλεκόμενος τοῖς ἀπαντῶσι περὶ τὰς δυσχωρίας. τῶν δὲ ἄλλων ἑκατέρωθεν ἅμα πειρωμένων ἁμιλλᾶσθαι, καὶ ταῖς τραχύτησιν ἐμφυομένων προθύμως, ὅ, τε ἥλιος ἀνέσχε, καὶ καπνὸς οὐ βέβαιος, ἀλλ' οἷον ὄρειος ὁμίχλη, πόρρωθεν ἀνατέλλων καὶ διαφαινόμενος, τοὺς μὲν πολεμίους ἐλάνθανε· κατὰ νώτου γὰρ ἦν αὐτοῖς, ἤδη τῶν ἄκρων ἐχομένων. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, δόξαν ἔχον ἀμφίβολον ἐν ἀγῶνι καὶ πόνῳ, τὴν ἐλπίδα πρὸς τὸ βουλόμενον λαμβάνοντες. ἐπεὶ δὲ μᾶλλον αὐξανόμενος, καὶ διαμελαίνων τὸν ἀέρα, καὶ πολὺς ἄνω χωρῶν, ἐδηλοῦτο πυρ-

σος

adierunt conſulem quidam, qui eo loco paſcebant. Hi circuitum quendam eſſe ab hoſtibus prædicarunt neglectum, qua copias oſtendunt ſe ducturos, atque in ſummos vertices ut longiſſime tertio die educturos. Fidei teſtem & ſponſorem Charopum Machatam laudant, principem Epirotarum, Romanorum amicum, & in occulto metu Philippi eo in bello fautorem. Ejus fide Quintius tribunum cum quatuor millibus peditum & equitibus trecentis mittit. Duces erant paſtores illi vincti. Interdiu dabant ſe quieti ſub cavis & ſylveſtribus locis, nocte iter (& pernox luna erat) faciebant. Dimiſſis hiſce copiis Titus refecit per cæteros dies milites, tantum levibus prœliis laceſſivit hoſtem. At quo die ſupra caput hoſtium perventuri erant illi qui fuerant circummiſſi, tum vero omnes milites tam gravis quam levis armaturæ admovet hoſtibus, ac tripartito agmine, qua vallis arctiſſima erat, ipſe ſuper ripam cohortes educit. Macedones miſſilibus illum petere, ille inter rupes manus cum obviis conſerere. Hic quum cæteri duo globi certarent inter ſe ſcandere montes, & aſperis ſaxis prompte ſuccederent, ſol exortus eſt, & fumus non certus, ſed inſtar montanæ nebulæ, procul aſſurgebat emicabatque, cujus conſpectus fallebat hoſtes, quod occupato jam vertice eſſet illis a tergo. Romani autem ambigentes in prœlio & labore ſpem applicabant ad id quod cupiebant. Ut vero increvit fumus, atque in aere caliginem dans ingens in ſublime latus eſt, & ignem eſſe amicum apparuit;

στὸς εἶναι φίλος, οἱ μὲν ἀλαλάξαντες ἐπέβαινον ἐρρωμένως, καὶ συνέστελλον εἰς τὰ τραχύτατα τοὺς πολεμίους, οἱ δ' ὄπισθεν ἀπὸ τῶν ἄκρων ἀντηλάλαξαν.

Φυγὴ μὲν οὖν ἦν εὐθὺς ὀξεῖα πάντων, ἔπεσον δὲ δισχιλίων οὐ πλείους· ἀφῃροῦντο γὰρ αἱ δυσχωρίαι τὴν δίωξιν. χρήματα δὲ καὶ σκηνὰς καὶ θεράποντας οἱ Ῥωμαῖοι διαρπάσαντες, ἐκράτουν τῶν στενῶν, καὶ διώδευον τὴν Ἤπειρον οὕτω κοσμίως καὶ μετ' ἐγκρατείας τοσαύτης, ὥστε τῶν πλοίων καὶ τῆς θαλάσσης μακρὰν ὄντας αὐτοὺς, καὶ τὸν ἐμμήνιον σῖτον μὴ μεμετρημένους, οὐδ' εὐποροῦντας ἀγορᾶς, ἀπέχεσθαι τῆς χώρας ἀμφιλαφεῖς ὠφελείας ἐχούσης. ὁ γὰρ Τίτος πυνθανόμενος τὸν Φίλιππον, ὡς ὅμοια φεύγοντι τὴν Θετταλίαν διερχόμενος, τοὺς μὲν ἀνθρώπους ἐκ τῶν πόλεων ἀνίστησιν εἰς τὰ ὄρη, τὰς δὲ πόλεις καταπίμπρησι, τῶν δὲ χρημάτων τὰ λειπόμενα διὰ πλῆθος ἢ βάρος ἁρπαγὴν προτίθεται, τρόπον τινὰ τῆς χώρας ἐξιστάμενος ἤδη Ῥωμαίοις, ἐφιλοτιμεῖτο, καὶ παρεκάλει τοὺς στρατιώτας, ὥσπερ οἰκείας καὶ παρακεχωρημένης κηδομένους βαδίζειν. καὶ μέντοι καὶ παρεῖχεν αὐτοῖς τὰ γινόμενα τῆς εὐταξίας αἴσθησιν εὐθύς. προσεχώρουν μὲν γὰρ αἱ πόλεις ἁψαμένοις Θετταλίας, οἱ δ' ἐντὸς Πυλῶν Ἕλληνες, ἐπόθουν καὶ διεπτόηντο ταῖς ὁρμαῖς πρὸς τὸν Τίτον. Ἀχαιοὶ δὲ, τὴν Φιλίππου συμμαχίαν ἀπειπάμενοι, πολεμεῖν ἐψηφίσαντο μετὰ Ῥωμαίων πρὸς αὐτόν. Ὀπούντιοι δὲ, καίπερ Αἰτωλῶν τότε Ῥωμαίοις συναγωνιζομένων προθυμότατα, καὶ τὴν πόλιν ἀξιούντων παραλαβεῖν καὶ φυλάττειν, οὐ προσέσχον, ἀλλὰ μεταπεμψάμενοι τὸν Τίτον, ἐκεί-

νῳ

paruit; hi sublato clamore gradum acriter intulerunt, hostesque redegerunt in locorum asperrima; illi a tergo ex summis cacuminibus clamorem reddiderunt.

Tum in fugam præcipites effusi omnes sunt, interfecti non plus duo millia. Impedierunt Romanos salebræ, quo minus instarent fugientibus. Pecunia, tentoriis, servitiisque direptis, fauces tenuerunt Romani, qui ea modestia & abstinentia Epirum peragrarunt, ut, quanquam procul navibus & mari recessissent, nec frumentum menstruum accepissent, nec facilis esset ejus comparatio, intactum relinquerent tamen eum agrum, qui omnium rerum copia affluebat. Nam ubi intellexit Philippum Quintius fugæ simili transitu Thessaliam transcurrisse, ubi homines sedibus suis exciverat in montes, oppida incenderat, res quas ferre secum homines præ copia vel pondere non poterant, militi concesserat in prædam, Romanis jam quodammodo regionis possessione cedens; Quintius egregia quadam ambitione hortatus est milites, ut in transitu velut suæ jam ditionis ac concessæ haberent rationem. Hujus moderationis suæ brevi post fructum cepere: nam ut Thessaliam attigerunt, defecerunt ad eos urbes. Alii intra Thermopylas incolentes Græci, optabant & animo gestienti desiderabant Quintium. Achæi renuntiato Philippo fœdere societatem contra eum cum Romanis decreverunt. Opuntii spretis Ætolis, quamvis summa ope id temporis juvarent Romanos, illorumque urbem recipere & custodire cuperent, Quintium acciverunt, at-

que

τῷ πιστεῦσαι ἑαυτοὺς καὶ παραδοῦναι. Πύρρον μὲν οὖν λέγουσιν, ὅτε πρῶτον ἀπὸ σκοπῆς κατεῖδε τὸ στράτευμα τῶν Ῥωμαίων διακεκοσμημένον, εἰπεῖν, οὐ βαρβαρικὴν αὐτῷ φαίνεσθαι τὴν τῶν βαρβάρων παράταξιν· οἱ δὲ Τίτῳ πρῶτον ἐντυγχάνοντες, ἠναγκάζοντο παραπλησίας ἀφιέναι φωνάς. ἀκούοντες γὰρ τῶν Μακεδόνων, ὡς ἄνθρωπος ἄρχων βαρβάρου στρατιᾶς ἔπεισι, δι' ὅπλων πάντα καταστρεφόμενος καὶ δουλούμενος, εἶτα ἀπαντῶντες ἀνδρὶ τήν τε ἡλικίαν νέῳ καὶ τὴν ὄψιν φιλανθρώπῳ, φωνήν τε καὶ διάλεκτον Ἕλληνι, καὶ τιμῆς ἀληθοῦς ἐραστῇ, θαυμασίως ἐκηλοῦντο, καὶ τὰς πόλεις ἀπιόντες ἐνεπίμπλασαν εὐνοίας τῆς πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐχούσας ἡγεμόνα τῆς ἐλευθερίας. ἐπεὶ δὲ καὶ Φιλίππῳ δοκοῦντι συμβατικῶς ἔχειν, εἰς ταὐτὸν ἐλθὼν προὔτεινεν εἰρήνην καὶ φιλίαν, ἐπὶ τῷ τοὺς Ἕλληνας αὐτονόμους ἐᾶν, καὶ τὰς φρουρὰς ἀπαλλάττειν, ὁ δὲ οὐκ ἐδέξατο· παντάπασιν ἤδη τότε καὶ τοῖς θεραπεύουσι τὰ τοῦ Φιλίππου παρέστη, Ῥωμαίους πολεμήσοντας ἥκειν οὐχ Ἕλλησιν, ἀλλ' ὑπὲρ Ἑλλήνων Μακεδόσιν.

Τὰ μὲν οὖν ἄλλα προσεχώρει καθ' ἡσυχίαν αὐτῷ· τὴν δὲ Βοιωτίαν ἀπολέμως ἐπιπορευομένῳ Θηβαίων ἀπήντησαν οἱ πρῶτοι, φρονοῦντες μὲν τὰ τοῦ Μακεδόνος διὰ Βραχύλλην, ἀσπαζόμενοι δὲ καὶ τιμῶντες τὸν Τίτον, ὡς φιλίας πρὸς ἀμφοτέρους ὑπαρχούσης. ὁ δ' ἐντυχὼν αὐτοῖς φιλανθρώπως, καὶ δεξιωσάμενος, προῆγεν ἡσυχῇ καθ' ὁδὸν, τὰ μὲν ἐρωτῶν καὶ πυνθανόμενος, τὰ δὲ διηγούμενος καὶ παράγων ἐπίτηδες, ἄχρι τοὺς στρατιώτας ἀναλαβεῖν ἐκ τῆς πορείας. οὕτω δὲ προάγων, συνεισῆλθε τοῖς Θηβαίοις εἰς τὴν

que in ejus fidem & ditionem se tradiderunt. Pyrrhum quidem aiunt, ut primum e specula Romani exercitus ordines contemplatus, non barbaram dixisse videri sibi eam barbarorum aciem. His semel aditus Quintius consimiles expressit voces. Nam quum Macedones clamarent imperatorem cum infesto barbarorum exercitu venire, armis omnia domantem & subigentem, ipsi inde, ut conspexerunt juvenem vultu benigno, voce & sermone Græco, ac veri amatorem honoris, mirifice ab eo capti sunt, digressique ab eo civitates desiderio impleverunt Quintii, tanquam ducem nactas libertatis. At ubi cum Philippo, qui inclinare videbatur ad pacem, congressus has conditiones dixit pacis & fœderis, ut Græcos liberos dimitteret ac præsidia deduceret, nec ille recepit eas; tum vero pro certissimo habuerunt vel addicti Philippo, ut bellum inferrent Macedonibus venisse Romanos, non Græcis sed pro Græcis.

Ac reliqui quidem sua sponte adjunxerunt se consuli. Bœotiam pacate ingredienti principes Thebani occurrerunt, qui rebus Philippi causa Brachyllelis studebant, Quintium tamen quasi utriusque partis amici salutaverunt, ac prosequuti honoribus sunt. Ille benigne appellatos complexus paulatim processit, ac nunc rogando & quærendo, nunc quædam narrando tempus de industria extraxit, dum copias suas refocillavit ex itinere. Ita una ingressus urbem cum Thebanis est, non

τὴν πόλιν, οὐ πάνυ μὲν ἡδομένοις, ὀκνοῦσι δὲ κωλύειν· ἐπεὶ στρατιῶταί γε μέτριοι τὸ πλῆθος εἵποντο. καὶ μέντοι παρελθὼν ὁ Τίτος, ὡς οὐκ ἔχων τὴν πόλιν, ἔπειθεν ἑλέσθαι τὰ Ῥωμαίων, Ἀττάλου τοῦ βασιλέως συναγορεύοντος αὐτῷ, καὶ συνεξορμῶντος τοὺς Θηβαίους. ἀλλ' Ἄτταλος μὲν, ὡς ἔοικεν, τοῦ γήρως προθυμότερον ἑαυτὸν τῷ Τίτῳ ῥήτορα παρέχειν φιλοτιμούμενος, ἐν αὐτῷ τῷ λέγειν προσπεσόντος ἰλίγγου τινὸς ἢ ῥεύματος, ἄφνω τὴν αἴσθησιν ἐπιληφθεὶς ἔπεσεν, καὶ μετ' οὐ πολὺ ταῖς ναυσὶν εἰς Ἀσίαν ἀποκομισθεὶς ἐτελεύτησεν· οἱ δὲ Βοιωτοὶ προσεχώρησαν τοῖς Ῥωμαίοις.

Φιλίππου δὲ πρέσβεις πέμψαντος εἰς Ῥώμην, ἀπέστειλεν καὶ ὁ Τίτος παρ' αὐτοῦ τοὺς πράξοντας, ὅπως ἐπιψηφίσηται ἡ σύγκλητος χρόνον αὐτῷ, τοῦ πολέμου μένοντος· εἰ δὲ μὴ, δι' ἐκείνου τὴν εἰρήνην γένηται. φιλότιμος γὰρ ὢν ἰσχυρῶς, ἐδεδίει, πεμφθέντος ἐπὶ τὸν πόλεμον ἑτέρου στρατηγοῦ, τὴν δόξαν ἀφαιρεθῆναι. διαπραξαμένων δὲ τῶν φίλων αὐτῷ, μήτε τὸν Φίλιππον ὧν ἔχρηζεν τυχεῖν, καὶ τοῦ πολέμου τὴν ἡγεμονίαν ἐκείνῳ φυλαχθῆναι, δεξάμενος τὸ δόγμα, καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπαρθεὶς, εὐθὺς εἰς Θετταλίαν ἐπὶ τὸν Φιλίππου πόλεμον ὥρμησεν, ὑπὲρ ἑξακισχιλίους καὶ δυσμυρίους ἔχων στρατιώτας, ὧν Αἰτωλοὶ πεζοὺς ἑξακισχιλίους καὶ ἱππεῖς τετρακοσίους παρεῖχον. ἦν δὲ καὶ τοῦ Φιλίππου τὸ στράτευμα τῷ πλήθει παραπλήσιον. ἐπεὶ δὲ βαδίζοντες ἐπ' ἀλλήλους, καὶ γενόμενοι περὶ τὴν Σκοτοῦσαν, ἐνταῦθα διακινδυνεύειν ἔμελλον, οὐχ, ὅπερ εἰκὸς ἦν, πρὸς δέος ἔλαβον οἱ στρατηγοὶ τὴν ἀλλήλων γειτνίασιν, ἀλλὰ μᾶλλον ὁρμῆς καὶ φιλοτιμίας ἐπληροῦντο· Ῥωμαῖοι μὲν,

εἰ

non quo illi probarent, ſed quod ſatis magna militum manus eum comitaretur, non audebant prohibere. Conſul inde, quaſi urbe non potiretur, affatus eos eſt, ſuadens ut in partes Romanorum diſcederent, adjuvante Attalo & Thebanos incitante. Sed Attalus quidem, quum præter ætatem, (ut mihi quidem videtur) majore contentione oratorem ſe Quintio præſtare vellet, & vertigine quadam vel pituita eſſet in media oratione correptus, collapſus eſt, nec multis diebus poſt in Aſiam navibus devectus expiravit. Bœotii conjunxerunt ſe Romanis.

Legatis, quos Philippus Romam mittebat, adjunxit Quintius ſuos, qui agerent apud ſenatum, ſi perſequendum bellum eſſet, ut imperium ſibi prorogaretur: ſin minus, pacem ipſe ut daret Philippo. Nam quum ſupra modum ambitioſus eſſet, verebatur ſi ſibi eſſet eo in bello ſucceſſum, ne gloria ejus perpetrati ſpoliaretur. Obtinuerunt ejus amici, ut nec Philippus, quæ poſtulabat, obtineret, & ei prorogaretur provincia. Senatuſconſulto accepto, magna ſpe elatus movit contra regem in Theſſaliam. Habebat ſub ſignis ſupra viginti ſex millia militum; quorum Ætoli ſex millia peditum, equites trecentos dederant. Nec minores erant Philippo copiæ. Quum utrinque ſe mutuo peterent hoſtes, & perventum ad Scotuſſam eſſet, ubi decernere ſtatuerant acie: id quod fieri ſolet, non perculit duces hinc inde hoſtium adventus, ſed magis incitati fuerunt alacritate & ardore Romani, ſi

Ma-

εἰ Μακεδόνων κρατήσουσιν, ὧν ὄνομα δι' Ἀλέξανδρον ἀλκῆς καὶ δυνάμεως πλεῖστον ἦν παρ' αὐτοῖς· Μακεδόνες δὲ Ῥωμαίους Περσῶν ἡγούμενοι διαφέρειν, ἤλπιζον, εἰ περιγένοιντο, λαμπρότερον ἀποδείξειν Ἀλεξάνδρου Φίλιππον. ὁ μὲν οὖν Τίτος παρεκάλει τοὺς στρατιώτας ἄνδρας ἀγαθοὺς γενέσθαι καὶ προθύμους, ὡς ἐν τῷ καλλίστῳ θεάτρῳ τῇ Ἑλλάδι μέλλοντας ἀγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς ἀρίστους τῶν ἀνταγωνιστῶν. ὁ δὲ Φίλιππος, εἴτε ἀπὸ τύχης, εἴτε ὑπὸ σπουδῆς παρὰ τὸν καιρὸν ἀγνοήσας, ἦν γάρ τι πολυάνδριον ὑψηλὸν ἔξω τοῦ χάρακος, ἐπὶ τοῦτο προσβὰς, ἤρξατο μὲν οἷα πρὸ μάχης φιλεῖ διαλέγεσθαι, καὶ παρορμᾶν· ἀθυμίας δὲ δεινῆς πρὸς τὸν οἰωνὸν ἐμπεσούσης, διαταραχθεὶς ἐπέσχε τὴν ἡμέραν ἐκείνην.

Τῇ δ' ὑστεραίᾳ περὶ τὸν ὄρθρον, ἐκ μαλακῆς καὶ νοτίου νυκτὸς, εἰς ὁμίχλην τῶν νεφῶν τρεπομένων, ἀνεπίμπλατο ζόφου βαθέος πᾶν τὸ πεδίον, καὶ κατῄει παχὺς ἐκ τῶν ἄκρων ἀὴρ εἰς τὸ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων, εὐθὺς ἀρχομένης ἡμέρας, ἀποκρύπτων τοὺς τόπους. οἱ δὲ ὑπ' ἀμφοτέρων ἀποσταλέντες ἐφεδρείας ἕνεκα καὶ κατασκοπῆς, ἐν πάνυ βραχεῖ περιπεσόντες ἀλλήλοις, ἐμάχοντο περὶ τὰς καλουμένας Κυνὸς κεφαλὰς, αἳ λόφων οὖσαι πυκνῶν καὶ παραλλήλων ἄκραι λεπταὶ, δι' ὁμοιότητα τοῦ σχήματος οὕτως ὠνομάσθησαν. γενομένων δὲ, οἷον εἰκὸς, ἐν τόποις σκληροῖς μεταβολῶν κατὰ τὰς φυγὰς καὶ διώξεις, ἑκάτεροι τοῖς πονοῦσιν ἀεὶ καὶ ὑποχωροῦσιν ἐπιπέμποντες βοήθειαν ἐκ τῶν στρατοπέδων, καὶ ἤδη τοῦ ἀέρος ἀνακαθαιρομένου, καθορῶντες τὰ γινόμενα, πανστρατιᾷ συνέβαλον. τῷ μὲν οὖν δεξιῷ περιῆν ὁ Φίλιππος,

Macedonas, quorum erat Alexandri caufa nobile apud ipfos virtutis & potentiæ nomen, fuperaffent: Macedones verò, fi fregiffent Romanos, quos Perfis præftantiores ducebant, clariorem fperabant Alexandro fe Philippum reddituros. Quintius igitur milites hortatus eft ut fe fortes & ftrenuos præberent, in pulcherrimo theatro Græciæ cum præftantiffimis certaturos adverfariis. Philippus cafu an urgente articulo, præcipitantia imprudens fepulcrum quod forte extra caftra excelfum erat confcendit: unde alloqui milites, (ut fieri ante pugnam folet) & adhortari inftitit. Illis ex eo omine ictis perculfus rex abftinuit eo die pugna.

Poftero die ubi diluxit, ex humida & pluviofa nocte in nebulam nubibus vertentibus, omnis denfa caligine obtectus eft campus, fpiffufque ex fummis montibus aer binis interjectam caftris planitiem mox adveniente die occupavit, qui ademit locorum confpectum. Itaque emiffi utrinque certi ad fpeculandum & infidias locandas, quum brevi fpatio occurriffent inter fe ad Cynofcephalas, quas appellant, manus conferuerunt. Sunt frequentium illæ collium contiguorum turbinata faftigia, ex figuræ fimilitudine ita dictæ. Quum effet nimirum in locis faltuofis varia pugna, ac nunc hi nunc illi fugerent vel inftarent, fubmiferunt utrinque ex caftris auxilia laborantibus & cedentibus; mox cœlo fereno, quum cuncta fub oculis effent, omnibus viribus concurrerunt. Premebat dextro cornu Philippus

κος, ἐκ τόπων ἐπιφόρων ὅλην ἐπερείσας τὴν φάλαγγα τοῖς Ῥωμαίοις, τὸ βάρος τοῦ συνασπισμοῦ, καὶ τὴν τραχύτητα τῆς προσβολῆς τῶν ἀρίστων οὐχ ὑπομενόντων. τοῦ δ' εὐωνύμου διασπασμὸν ἀνὰ τοὺς λόφους καὶ παρείκλασιν λαμβάνοντος, ὁ Τίτος, τὸ μὲν ἡττώμενον ἀπογνοὺς, πρὸς δὲ θάτερον ὀξέως παρελάσας, προσέβαλε τοῖς Μακεδόσι, συστῆναι μὲν εἰς φάλαγγα καὶ πυκνῶσαι τὴν τάξιν εἰς βάθος, ὅπερ ἦν ἀλκὴ τῆς ἐκείνων δυνάμεως, κωλυομένοις διὰ τὴν ἀνωμαλίαν καὶ τραχύτητα τῶν χωρίων, πρὸς δὲ τὸ κατ' ἄνδρα συμπλέκεσθαι, καὶ βαρεῖ καὶ δυσέργῳ χρωμένοις ὁπλισμῷ. ζώῳ γὰρ ἡ φάλαγξ ἔοικεν ἀμάχῳ τὴν ἰσχὺν, ἕως ἓν ἐστι σῶμα, καὶ τηρεῖ τὸν συνασπισμὸν ἐν τάξει μιᾷ· διαλυθείσης δὲ, καὶ τὴν καθ' ἕνα ῥώμην ἀπόλλυσι τῶν μαχομένων ἕκαστος, διά τε τὸν τρόπον τῆς ὁπλίσεως, καὶ ὅτι παντὸς ὅλου τοῖς παρ' ἀλλήλων μέρεσι μᾶλλον ἢ δι' αὐτὸν ἰσχύει. τραπομένων δὲ τούτων, οἱ μὲν ἐδίωκον τοὺς φεύγοντας, οἱ δὲ τοὺς μαχομένους τῶν Μακεδόνων παρεκδραμόντες ἐκ πλαγίων ἔκτεινον· ὥστε ταχὺ καὶ τοὺς νικῶντας περισπᾶσθαι καὶ φεύγειν, τὰ ὅπλα καταβάλλοντας. ἔπεσον μὲν οὖν ὀκτακισχιλίων οὐκ ἐλάττους, ἑάλωσαν δὲ περὶ πεντακισχιλίους. τοῦ δὲ τὸν Φίλιππον ἀσφαλῶς ἀπελθεῖν τὴν αἰτίαν ἔλαβον Αἰτωλοὶ, περὶ ἁρπαγὴν γινόμενοι καὶ πόρθησιν τοῦ χάρακος, ἔτι τῶν Ῥωμαίων διωκόντων, ὥστε μηδὲν εὑρεῖν ἐκείνους ἐπανελθόντας.

Πρῶτον μὲν οὖν ἐγένοντο λοιδορίαι καὶ διαφοραὶ πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς· ἐκ δὲ τούτων μᾶλλον ἀεὶ τὸν Τίτον ἐλύπουν, ἑαυτοῖς ἀνατιθέντες τὸ νίκημα, καὶ

τῇ

pus Romanos, quod ex locis declivibus totam phalangem immitteret: nec ferebant vel fortissimi gravem confertamque & intentis horrentem hastis frontem, nec acrem ejus impressionem. In lævum cornu, quum id ob tumulorum anfractus divelleretur & distraheretur, omisso eo quod cedebat, ad alterum propere Quintius decurrens, intulit acriter signa: quo loco coire Macedonas in struem & densare in profundum aciem, quod apud illos firmamentum est exercitus, loca inæqualia & confragosa impediebant. Ubi vero cum viro vir congressurus erat, impulsu sese mutuo premebant gravi & inhabili. Animali enim phalanx intolerabilium virium similis est, dum uno corpore cohæret, atque uno ordine densatas retinet hastas: qua laxata, etiam singuli milites cum ob modum armaturæ, tum quod universi potius mutuis simul partibus, quam per se valeant, vim amittunt suam. His in fugam effusis, pars fugientes insectantur, pars a latere incurrentes in Macedonas qui adhuc pugnabant, cædunt eos: Ita & qui vincebant, illico fluctuaverunt, & in fugam se abjectis armis effuderunt. Ceciderunt eo prœlio non minus octo millia, capti ad quinque millia. Ut Philippus elaberetur, Ætoli fuerunt in causa, qui dum Romani hostes consectantur fugientes, castra exhauserunt & diripuerunt, nec quicquam illis reversis reliqui fecere.

Hinc convitia primum exorta & contentiones invicem; inde Quintium magis ac magis offenderunt vendicando sibi victoriam & fama

oc-

τῇ φήμῃ προκαταλαμβάνοντες τοὺς Ἕλληνας· ὥστε καὶ γράφειν καὶ ᾄδειν προτέρους ἐκείνους ὑπὸ ποιητῶν, καὶ ἰδιωτῶν, ὑμνούντων τὸ ἔργον. ὧν μάλιστα διὰ στόματος ἦν τουτὶ τὸ ἐπίγραμμα,

Ἄκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ τύμβῳ,
Θεσσαλίας τρισσαὶ κείμεθα μυριάδες,
Αἰτωλῶν δμηθέντες ὑπ' Ἄρεος, ἠδὲ Λατίνων,
Οὓς Τίτος εὐρείης ἤγαγ' ἀπ' Ἰταλίης,
Ἠμαθίῃ μέγα πῆμα. τὸ δὲ θρασὺ κεῖνο Φιλίππου
Πνεῦμα, θοῶν ἐλάφων ᾤχετ' ἐλαφρότερον.

τοῦτο ἐποίησεν μὲν Ἀλκαῖος, ἐφυβρίζων Φιλίππῳ, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀποθανόντων ἐπιψευσάμενος. λεγόμενον δὲ πολλαχοῦ καὶ ὑπὸ πολλῶν, μᾶλλον ἠνία τὸν Τίτον ἢ τὸν Φίλιππον. ὁ μὲν γὰρ ἀντικωμῳδῶν τὸν Ἀλκαῖον, τῷ ἐλεγείῳ παρέβαλλεν,

Ἄφλοιος καὶ ἄφυλλος, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ νώτῳ
Ἀλκαίῳ σταυρὸς πήγνυται ἠλίβατος.

τὸν δὲ Τίτον φιλοτιμούμενον πρὸς τοὺς Ἕλληνας, οὐ μετρίως παρώξυνε τὰ τοιαῦτα. διὸ καὶ τὰ ὑπόλοιπα τῶν πραγμάτων ἔπραττε καθ' ἑαυτὸν, ἐλάχιστα φροντίζων τῶν Αἰτωλῶν. οἱ δὲ ἤχθοντο, καὶ προσδεξαμένου λόγους αὐτοῦ, καὶ πρεσβείαν ἐπὶ συμβάσεσι παρὰ τοῦ Μακεδόνος, τοῦτο ἐκεῖνοι περιιόντες περὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἐβόων, πωλεῖσθαι τὴν εἰρήνην Φιλίππῳ, παρὸν ἐκκόψαι τὸν πόλεμον ἄρδην, καὶ ἀνελεῖν ἀρχὴν, ὑφ' ἧς πρώτης ἐδουλώθη τὸ Ἑλληνικόν.

occupando Græcos. Unde poetæ & populares, qui res hasce celebrarent, scribebant & canebant priores Ætolos. Præ ceteris hoc in ore omnium fuit epigramma,

His indefleti campis sine honore jacemus
Thessaliæ, proh! ter millia cæsa decem,
Ætolis domiti turmis simul atque Latinis,
Quos Titus e lata duxerat Italia:
Emathiæ clades! trux spiritus ille Philippi
Cervorum cursu præpete lapsus abit.

Hæc carmina condidit in Philippi contumeliam numerum cæsorum in majus affingens Alcæus: quæ quum passim jactarentur & a multis, T. Quintium quam Philippum plus mordebant. Hic enim Alcæum vicissim rodens illis versibus hosce adjecit,

Quam tu in monte crucem nudatam fronte viator
Conspicis, Alcæo figitur aeria.

Titum vero haud mediocriter exacerbaverunt decus apud Græcos quærentem. Quapropter quod restabat agendum, Ætolis omissis, solus transigebat: quod illis faciebat stomachum. Ac quum supplices legatos ad pacificandum a Macedone venientes admisisset, illi passim per urbes pacem clamabant vendi Philippo, quum exscindere radicitus liceret bellum, & conculcare regnum, a quo primo fuisset Græcia servitutis jugo oppressa.

νικόν. ταῦτα τῶν Αἰτωλῶν λεγόντων, καὶ διαταραττόντων τοὺς συμμάχους, αὐτὸς ὁ Φίλιππος ἐλθὼν πρὸς τὰς διαλύσεις, ἀνεῖλεν τὴν ὑποψίαν, ἐπιτρέψας τῷ Τίτῳ καὶ Ῥωμαίοις τὰ καθ' αὑτόν. καὶ οὕτω καταλύεται τὸν πόλεμον ὁ Τίτος, καὶ τὴν μὲν Μακεδονικὴν ἀπέδωκεν αὐτῷ βασιλείαν, τῆς δὲ Ἑλλάδος προσέταξεν ἀποστῆναι, χιλίοις δὲ ταλάντοις ἐζημίωσεν, τὰς δὲ ναῦς πάσας παρείλετο, πλὴν δέκα· τῶν δὲ παίδων τὸν ἕτερον Δημήτριον ὁμηρεύσοντα λαβών, εἰς Ῥώμην ἀπέστειλεν, ἄριστα τῷ καιρῷ χρησάμενος, καὶ προλαβὼν τὸ μέλλον. Ἀννίβου γὰρ τοῦ Λίβυος, ἀνδρὸς ἐχθίστου τε Ῥωμαίοις καὶ φυγάδος, ἤδη τότε πρὸς Ἀντίοχον ἥκοντος τὸν βασιλέα, καὶ παροξύνοντος αὐτὸν εἰς τὸ πρόσθεν προϊέναι τῇ τύχῃ, τῆς δυνάμεως εὖ ῥεούσης ἤδη καθ' ἑαυτὸν ὑπὸ πραγμάτων μεγάλων, ἃ κατεργασάμενος, μέγας ἐπωνομάσθη, πρὸς τὴν ἁπάντων ἡγεμονίαν ἀποβλέποντα, μάλιστα δὲ κατὰ Ῥωμαίων ἀνιστάμενον· εἰ μὴ τοῦτο προϊδὼν ὁ Τίτος ἐμφρόνως ἐνέδωκε πρὸς τὰς διαλύσεις, ἀλλὰ τὸν Φιλιππικὸν ὁ Ἀντιοχικὸς κατείληφε πόλεμον ἐν τῇ Ἑλλάδι, καὶ συνέστησαν ὑπ' αἰτιῶν ἀμφότεροι κοινῶν οἱ μέγιστοι τῶν τότε καὶ δυνατώτατοι βασιλέων ἐπὶ τὴν Ῥώμην, ἔσχεν ἂν ἀγῶνας ἐξ ὑπαρχῆς καὶ κινδύνους τῶν πρὸς Ἀννίβαν οὐκ ἐλάττους. νυνὶ δὲ τῶν πολέμων μέσην κατὰ καιρὸν ἐμβαλὼν τὴν εἰρήνην ὁ Τίτος, καὶ πρὶν ἄρξασθαι τὸν μέλλοντα, διακόψας τὸν παρόντα, τοῦ μὲν τὴν ἐσχάτην ἐλπίδα, τοῦ δὲ τὴν πρώτην ὑφεῖλεν.

Ἐπεὶ δὲ οἱ δέκα πρέσβεις, οὓς ἡ σύγκλητος ἔπεμψεν τῷ Τίτῳ, συνεβού-

λευον

sa. Quæ Ætoli quum jacerent, & solicitarent socios, ipse ad pacem petendam veniens Philippus, sustulit eam suspicionem, dum in fidem T. Quintii & populi Romani omnia sua permittit. Ergo finem Quintius bello imposuit, & regnum Macedoniæ ei reliquit: imperavit ut Græcia abstineret, mille talenta solveret, naves omnes præter decem traderet. Alterum filium ejus Quintius Demetrium accepit obsidem, eumque Romam misit. Usus optime Quintius est tempore, occupavitque insequentia. Quippe Annibal Pœnus, vir populo Romano infestissimus, & exul jam tunc erat ad Antiochum regem profectus, stimulabatque eum ut fortunam prosequeretur suam, cujus jam per se potentia secundo cursu uteretur: quum vel sua sponte ille ob facta perpetrata magnifica, ex quibus Magni cognomen accepit, orbis terræ imperio adjiceret oculos, & maxime in Romanos accingeret se. Quod ni prospiciens prudenter Quintius ad pacem inclinasset, sed Macedonicum arma Antiochi in Græcia occupasset bellum, atque ex communibus ambo causis in Romanos maximi illius memoriæ & pollentissimi reges conspirassent, certamina eos de integro & pericula circumstetissent quam cum Annibale haud leviora. Nunc autem Quintius interposita opportune hisce bellis pace, & ante commissionem instantis dirempto præsenti, hujus novissimam, illius spem præcidit primam.

Quia vero decem legatis, quos ad Quintium miserat senatus, placebat ut cæteris

Græ-

λεῦον τοὺς μὲν ἄλλους Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, Κόρινθον δὲ καὶ Χαλκίδα καὶ Δημητριάδα διατηρεῖν ἐμφρούρους, ἕνεκα τῆς πρὸς Ἀντίοχον ἀσφαλείας, ἐνταῦθα δὴ ταῖς κατηγορίαις λαμπροὶ, λαμπρῶς τὰς πόλεις ἀνερρήγνυσαν Αἰτωλοὶ, τὸν μὲν Τίτον κελεύοντες τὰς πέδας τῆς Ἑλλάδος λύειν (οὕτω γὰρ ὁ Φίλιππος εἰώθει τὰς προειρημένας πόλεις ὀνομάζειν) τοὺς δὲ Ἕλληνας ἐρωτῶντες, εἰ κλοιὸν ἔχοντες βαρύτερον μὲν, λειότερον δὲ τοῦ πάλαι τὸν νῦν, χαίρουσι, καὶ θαυμάζουσι τὸν Τίτον ὡς εὐεργέτην, ὅτι τοῦ ποδὸς λύσας τὴν Ἑλλάδα, τοῦ τραχήλου δέδεκεν. ἐφ' οἷς ἀχθόμενος ὁ Τίτος καὶ βαρέως φέρων, καὶ δεόμενος τοῦ συνεδρίου, τέλος ἐξέπεισεν καὶ ταύτας τὰς πόλεις ἀνεῖναι τῆς φρουρᾶς, ὅπως ὁλόκληρος ἡ χάρις ὑπάρξῃ παρ' αὐτοῦ τοῖς Ἕλλησιν. Ἰσθμίων οὖν ἀγομένων, πλῆθος μὲν ἀνθρώπων ἐν τῷ σταδίῳ καθῆστο, τὸν γυμνικὸν ἀγῶνα θεώμενον, οἷα δὴ διὰ χρόνον πεπαυμένης μὲν πολέμων τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἐλπίσιν ἐλευθερίας, σαφεῖ δὲ εἰρήνῃ πανηγυριζούσης. τῇ σάλπιγγι δὲ σιωπῆς εἰς ἅπαντας διαδοθείσης, προελθὼν εἰς μέσον ὁ κῆρυξ ἀνεῖπεν, ὅτι Ῥωμαίων ἡ σύγκλητος, καὶ Τίτος Κοΐντιος, στρατηγὸς ὕπατος, καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας, ἀφιᾶσιν ἀφρουρήτους καὶ ἐλευθέρους καὶ ἀφορολογήτους, νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις, Κορινθίους, Λοκροὺς, Φωκεῖς, Εὐβοέας, Ἀχαιοὺς, Φθιώτας, Μάγνητας, Θετταλοὺς, Περραιβούς. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οὐ πάνυ πάντες, οὐδὲ σαφῶς ἐπήκουσαν, ἀλλ' ἀνώμαλος καὶ θορυβώδης κίνησις ἦν ἐν τῷ σταδίῳ θαυμαζόντων, καὶ διαπυνθανομένων, καὶ πάλιν ἀνειπεῖν κελευόντων. ὡς δ' αὖθις ἡσυχίας γενομένης,

Græcis redderetur libertas, Corintho autem, Chalcidi, & Demetriadi causa belli Antiochici imponeretur præsidium, ibi criminibus splendidi Ætoli civitates splendido colore concitabant, a Quintio postulantes ut compedes dissolveret Græciæ, (nam ita antedictas urbes nominare Philippus solebat) & Græcos interrogabant, ideone quia ponderosiorem haberent, sed politiorem superiore præsentem catenam, exultarent, & Quintium ut beneficum suspicerent, quod pedibus exemptam Græciam ex collo vinxisset? Quæ inique Quintius & indigne ferens, evicit tandem precibus apud concilium, ut præsidia ex his quoque civitatibus deducerentur, quo beneficium suum haberent Græci sincerum. Igitur Isthmiorum ludicro consederat frequentia mortalium in stadio ad gymnicum certamen spectandum: quod exempta tandem bello Græcia ob libertatis spem, firmam certe pacem agitaret. Ibi silentio tuba conventui indicto, progressus in medium præco pronunciavit, SENATUS Romanus & T. Quintius imperator proconsul, Philippo Macedonibusque devictis, sine præsidiis, liberos, immunes suis legibus esse jubent Corinthios, Locros, Phocenses, Euboeenses, Achæos, Phthiotas, Magnetas, Thessalos, Perrhæbos. Id primum neque plane omnes neque clare exaudierant: sed inæquali & turbido in theatro murmure mirabundi alter alterum interrogabant, ac repeti petebant præconem. Ut silentio iterum facto præco sub-

νομένης, ἀναγαγὼν ὁ κήρυξ τὴν φωνὴν, προθυμότερον εἰς ἅπαντας ἐγεγώνησεν, καὶ διῆλθε τὸ κήρυγμα, κραυγὴ μὲν ἄπιστος τὸ μέγεθος διὰ χαρὰν ἐχώρει μέχρι θαλάττης, ὀρθὸν δὲ ἀνειστήκει τὸ θέατρον, οὐδεὶς δὲ λόγος ἦν τῶν ἀγωνιζομένων. ἔσπευδον δὲ πάντες ἀναπηδῆσαι, καὶ δεξιώσασθαι, καὶ προσειπεῖν τὸν σωτῆρα τῆς Ἑλλάδος καὶ πρόμαχον. τὸ δὲ πολλάκις λεγόμενον εἰς ὑπερβολὴν τῆς φωνῆς καὶ μέγεθος, ὤφθη τότε. κόρακες γὰρ περιπετόμενοι κατὰ τύχην, ἔπεσον εἰς τὸ στάδιον. αἰτία δὲ, ἡ τοῦ ἀέρος ῥῆξις. ὅταν γὰρ ἡ φωνὴ πολλὴ καὶ μεγάλη φέρηται, διασπώμενος ὑπ᾽ αὐτῆς οὐκ ἀντερείδει τοῖς πετομένοις, ἀλλ᾽ ὀλίσθημα ποιεῖ, καθάπερ κενεμβατοῦσιν· εἰ μὴ νὴ Δία, πληγῇ τινι μᾶλλον, ὡς ὑπὸ βέλους διελαυνόμενα, πίπτει καὶ ἀποθνήσκει. δύναται δὲ καὶ περιδίνησις εἶναι τοῦ ἀέρος, οἷον ἑλιγμὸν ἐν πελάγει, καὶ πάλιν ῥύμην τοῦ σάλου διὰ μέγεθος λαμβάνοντος.

Ὁ δ᾽ οὖν Τίτος, εἰ μὴ τάχιστα τῆς θέας διαλυθείσης, ὑπειδόμενος τὴν φορὰν τοῦ πλήθους καὶ τὸν δρόμον ἐξέκλινεν, οὐκ ἂν ἐδόκει περιγενέσθαι, τοσούτων ὁμοῦ καὶ πάντοθεν αὐτῷ περιχεομένων. ὡς δ᾽ ἀπέκαμον περὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ βοῶντες, ἤδη νυκτὸς οὔσης, αὖθις οὕστινας ἴδοιεν ἢ φίλους, ἢ πολίτας, ἀσπαζόμενοι καὶ περιπλεκόμενοι, πρὸς δεῖπνα καὶ πότους ἐτρέποντο μετ᾽ ἀλλήλων. ἐν ᾧ καὶ μᾶλλον, ὡς εἰκὸς, ἡδομένοις, ἐπήει λογίζεσθαι καὶ διαλέγεσθαι περὶ τῆς Ἑλλάδος, ὅσους πολεμήσασα πολέμους διὰ τὴν ἐλευθερίαν, οὔπω τύχοι βεβαιότερον οὐδὲ ἥδιον αὐτῆς, ἑτέρων προαγωνισαμένων, ὀλίγου δεῖν ἀναίμακτος αὐτὴ καὶ ἀπενθὴς φερομένη τὸ κάλλιστον καὶ περιμαχητότατον ἆθλον.

sublata voce altius ad consessum clamavit, ac pertinuit ad omnes præconium; immensus ex gaudio editus a populo clamor ad mare usque pertinuit, consurrexit consessus, nemo intentus ludicro fuit, omnes maturaverunt exilire, dextram contingere, & appellare Græciæ servatorem & propugnatorem. Quod autem de immensa vocis magnitudine & grandi commemoratur, tunc fuit conspectum: corvi enim forte supervolitantes delapsi sunt in stadium. Rei causa conscissus aer extitit: quum enim multa & elata vox mittitur, divulsus ab ea non sustinet volucres, sed lapsum efficit, sicut evenit per loca vacua euntibus. Nisi sane ictu potius, velut telo trajectæ decidunt & emoriuntur. Potest etiam turbo esse in aere, quasi verticem in pelago rursusque impetum fluctuatione ex violentia accipiente.

At Quintius nisi quam celerrime ludis dimissis impetum multitudinis & incursum prævidens deflexisset, videbatur in periculum venturus. Adeo frequentes simul & undique ei se circumfuderunt. Ut plausibus circa Quintii tabernaculum defatigati sunt, nocte jam demum, si quos conspicerent vel amicos vel hospites, hos salutantes & complectentes, converterunt se inter se ad convivia & pocula. Ibi magis etiam haud dubie in gaudium effusis subiit reputare & conferre de Græcia, quam multa bella libertatis causa gessisset, neque firmiorem esset unquam vel lætiorem assequuta, quam ab aliis quum fuit defensa, & pene sine sanguine & luctu pulcherrimum tulit & optatissimum prœmium.

ἄθλον. ἦν δ' ἄρα σπάνιον μὲν ἀνδρεία καὶ φρόνησις ἐν ἀνθρώποις, σπανιώτατον δὲ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν ὁ δίκαιος. οἱ γὰρ Ἀγησίλαοι καὶ Λύσανδροι, καὶ οἱ Νικίαι, καὶ οἱ Ἀλκιβιάδαι, πολέμους μὲν εὖ διέπειν, καὶ μάχας νικᾶν κατά τε γῆν καὶ θάλασσαν ἄρχοντες ἠπίσταντο, χρῆσθαι δὲ πρὸς χάριν εὐγενῆ καὶ τὸ καλὸν, οἷς κατώρθουν, οὐκ ἔγνωσαν. ἀλλ', εἰ τὸ Μαραθώνιόν τις ἔργον ἀφέλοι, καὶ τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν, καὶ Πλαταιὰς, καὶ Θερμοπύλας, καὶ τὰ πρὸς Εὐρυμέδοντι, καὶ τὰ περὶ Κύπρον Κίμωνος ἔργα, πάσας τὰς μάχας ἡ Ἑλλὰς ἐπὶ δουλείᾳ μεμάχηται πρὸς αὑτὴν, καὶ πᾶν τρόπαιον αὐτῆς συμφορὰ καὶ ὄνειδος ἐπ' αὐτὴν ἕστηκεν, τὰ πλεῖστα κακίᾳ καὶ φιλονεικίᾳ τῶν ἡγουμένων περιτραπείσης. ἀλλόφυλοι δὲ ἄνδρες, ἐναύσματα μικρὰ καὶ γλίσχρα κοινωνήματα παλαιοῦ γένους ἔχειν δοκοῦντες, ἀφ' ὧν καὶ λόγῳ τι καὶ γνώμῃ τῶν χρησίμων ὑπάρξαι τῇ Ἑλλάδι θαυμαστὸν ἦν, οὗτοι τοῖς μεγίστοις κινδύνοις καὶ πόνοις ἐξελόμενοι τὴν Ἑλλάδα δεσποτῶν χαλεπῶν καὶ τυράννων ἐλευθεροῦσιν.

Ταῦτα δὴ τοὺς Ἕλληνας ὑπῄει, καὶ τὰ τῶν ἔργων ὁμολογοῦντα τοῖς κηρύγμασιν. ἅμα γὰρ ἐξέπεμψεν ὁ Τίτος Λέντλον μὲν εἰς Ἀσίαν, Βαργυλιήτας ἐλευθερώσοντα, Τιτίλλιον δὲ εἰς Θρᾴκην, τὰς αὐτόθι πόλεις καὶ νήσους ἀπαλλάξοντα τῶν Φιλίππου φρουρῶν. Πόπλιος δὲ Οὐίλλιος ἔπλει διαλεξόμενος Ἀντιόχῳ περὶ τῆς τῶν ὑπ' αὐτὸν Ἑλλήνων ἐλευθερίας. αὐτὸς δὲ Τίτος εἰς Χαλκίδα παρελθὼν, εἶτα πλεύσας ἐκεῖθεν ἐπὶ Μαγνησίαν, ἐξῆγε τὰς φρουρὰς, καὶ τὰς πολιτείας ἀπεδίδου τοῖς δήμοις. ἀγωνοθέτης δὲ Νεμείων

Quippe rara erant virtutis inter mortales & prudentiæ exempla, sed rarissima inter alios bonos, justi. Siquidem Agesilai, Lysandri, Niciæ, Alcibiadesque bella egregie tractare, victoriasque terra marique bello consequi, quum imperarent, noverant: uti tamen ad gloriosam hominum salutem honestatemque laureis non noverant. At ubi a Marathonio marte & pugna navali Salaminia, a Platæis Thermopylisque, & rebus ad Eurymedontem atque circa Cyprum Cimonis gestis discesseris, omnibus prœliis Græcia adversus semetipsam decertavit ad servitutem, omneque ejus trophæum ad suam excitatum calamitatem & probrum est, quæ pene fuit ducum improbitate & ambitione prostrata. Alienigenæ vero, qui parvas scintillas & exiguas antiquæ stirpis particulas habere videbantur, a quibus vel verbis vel consilio aliquid extitisse in Græciam beneficii mirum esset, hi maximis periculis & laboribus Græciam gravibus solverunt dominis & tyrannis, atque in libertatem restituerunt.

Hæc tum subibant Græcorum animos. Facta autem fuerunt præconiis consentanea. Pariter enim misit Quintius Lentulum in Asiam ad Bargyllas liberandas, Titillium in Thraciam ad deducenda ex illis oppidis & insulis Philippi præsidia. P. Villius ad Antiochum navigavit, acturus cum illo de Græcis qui ei parebant liberandis. Ipse profectus Chalcidem Quintius, inde mari vectus Magnesiam, præsidia emisit, populisque rempublicam reddidit. Agonotheta Argis Nemeorum creatus,

μείων ἀποδειχθεὶς ἐν Ἄργει, τήν τε πανήγυριν ἄριστα διέθηκεν, καὶ πάλιν ἐκεῖ τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐλευθερίαν ὑπὸ κήρυκος ἀνεῖπεν. ἐπιφοιτῶν τε ταῖς πόλεσιν, εὐνομίαν ἅμα καὶ δίκην πολλήν, ὁμόνοιάν τε καὶ φιλοφροσύνην πρὸς ἀλλήλους παρεῖχεν· καταπαύων μὲν τὰς στάσεις, κατάγων δὲ τὰς φυγάς, ἀγαλλόμενος δὲ τῷ πείθειν καὶ διαλλάσσειν τοὺς Ἕλληνας, οὐχ ἧττον ἢ τῷ κεκρατηκέναι τῶν Μακεδόνων, ὥστε μικρότατον ἤδη τὴν ἐλευθερίαν δοκεῖν ὧν εὐεργετοῦντο. Ξενοκράτη μὲν οὖν τὸν φιλόσοφον, ὅτε Λυκοῦργος αὐτὸν ὁ ῥήτωρ ὑπὸ τῶν τελωνῶν ἀγόμενον πρὸς τὸ μετοίκιον ἀφείλετο, καὶ τοῖς ἄγουσιν ἐπέθηκε δίκην τῆς ἀσελγείας, λέγεται τοῖς παισὶν ἀπαντήσαντα τοῦ Λυκούργου, καλήν γε ὑμῖν ὦ παῖδες, φάναι, τῷ πατρὶ χάριν ἀποδίδωμι· πάντες γὰρ αὐτὸν ἐπαινοῦσιν ἐφ' οἷς ἔπραξεν. Τίτῳ δὲ καὶ Ῥωμαίοις, ὧν τοὺς Ἕλληνας εὐεργέτησαν, οὐκ εἰς ἐπαίνους μόνον, ἀλλὰ καὶ πίστιν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ δύναμιν ἡ χάρις ἀπήντα δικαίως. οὐ γὰρ προσδεχόμενοι μόνον τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ μεταπεμπόμενοι καὶ καλοῦντες ἐνεχείριζον αὐτούς. οὐδὲ δῆμοι καὶ πόλεις, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς ὑφ' ἑτέρων ἀδικούμενοι βασιλέων, κατέφυγον εἰς τὰς ἐκείνων χεῖρας· ὥστε ἐν βραχεῖ χρόνῳ, τάχα που καὶ Θεοῦ συνεφαπτομένου, πάντα αὐτοῖς ὑπήκοα γενέσθαι. καὶ αὐτὸς δὲ μέγιστον ἐφρόνησεν ἐπὶ τῇ τῆς Ἑλλάδος ἐλευθερώσει. ἀνατιθεὶς γὰρ εἰς Δελφοὺς ἀσπίδας ἀργυρᾶς καὶ τὸν ἑαυτοῦ θυρεόν, ἐπέγραψεν,

Ζηνὸς ἰὼ κραιπναῖσι γεγαθότες ἱπποσύναισι,
Κοῦροι ἰὼ Σπάρτας Τυνδαρίδαι βασιλεῖς·

Αἰνε-

tus, ludicrum optime digessit, ac Græcis illic iterum voce præconis pronunciavit libertatem, urbesque peragrans, egregia disciplina, magna justitia concordiaque & amicitia eas inter se conglutinavit, componens seditiones, exules reducens: atque ovans quod Græcos inter se conciliaret benevolentia, non minus quam quod domasset Macedonas; ut minimum jam ducerent illi ejus beneficiorum libertatis munus. Xenocratem philosophum, quum Lycurgus orator eum a publicanis, a quibus ducebatur ad carcerem, causa pensionis quam pendebant inquilini, exemisset, atque illos qui eum duxerant accersivisset injuriarum, fama est liberis occurrentem Lycurgi dixisse, Egregiam profecto, pueri, gratiam patri vestro refero, quod omnes eum ob ejus in me beneficium commendent. Quintio vero & Romanis ob eorum in Græcos merita non ad laudes modo relata gratia, sed ad fidem etiam apud omnes mortales & imperium est merito progressa. Neque enim accipiebantur modo imperatores eorum, sed & accersentes & evocantes illos, fidei se committebant eorum: neque populi solum & civitates, sed & reges quoque ab aliis violati regibus, decurrebant ad illorum præsidium. Unde brevi, fortasse non sine divina ope, omnia iis paruere. At Quintius plurimum ipse ob liberatam Græciam gloriatus est. Nam quum Delphis clypeos argenteos & scutum suum dedicaret, inscripsit iis,

Clara Jovis soboles, studium quam mulcet equorum,
Spartani Reges, Tyndareumque genus,

Hoc

Αἰνεάδας Τίτος ὔμμιν ὑπέρτατον ὤπασε δῶρον,
Ἑλλήνων τεύξας παισὶν ἐλευθερίαν.

ἀνέθηκε δὲ καὶ χρυσοῦν τῷ Ἀπόλλωνι στέφανον, ἐπιγράψας,

Τὸν δέ τοι ἀμβροσίοισιν ἐπὶ πλοκάμοισιν ἔθηκε
Κεῖσθαι Λατοΐδα χρυσοφαῆ στέφανον·
Ὃν πόρεν Αἰνεαδᾶν ταγὸς μέγας. ἀλλ' Ἑκάεργε
Ἀλκᾶς τῷ θείῳ κῦδος ὄπαζε Τίτῳ.

τῇ γοῦν Κορινθίων πόλει πρὸς τοὺς Ἕλληνας τὸ αὐτὸ δὶς ἤδη συμβέβηκεν. καὶ γὰρ Τίτος ἐν Κορίνθῳ τότε, καὶ Νέρων αὖθις καθ' ἡμᾶς ἐν Κορίνθῳ παραπλησίως Ἰσθμίων ἀγομένων, τοὺς Ἕλληνας ἐλευθέρους καὶ αὐτονόμους ἀφῆκεν, ὁ μὲν διὰ κήρυκος, ὡς εἴρηται· Νέρων δὲ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ βήματος ἐν τῷ πλήθει δημηγορήσας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

Ὁ δὲ Τίτος τότε καλλίστου καὶ δικαιοτάτου τοῦ πρὸς Νάβιν ἀρξάμενος πολέμου, τῶν Λακεδαιμονίων ἐξωλέστατον καὶ παρανομώτατον τύραννον, ἐν τῷ τέλει διεψεύσατο τὰς τῆς Ἑλλάδος ἐλπίδας, ἑλεῖν παρὸν, οὐκ ἐθελήσας, ἀλλὰ σπεισάμενος, καὶ προέμενος τὴν Σπάρτην ἀναξίως δουλεύουσαν· εἴτε δείσας μὴ τοῦ πολέμου μῆκος λαμβάνοντος, ἄλλος ἀπὸ Ῥώμης ἐπελθὼν στρατηγὸς ἀνέληται τὴν δόξαν, εἴτε φιλονεικίᾳ καὶ ζηλοτυπίᾳ τῶν Φιλοποίμενος τιμῶν, ὃν ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄνδρα δεινότατον τῶν Ἑλλήνων, καὶ περὶ ἐκεῖνον τὸν πόλεμον ἔργα θαυμαστὰ τόλμης καὶ δεινότητος ἀποδειξάμενον, ἴσα τῷ Τίτῳ κυδαίνοντες Ἀχαιοὶ, καὶ τιμῶντες ἐν τοῖς θεάτροις, ἐλύπουν ἐκεῖνον, οὐκ ἀξιοῦντα Ῥωμαίων ὑπάτῳ προπολεμοῦντι τῆς Ἑλλάδος ἀν-
θρω-

Hoc Titus Æneades summo vos munere donat,
Quo duce libertas oppida Græca tenet.

Donum etiam Apollini coronam auream tulit cum hac inscriptione,

Hanc tibi fulgentem dedit auro, Phœbe, coronam,
Divinum cupiens condecorare caput,
Æneadum ductor magnus: sed Apollo vicissim
Virtutis tribuas tu decus alme Tito.

Ita urbi Corinthiorum delatum est, idem ut ibi beneficium bis Græcis sit declaratum. Siquidem Quintius Corinthi tunc, & memoria nostra Nero iterum Corinthi, Isthmia item celebrans, Græcos liberos suis legibus jussit esse: ille (ut diximus) per præconem, Nero ipse pro tribunali in foro concionem ad populum habens. Cæterum hoc diu post.

At Quintius pulcherrimum & justissimum cum Nabide auspicatus bellum, teterrimo & immanissimo Lacedæmoniorum tyranno, in exitu Græciæ spem destituit. Cui in manu quum esset illum obterere, noluit: sed fœdus cum eo fecit, & Spartam indigna oppressam servitute reliquit; vel veritus ne, si bellum duceretur, alius successor Roma missus gloriam sibi auferret, vel invidia & æmulatione Philopœmenis honorum. Quem, quia cum in omnibus aliis summum inter Græcos imperatorem, tum ob ejus eximia virtutis & consilii illo edita bello opera pariter ac Quintium Achæi extollebant & decorabant in theatris, torquebant illum: qui indignam rem censebat, ut pari in honore ac consul Romanus pro Græcia propugnans, ho-
mo

θρωπον Ἀρκάδα, μικρῶν καὶ ὁμόρων πολέμων στρατηγὸν, ὅμοια θαυμάζεσθαι παρ᾽ αὐτοῖς. οὐ μὴν ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ Τίτος ὑπὲρ τούτων ἀπελογεῖτο, καταθέσθαι τὸν πόλεμον, ὡς ἑώρα σὺν κακῷ μεγάλῳ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ἀπολούμενον τὸν τύραννον. τῶν δ᾽ Ἀχαιῶν αὐτῷ πολλὰ πρὸς τιμὴν ψηφισαμένων, οὐδὲν ἐδόκει πρὸς τὰς εὐεργεσίας ἐξισοῦσθαι, πλὴν μιᾶς δωρεᾶς, ἣν ἐκεῖνος ἀντὶ πάντων ἠγάπησεν. ἦν δὲ τοιάδε. Ῥωμαίων οἱ δυστυχήσαντες ἐν τῷ πρὸς Ἀννίβαν πολέμῳ, πολλαχοῦ μὲν ὤνιοι γενόμενοι καὶ διασπαρέντες ἐδούλευον. ἐν δὲ τῇ Ἑλλάδι χίλιοι καὶ διακόσιοι τὸ πλῆθος ἦσαν, ἀεὶ μὲν οἰκτροὶ τῆς μεταβολῆς, τότε δὲ καὶ μᾶλλον, ὡς εἰκὸς, ἐντυγχάνοντες οἱ μὲν υἱοῖς, οἱ δ᾽ ἀδελφοῖς, οἱ δὲ συνήθεσιν, ἐλεύθεροις δοῦλοι, καὶ νικῶσιν αἰχμάλωτοι. τούτους ὁ μὲν Τίτος οὐκ ἀφείλετο τῶν κεκτημένων, καίπερ ἀνιώμενος ἐπ᾽ αὐτοῖς· οἱ δ᾽ Ἀχαιοὶ, λυτρωσάμενοι πέντε μνῶν ἕκαστον ἄνδρα, καὶ συναγαγόντες εἰς ταυτὸ πάντας, ἤδη περὶ πλοῦν ὄντι τῷ Τίτῳ παρέδωκαν· ὥστε αὐτὸν εὐφραινόμενον ἀποπλεῖν, ἀπὸ καλῶν ἔργων καλὰς ἀμοιβὰς καὶ πρεπούσας ἀνδρὶ μεγάλῳ καὶ φιλοπολίτῃ κεκοσμημένον· ὃ δὴ δοκεῖ πρὸς τὸν θρίαμβον αὐτῷ πάντων ὑπάρξαι λαμπρότατον. οἱ γὰρ ἄνδρες οὗτοι, καθάπερ ἔθος ἐστὶ τοῖς οἰκέταις, ὅταν ἐλευθερωθῶσιν, ξύρεσθαί τε τὰς κεφαλὰς, καὶ πιλία φορεῖν, ταῦτα δράσαντες αὐτοὶ θριαμβεύοντι τῷ Τίτῳ παρείποντο.

Καλλίω δὲ καὶ τὰ λάφυρα πομπευόμενα παρεῖχεν ὄψιν, Ἑλληνικὰ κράνη, καὶ πέλται Μακεδονικαὶ καὶ σάρισσαι. τά, τε τῶν χρημάτων πλῆθος οὐκ ὀλίγον

mo Arcas, minutorum & finitimorum dux bellorum, apud eos esset. Verum ipse id Quintius excusavit, bellum deposuisse se, ubi tyrannum perspexit non nisi cum grandi aliorum Spartiatarum pernicie periturum. At Achæi quanquam honores ei cumulate decreverant, nulla re tamen assequi videbantur beneficia ejus, nisi uno dono, quod omnibus ille prætulit. Id hoc fuit: Cives Romani, quos belli Punici secundi perculerat clades, passim venundati & distracti in servitute erant. Græcia mille & ducentos numero habebat, semper quidem ob fortunæ vices miserabiles, sed tunc haud immerito magis, quum alii liberis, fratribus alii, pars familiaribus, liberis servi, & victoribus occurrerent captivi. Hos Quintius, quamvis illorum causa affligeretur, non extorsit dominis, sed Achæi eos quingentenis denariis in capita redemerunt, contractosque unum in locum omnes paranti jam conscendere Quintio obtulerunt. Itaque ille decessit gaudio delibutus ob præclara facta, egregias remunerationes, magnoque viro & civium amante consequutus dignas. Quod profecto omnium ei videtur ornamentum extitisse in triumpho splendidissimum: quippe hi (ut moris est servorum quum manumissi sunt,) rasi capitibus & pileati triumphantem sunt Quintium sequuti.

Speciosius etiam spolia translata spectaculum præbuerunt, galeæ Græcæ, parmæ Macedonicæ & sarissæ. Jam pecuniæ non exiguus

ὀλίγον ἦν, ὡς ἀναγεγράφασιν οἱ περὶ τὸν Ἰτανὸν ἐν τῷ θριάμβῳ κομισθῆναι χρυσίου μὲν συγκεχωνευμένου, λίτρας τρισχιλίας ἑπτακοσίας δέκα τρεῖς, ἀργύρου δὲ, τετρακισμυρίας τρισχιλίας διακοσίας ἑβδομήκοντα, Φιλιππείους δὲ χρυσοῦς μυρίους τετρακισχιλίους πεντακοσίους δεκατέσσαρας· χωρὶς δὲ τούτων, τὰ χίλια τάλαντα ἃ Φίλιππος ὤφειλε. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον ἐπείσθησαν Ῥωμαῖοι, μάλιστα τοῦ Τίτου συμπράξαντος, ἀφεῖναι τῷ Φιλίππῳ, καὶ σύμμαχον ἐψηφίσαντο, καὶ τὸν υἱὸν ἀπήλλαξαν αὐτῷ τῆς ὁμηρείας.

Ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀντίοχος εἰς τὴν Ἑλλάδα ναυσὶ πολλαῖς καὶ στρατῷ περαιωθεὶς, ἀφίστη τὰς πόλεις καὶ διεστασίαζεν, Αἰτωλῶν αὐτῷ συνεπιλαμβανομένων, καὶ πάλαι διακειμένων πρὸς τὸν Ῥωμαίων δῆμον ἐχθρῶς καὶ πολεμικῶς, ὑπόθεσιν τοῦ πολέμου καὶ πρόφασιν διδόντων, ἐλευθεροῦν τοὺς Ἕλληνας, οὐδὲν δεομένους, (ἐλεύθεροι γὰρ ἦσαν) ἀλλ' εὐπρεπεστέρας αἰτίας ἀπορίᾳ, τῷ καλλίστῳ τῶν ὀνομάτων χρῆσθαι διδασκόντων· καὶ σφόδρα δείσαντες οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἀνάστασιν, καὶ δόξαν αὐτοῦ τῆς δυνάμεως, στρατηγὸν μὲν ὕπατον τοῦ πολέμου Μάνιον Ἀκίλιον κατέπεμψαν, πρεσβευτὴν δὲ Τίτον, διὰ τοὺς Ἕλληνας, ὧν τοὺς μὲν εὐθὺς ὀφθεὶς ἐποίησε βεβαιοτέρους, τοὺς δὲ ἀρχομένους νοσεῖν, ὥσπερ τις ἐν καιρῷ φάρμακον ἐνδιδοὺς τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν, ἔστησε, καὶ διεκώλυσεν ἐξαμαρτεῖν. ὀλίγοι δὲ αὐτὸν ἐξέφυγον, ἤδη προκατειλημμένοι καὶ διεφθαρμένοι παντάπασιν ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν, οὓς καίπερ ὀργισθεὶς καὶ παροξυνθεὶς, ὅμως μετὰ τὴν μάχην περιεποίησεν. Ἀντίοχος γὰρ ἡττηθεὶς ἐν Θερμοπύλαις, καὶ φυγὼν εὐθὺς εἰς Ἀσίαν ἀπέπλευσεν. Μάνιος δὲ ὁ ὕπατος, τοὺς μὲν αὐτὸς ἐπι-

ὼν

guus numerus fuit, ut memoriæ prodidit Itanus. In triumpho translata auri infecti pondo tria millia septingenta tredecim, argenti quadraginta tria millia pondo & ducenta septuaginta. Philippei aurei nummi quatuordecim millia quingenti quatuordecim. Ad hæc mille talenta, quæ Philippus debebat. Cæterum hæc populus Romanus post, maxime Quintio autore & annitente, condonavit Philippo, ac societatem cum eo junxit, filiumque obsidem ei remisit.

Postquam vero in Græciam Antiochus magna classe & exercitu trajecit, civitatesque sollicitavit & concitavit Ætolorum ope, qui jamdudum alieno & hostili in populum Romanum animo erant, & obtentum ei belli vehementumque præbebant Græcos liberandi, quibus nihil erat eo opus (quippe liberi erant) sed speciosioris inopia causæ pulcherrimo titulo eum erudiebant uti: hic motum Græciæ majorem in modum Romani, & nomen formidantes illius potentiæ, ducem belli consulem M. Acilium miserunt, & legatum Græcorum gratia Quintium. Eos partim conspectus ejus illico confirmavit, partim incipientes ægrotare, ut si medicamentum iis in tempore dilueret, illorum in se refricans benevolentiam inhibuit, & ne offenderent, retardavit. Pauci ei qui jamdudum præoccupati & semel fuerunt ab Ætolis corrupti, elapsi sunt: quos, quamvis incensus & exasperatus, post prœlium tamen tutatus est. Siquidem Antiochus ad Thermopylas fusus fugatusque, propere se recepit classe in Asiam. At consul Ma-

Ggg 2 nius

ὧν τῶν Αἰτωλῶν ἐπολιόρκει, τοὺς δὲ τῷ βασιλεῖ Φιλίππῳ συνεχώρησεν ἐξαιρεῖν. ἀγομένων δὲ καὶ φερομένων ὑπὸ τοῦ Μακεδόνος, τοῦτο μὲν, Δολόπων καὶ Μαγνήτων, τοῦτο δὲ, Ἀθαμάνων καὶ Ἀπεραντῶν, αὐτοῦ δὲ τοῦ Μανίου τὴν μὲν Ἡράκλειαν διαπεπορθηκότος, τὴν δὲ Ναύπακτον Αἰτωλῶν ἐχόντων πολιορκοῦντος, οἰκτείρων τοὺς Ἕλληνας ὁ Τίτος, διέπλευσεν ἐκ Πελοποννήσου πρὸς τὸν ὕπατον. καὶ πρῶτον μὲν ἐπετίμησεν, εἰ νενικηκὼς αὐτὸς τὰ ἔπαθλα τοῦ πολέμου Φίλιππον ἐᾷ φέρεσθαι, καὶ τριβόμενος περὶ μιᾷ πόλει κάθηται δι' ὀργὴν, ἔθνη δὲ οὐκ ὀλίγα καὶ βασιλεῖς Μακεδόνες αἱροῦσιν. ἔπειτα τῶν πολιορκουμένων, ὡς εἶδον αὐτὸν, ἀπὸ τοῦ τείχους ἀνακαλούντων, καὶ χεῖρας ὀρεγόντων, καὶ δεομένων, τότε μὲν οὐδὲν εἰπὼν, ἀλλὰ στραφεὶς καὶ δακρύσας ἀπῆλθεν, ὕστερον δὲ διαλεχθεὶς τῷ Μανίῳ, καὶ καταπαύσας τὸν θυμὸν αὐτοῦ, διεπράξατο τοῖς Αἰτωλοῖς ἀνοχὰς δίδοναι καὶ χρόνον, ἐν ᾧ πρεσβεύσαντες εἰς Ῥώμην μετρίου τινὸς τυχεῖν ἀξιώσουσιν.

Πλεῖστον δὲ ἀγῶνα καὶ πόνον αὐτῷ παρεῖχον αἱ περὶ Χαλκιδέων δεήσεις πρὸς τὸν Μάνιον, ἐν ὀργῇ γεγονότων διὰ τὸν γάμον ὃν παρ' αὐτῶν ἐγημεν Ἀντίοχος, ἤδη τοῦ πολέμου συνεστῶτος, οὐ καθ' ὥραν, οὐδὲ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐρασθεὶς ἀνὴρ πρεσβύτερος κόρης, ἣ θυγάτηρ μὲν ἦν Κλεοπτολέμου, καλλίστη δὲ λέγεται παρθένων γενέσθαι. τοῦτο τοὺς Χαλκιδεῖς ἐποίησεν βασιλίσαι προθυμότατα, καὶ τὴν πόλιν αὐτῷ πρὸς τὸν πόλεμον ὁρμητήριον παρασχεῖν. ἐκεῖνος μὲν οὖν ὡς τάχιστα μετὰ τὴν μάχην φεύγων, προσέμιξε τῇ Χαλκίδι· τὴν δὲ κόρην ἀναλαβὼν, καὶ τὰ χρήματα καὶ τοὺς φίλους, εἰς

Ἀσίαν

nius Ætolos alios circumsedit, alios regi Philippo concessit subjugare. Quum autem agerentur ferrenturque a Macedone, hinc Dolopes & Magnetes, hinc Athamanes & Aperanti, ipse autem Manius Heracleam excidisset, Naupactum, quam Ætoli tenebant, obsideret; miseratus Quintius Græcos, transmisit ex Peloponneso ad consulem. Ac primum increpavit eum, quod victor Philippum sineret belli præmia rapere, & iræ indulgens, dum non paucæ gentes & reges a Macedonibus in ditionem redigerentur, ad unam desideret civitatem. Deinde obsessis, ut ex muro Quintium conspexerunt, implorantibus opem ejus, & manus tendentibus, precantibusque, nullo in præsentia dato responso, convertit se & lacrymabundus digressus est. Post egit cum Manio, lenitaque ejus indignatione, impetravit Ætolis inducias & spatium, quo missis Romam legatis conditiones leviores peterent.

Verum plurimum ei contentionis & sudoris preces præbuerunt pro Chalcidensibus, quibus infestus Manius erat propter nuptias quas apud eos bello jam commisso celebraverat Antiochus, parum pro ætate vel in tempore, sed amore captus grandævus puellæ. Filia ea erat Cleoptolemi, forma (ut fama est) inter virgines venustissima. Id in causa erat ut Chalcidenses studiosissime cum rege facerent, urbemque ei darent belli sedem. Ille quam ocyssime a conflictu fugiens Chalcidem contendit, ablataque puella & pecunia & amicis, in

Asiam

Ἀσίαν ἀπέπλευσεν. τὸν δὲ Μάνιον εὐθὺς ἐπὶ τοὺς Χαλκιδεῖς σὺν ὀργῇ πορευόμενον, ὁ Τίτος παρακολουθῶν ἐμάλαττε καὶ παρῃτεῖτο, καὶ τέλος ἔπεισεν καὶ κατεπράϋνεν, αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων δεόμενος. οὕτω διασωθέντες οἱ Χαλκιδεῖς τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς ἀναθημάτων τῷ Τίτῳ καθιέρωσαν, ὧν ἐπιγραφὰς ἐστὶ τοιαύτας ἄχρι νῦν ὁρᾷν, Ὁ δῆμος Τίτῳ καὶ Ἡρακλεῖ τὸ γυμνάσιον. ἑτέρωθι δὲ πάλιν, Ὁ δῆμος Τίτῳ καὶ Ἀπόλλωνι τὸ Δελφίνιον. ἔτι δὲ καὶ καθ' ἡμᾶς ἱερεὺς χειροτονητὸς ἀπεδείκνυτο Τίτου, καὶ θύσαντες αὐτῷ, τῶν σπονδῶν γενομένων, ᾄδουσι παιᾶνα πεποιημένον· οὗ τἆλλα διὰ μῆκος ἡμεῖς παρέντες, ἀνεγράψαμεν ἃ παυόμενοι τῆς ᾠδῆς λέγουσι.

Πίστιν δὲ Ῥωμαίων σέβομεν, τὰν μεταλευκοτάταν ὅρκοις φυλάσσειν. μέλπετε κοῦραι Ζῆνα μέγαν, Ῥώμαν τε, Τίτον τε ἅμα, Ῥωμαίων τε πίστιν. ἰήιε, παιὰν, ὦ Τίτε σῶτερ.

Ἦσαν δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἑλλήνων τιμαὶ πρέπουσαι, καὶ τὸ τὰς τιμὰς ἀληθινὰς ποιοῦν, εὔνοια θαυμαστὴ, δι' ἐπιείκειαν ἤθους. καὶ γὰρ εἴ τισιν ἐκ πραγμάτων ἢ φιλοτιμίας ἕνεκα, καθάπερ Φιλοποίμενι, καὶ πάλιν Διοφάνει στρατηγοῦντι τῶν Ἀχαιῶν προσέκρουσεν, οὐκ ἦν βαρὺς οὐδὲ εἰς ἔργα διατείνων ὁ θυμὸς, ἀλλ' ἐν λόγῳ παρρησίαν τινὰ πολιτικὴν ἔχοντι παυόμενος. πικρὸς μὲν οὖν οὐδενὶ, πολλοῖς δὲ ὀξὺς ἐδόκει, καὶ κοῦφος εἶναι τὴν φύσιν· ἄλλως δὲ συγγενέσθαι πάντων ἥδιστος, καὶ εἰπεῖν ἐπίχαρις μετὰ δεινότητος. Ἀχαιοὺς μὲν γὰρ σφετεριζομένους τὴν Ζακυνθίων νῆσον ἀποτρέπων, ἔφη κινδυνεύσειν,

Asiam discessit. Manium vero statim in Chalcidenses infestum pergentem subsequens delinivit & deprecatus Quintius est, tandemque in sententiam suam adduxit & placavit : precibus apud illum, & eos qui erant senatorii ordinis, enisus. Chalcidenses hoc modo conservati, Quintio dedicaverunt pulcherrima & maxima urbis suæ ornamenta, quorum hoc ævo quoque titulos cernas hujuscemodi : Populus Tito & Herculi gymnasium. Et alibi, Populus Tito & Apollini Delphinium. Creatur etiam hac memoria sacerdos Quintii suffragiis, atque hostia ei immolata, ubi libatum est, canunt carmen compositum, cujus relicta ob prolixitatem reliqua parte, quæ dicunt in fine cantilenæ referemus,

Illam fidem vero colimus Romulidum niveam jurati sanctam. Dicite cœlorum Dominum Musæ, Romam, Titum quoque, Romanam fidem simul. Io Pæan, O Tite Servator.

Delati fuerunt ei etiam a Græcis omnibus meriti honores : & quæ non fictos honores efficiebat, mirifica ex morum ejus lenitate benevolentia. Etenim si in quos negotiorum causa vel ambitionis, ut in Philopœmenem & Diophanem inde Achæorum prætorem fuit concitatior, non fuit atrox neque in facta exarsit ira ejus, sed quum in disputationibus expostulasset cum iis civiliter, expiravit. Itaque acerbus habitus est nemini, sed præceps in iram & levis natura multis : cætera in consuetudine omnium blandissimus, & in dicendo cum acrimonia lepidus : Achæos enim Zacynthiorum insulam vendicantes deterrens, ob-

σειν, ἂν, ὥσπερ αἱ χελῶναι, πορρωτέρω τὴν κεφαλὴν τῆς Πελοποννήσου προτείνωσιν. Φιλίππου δὲ, ὁπηνίκα περὶ σπονδῶν καὶ εἰρήνης τὸ πρῶτον εἰς λόγους συνῄεσαν, εἰπόντος μετὰ πολλῶν ἥκειν ἐκεῖνον, αὐτὸν δὲ μόνον, ὑπολαβὼν ὁ Τίτος, Σαυτὸν γὰρ, ἔφη, μόνον ἐποίησας, ἀποκτείνας τοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς. ἐπεὶ δὲ Δεινοκράτης ὁ Μεσσήνιος ἐν Ῥώμῃ παρὰ πότον μεθυσθεὶς ὠρχήσατο λαβὼν ἱμάτιον γυναικεῖον, τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὸν Τίτον ἠξίου βοηθεῖν αὐτῷ διανοουμένῳ τὴν Μεσσήνην ἀφιστάναι τῶν Ἀχαιῶν· ταῦτα μὲν ἔφη σκέψεσθαι, θαυμάζειν δὲ ἐκεῖνον, εἰ τηλικαύταις ἐπικεχειρηκὼς πράξεσιν, ὀρχεῖσθαι δύναται παρὰ πότον καὶ ᾄδειν. πρὸς δὲ τοὺς Ἀχαιοὺς, τῶν παρὰ Ἀντιόχου πρέσβεων πλῆθός τι τῆς βασιλικῆς στρατιᾶς καταλεγόντων, καὶ καταριθμουμένων πολλὰς προσηγορίας, ὁ Τίτος ἔφη, δειπνοῦντος αὐτοῦ παρὰ τῷ ξένῳ, καὶ μεμφομένου τὸ πλῆθος τῶν κρεῶν, καὶ θαυμάζοντος πόθεν οὕτω ποικίλης ἀγορᾶς εὐπόρησεν, εἰπεῖν τὸν ξένον ὡς ὕεια πάντα ἐστὶν, τῇ σκευασίᾳ διαφέροντα καὶ τοῖς ἡδύσμασιν. Μὴ τοίνυν, ἔφη, μηδὲ ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀχαιοὶ, θαυμάζετε τὴν Ἀντιόχου δύναμιν, λογχοφόρους καὶ ξυστοφόρους καὶ πεζεταίρους ἀκούοντες· πάντες γὰρ οὗτοι Σύροι εἰσὶν, ὁπλαρίοις διαφέροντες.

Μετὰ δὲ τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις, καὶ τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον, ἀπεδείχθη τιμητής. ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ μεγίστη, καὶ τρόπον τινὰ τῆς πολιτείας ἐπιτελείωσις. καὶ συνῆρχεν μὲν αὐτῷ Μαρκέλλου τοῦ πεντάκις ὑπατεύσαντος υἱός· ἐξέβαλον δὲ τῆς βουλῆς τῶν οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν τέσσαρας· προσεδέξαντο δὲ πολίτας ἀπογραφομένους πάντας, ὅσοι γονέων ἐλευθέρων ἦσαν, ἀναγκασθέντες ὑπὸ τοῦ

obnoxios fore ipsos ait periculo, si testudinum more extra Peloponnesum caput exererent. Philippus, quum de fœdere & induciis primum congressum haberent, multis comitatum ait ipsum venire, se vero solum. Ibi occurrens Quintius, Nempe te ipse (inquit) solum reddidisti, qui amicos & propinquos necasti. Quum Messenius Dinocrates in convivio Romæ temulentus in muliebri stola saltasset, & rogaret postero die Quintium ut molienti sibi Messenen eximere concilio Achæorum assisteret: Id mecum, inquit, pensabo: miror vero te, qui tantas machineris res, saltare inter pocula & cantare posse. Ad Achæos, quum legati Antiochi copiarum regiarum numerum recenserent, jactarentque diversa earum vocabula, Quintius ait, quum apud hospitem suum cœnaret, & copiam reprehenderet ferculorum, stuperetque unde tam variam cœnam comparasset, respondisse hospitem, omnia ex mansueta sue facta, paratu tantum & condituris discrepantia. Nolite ergo (infit) nec vos Achæi copias mirari Antiochi, quum hastatos, speculatores, & satellites auditis: nam omnes hi Syri sunt armatura differentes.

Post has res in Græcia gestas & bellum Antiochi, censor est creatus. Est is summus magistratus & reipublicæ gerendæ quasi culmen. Collegam habuit Marcelli, qui consul quinquies fuit, filium. Senatu moverunt quatuor non admodum illustres. Censuerunt omnes qui cives se profitebantur, si ex ingenuis parentibus essent. Coacti id fuere a tri-

τοῦ δημάρχου Τερεντίου τοῦ Λέωνος, ὃς ἐπηρεάζων τοῖς ἀριστοκρατικοῖς, ἔπεισε τὸν δῆμον ταῦτα ψηφίσασθαι. τῶν δὲ γνωριμωτάτων κατ' αὐτὸν ἀνδρῶν καὶ μεγίστων ἐν τῇ πόλει διαφερομένων πρὸς ἀλλήλους, Ἀφρικανοῦ Σκιπίωνος, καὶ Μάρκου Κάτωνος, τὸν μὲν προσέγραψε τῆς βουλῆς, ὡς ἄριστον ἄνδρα καὶ πρῶτον· Κάτωνι δ' εἰς ἔχθραν ἦλθεν, συμφορᾷ τοιαύτῃ χρησάμενος. ἀδελφὸς ἦν Τίτῳ Λεύκιος Φλαμίνιος, οὔτε τὰ ἄλλα προσεοικὼς ἐκείνῳ τὴν φύσιν, ἔν τε ταῖς ἡδοναῖς ἀνελεύθερος δεινῶς, καὶ ὀλιγωρότατος τοῦ πρέποντος. τούτῳ συνῆν μειρακίσκος ἐρώμενος, ὃν καὶ στρατιᾶς ἄρχων ἐπήγετο, καὶ διέπων ἐπαρχίας εἶχεν ἀεὶ περὶ αὐτόν. ἐν οὖν πότῳ τινὶ θρυπτόμενος πρὸς τὸν Λεύκιον, οὕτως ἔφη σφόδρα φιλεῖν αὐτὸν, ὥστε θέαν μονομάχων ἀπολιπεῖν, οὔπω γεγονὼς ἀνθρώπου φονευομένου θεατὴς, τὸ πρὸς ἐκεῖνον ἡδὺ τοῦ πρὸς αὐτὸν ἐν πλείονι λόγῳ θέμενος. ὁ δὲ Λεύκιος ἡσθεὶς, Οὐδὲν, ἔφη, δεινόν· ἰάσομαι γὰρ ἐγώ σου τὴν ἐπιθυμίαν. καὶ κελεύσας ἕνα τῶν καταδίκων ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου προαχθῆναι, καὶ τὸν ὑπηρέτην μεταπεμψάμενος, ἐν τῷ συμποσίῳ προσέταξεν ἀποκόψαι τοῦ ἀνθρώπου τὸν τράχηλον. Οὐαλέριος δὲ Ἀντίας οὐκ ἐρωμένῳ φησὶν ἀλλ' ἐρωμένῃ τοῦτο χαρίσασθαι τὸν Λεύκιον. ὁ δὲ Λίβιος ἐν λόγῳ τοῦ Κάτωνος αὐτοῦ γεγράφθαι φησὶν, ὡς Γαλάτην, αὐτόμολον ἐλθόντα μετὰ παίδων καὶ γυναικὸς ἐπὶ τὰς θύρας, δεξάμενος εἰς τὸ συμπόσιον ὁ Λεύκιος, ἀπέκτεινεν ἰδίᾳ χειρὶ, τῷ ἐρωμένῳ χαριζόμενος. τοῦτο μὲν οὖν εἰκὸς εἰς δείνωσιν εἰρῆσθαι τῆς κατηγορίας ὑπὸ τοῦ Κάτωνος. ὅτι δὲ οὐκ αὐτόμολος ἦν, ἀλλὰ δεσμώτης ὁ ἀναιρεθεὶς, καὶ ἐκ

τῶν

tribuno plebis Terentio Leone, qui obtrectans optimatibus, populum ad id sciscendum induxit. Ex clarissimis suæ ætatis & summis in civitate viris, inter quos simultas erat, Scipione Africano & M. Catone, illum principem senatus legit ut optimum & primum virum: cum Catone suscepit inimicitias ex calamitate hujuscemodi. Frater T. Quintio erat L. Quintius Flaminius, neque cætera illius ingenium repræsentans, & in libidinibus perquam fœdus & decori maximus contemptor. Huic consuetudo erat cum puero quem adamabat, eumque in expeditiones abducebat secum, ac dum administraret provinciam, perpetuo in contubernio suo habebat. Is epulante Lucio aliquando, quum per lasciviam adblandiretur, adeo ait se ardenter amare eum, ut spectaculum gladiatorum reliquerit, quum nunquam hominem spectasset jugulari, obsequium in illum suum suæ voluptati anteferens. Lætus Lucius, Nihil, inquit, incommodi est: nam facile ego cupiditati tuæ medebor. Mox unum ex damnatis attrahi ex carcere jussit, accitoque lictori inter epulas imperavit ut eum obtruncaret. Valerius Antias non puero adamato indulsisse id Lucium, sed mulieri autor est. T. Livius in ipsius Catonis oratione scriptum refert, Gallum transfugam cum liberis & conjuge ad fores stantem & introductum in convivium a Lucio in scorti gratiam propria manu occisum. Cæterum hoc a Catone verisimile est exaggerandi causa in accusatione dictum. At non fuisse transfugam, sed vinctum illum qui interfectus fuit, atque ex damna-

2 tis,

τῶν καταδίκων, ἄλλοι τε πολλοί, καὶ Κικέρων ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ περὶ γήρως, αὐτῷ Κάτωνι τὴν διήγησιν ἀναθείς, εἴρηκεν.

Ἐπὶ τούτῳ Κάτων τιμητὴς γενόμενος, καὶ καθαίρων τὴν σύγκλητον, ἀπήλασεν τῆς βουλῆς τὸν Λεύκιον, ὑπατικοῦ μὲν ἀξιώματος ὄντα, συνατιμοῦσθαι δὲ τοῦ ἀδελφοῦ δοκοῦντος αὐτῷ. διὸ καὶ προσελθόντες εἰς τὸν δῆμον ἀμφότεροι ταπεινοὶ καὶ δεδακρυμένοι, μέτρια δεῖσθαι τῶν πολιτῶν ἐδόκουν, ἀξιοῦντες αἰτίαν εἰπεῖν τὸν Κάτωνα καὶ λόγον, ᾧ χρησάμενος, οἶκον ἔνδοξον ἀτιμίᾳ τοσαύτῃ περιβέβληκεν. οὐδὲν οὖν ὑποστειλάμενος ὁ Κάτων προῆλθεν, καὶ καταστὰς μετὰ τοῦ συνάρχοντος, ἠρώτησε τὸν Τίτον εἰ γινώσκει τὸ συμπόσιον. ἀρνουμένου δὲ ἐκείνου, διηγησάμενος, εἰς ὁρκισμὸν προεκαλεῖτο τὸν Λεύκιον, εἴ τι φησὶ τῶν εἰρημένων μὴ ἀληθὲς εἶναι. τοῦ δὲ Λευκίου σιωπήσαντος, ὁ μὲν δῆμος ἔγνω δικαίαν γεγονέναι τὴν ἀτιμίαν, καὶ τὸν Κάτωνα προέπεμψε λαμπρῶς ἀπὸ τοῦ βήματος. ὁ δὲ Τίτος τῇ συμφορᾷ τοῦ ἀδελφοῦ περιπαθῶν, συνέστη μετὰ τῶν πάλαι μισούντων τὸν Κάτωνα, καὶ πάσας μὲν ἃς ἐκεῖνος ἐποιήσατο τῶν δημοσίων ἐκδόσεις καὶ μισθώσεις καὶ ὠνὰς ἠκύρωσεν καὶ ἀνελύσεν, ἐν τῇ βουλῇ κρατήσας. πολλὰς δὲ καὶ μεγάλας δίκας κατ' αὐτοῦ παρεσκεύασεν, οὐκ οἶδ' ὅπως εὖ καὶ πολιτικῶς, καὶ πρὸς ἄρχοντα νόμιμον καὶ πολίτην ἄριστον, ὑπὲρ ἀνδρὸς οἰκείου μὲν, ἀναξίου δὲ, καὶ τὰ προσήκοντα πεπονθότος, ἀνήκεστον ἔχθραν ἀράμενος. οὐ μὴν ἀλλὰ τοῦ Ῥωμαίων ποτὲ δήμου θέαν ἔχοντος ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τῆς βουλῆς, ὥσπερ εἴωθεν, κόσμῳ προσκαθημένης, ὀφθεὶς ὁ Λεύκιος ἐπ' ἐσχάτοις που καθήμενος ἀτίμως καὶ ταπεινῶς, οἶκτον ἔσχεν·

tis, cum alii multi, tum Cicero orator in libro de senectute, ubi ipsum inducit Catonem loquentem, narrat.

Ea de causa in censura sua Cato, quum senatum recenseret, senatu movit Lucium consularem virum. Et per eum labes imponi fratri visa est. Quapropter in concionem ambo progressi sordidati & lacrymantes æquum petere a populo existimati sunt, ut notam Cato & rationem exprometet, quamobrem illustri familiæ tantam inussisset maculam. Nec Cato quicquam dubitavit, sed processit, ac consistens cum collega pro rostris rogavit T. Quintium, ecquid convivium illud nosset. Abnuente illo, quum id exposuisset, sponsione Lucium provocavit, ni vera narrasset. Obmutescente Lucio, comprobavit populus notam Catonis, eumque ex rostris magnifice domum deduxit. At Titus calamitate fratris cruciatus, conspiravit cum veteribus æmulis Catonis, omnesque illius locationes vectigalium & operum publicorum redempturæque in senatu obtinuit ut inducerentur & rescinderentur. Multas etiam & graves instruxit ei accusationes: verum haud scio quam recte atque ordine adversus justum magistratum & civem optimum, pro homine conjuncto quidem, sed indigno & jure notato, inimicitiam susceperit capitalem. Post tamen quum ludos populus in theatro spectaret, & consideret senatus de more loco honorato, conspectus Lucius abjecte & demisse inter infimos sedens, movit commiseratio-

nem:

ἔχειν· καὶ τὸ πλῆθος οὐκ ἠνέχετο τὴν ὄψιν, ἀλλ' ἐβόων, μεταβῆναι κελεύοντες, ἕως μετέβη, δεξαμένων αὐτὸν εἰς ἑαυτοὺς τῶν ὑπατικῶν.

Τὸ δ' οὖν φύσει τοῦ Τίτου φιλότιμον, ἄχρι μὲν ἱκανὴν εἶχεν ὕλην περὶ τοὺς εἰρημένους πολέμους διατρίβοντος εὐδοκίμει· καὶ γὰρ ἐχιλιάρχησεν αὖθις μετὰ τὴν ὑπατείαν, οὐδενὸς ἐπείγοντος. ἀπαλλαγεὶς δὲ τοῦ ἄρχειν, καὶ πρεσβύτερος ὤν, ἠλέγχετο μᾶλλον ἐν οὐκ ἔχοντι πράξεις ἔτι τῷ λοιπῷ βίῳ, σπαργῶντι τὰ πρὸς δόξαν, καὶ νεανίζοντι τῷ πάθει κατέχειν ἑαυτὸν οὐ δυνάμενος· τοιαύτη γάρ τινι καὶ τῇ περὶ Ἀννίβαν φορᾷ ἔδοξε πράξας, ἐπαχθὴς γενέσθαι τοῖς πολλοῖς. ὁ γὰρ Ἀννίβας, οἴκοθεν μὲν ἐκ Καρχηδόνος ὑπεκδρὰς, Ἀντιόχῳ συνῆν. ἐκείνου δὲ μετὰ τὴν ἐν Φρυγίᾳ μάχην εἰρήνης ἀγαπητῶς τυχόντος, αὖθις φυγὼν καὶ πλανηθεὶς πολλὰ, τέλος ἐν τῇ Βιθυνίᾳ κατέστη, Προυσίαν θεραπεύων, οὐδενὸς Ῥωμαίων ἀγνοοῦντος, ἀλλὰ παρορώντων ἁπάντων δι' ἀσθένειαν καὶ γῆρας, ὥσπερ ἐρριμμένον ὑπὸ τῆς τύχης. Τίτος δὲ πρεσβευτὴς δι' ἑτέρας δή τινας πράξεις ὑπὸ τῆς βουλῆς πρὸς τὸν Προυσίαν ἀφικόμενος, καὶ τὸν Ἀννίβαν ἰδὼν αὐτόθι διαιτώμενον, ἠγανάκτησεν εἰ ζῇ, καὶ πολλὰ τοῦ Προυσίου δεομένου καὶ λιπαροῦντος ὑπὲρ ἀνδρὸς ἱκέτου καὶ συνήθους, οὐ παρεῖχεν. χρησμοῦ δέ τινος, ὡς ἔοικε, παλαιοῦ περὶ τῆς Ἀννίβου τελευτῆς οὕτως ἔχοντος,

Λίβυσσα κρύψει βῶλος Ἀννίβου δέμας·

ὁ μὲν ἄρα Λιβύην ὑπενόει καὶ τὰς ἐν Καρχηδόνι ταφὰς, ὡς ἐκεῖ καταβιωσόμενος· ἐν δὲ Βιθυνίᾳ τόπος ἐστὶν θινώδης ἀπὸ θαλάσσης, καὶ πρὸς αὐτῷ κώμη τὶς οὐ μεγάλη, Λίβυσσα καλεῖται. περὶ ταύτην ἔτυχεν διατρίβων Ἀν-

nem: neque eam ſpeciem plebs ſuſtinuit, ſed clamore juſſit ut tranſiret, quoad tranſiit ad recipientes ipſum apud ſe conſulares.

Porro nativa Quintii ambitio, dum ſatis materiæ habuit, in ante dictis bellis verſantis commendata fuit. Nam tribunus militum iterum a conſulatu nemine urgente fuit. Decurſis vero honoribus & ætate gravior culpatus magis eſt, quod per reliquum vitæ, quo vacare jam debebat negotiis, præ geſtiente gloriæ cupiditate atque juveniliter ſe jactante imperare non valeret ſibi. Tali enim impulſus impetu Annibalem eſt perſequutus, multoſque videtur eam ob cauſam offendiſſe. Annibal enim patria profugus apud Antiochum agebat. Qui quum poſt prœlium in Phrygia commiſſum, cupide pacem amplexus eſſet, poſt longam alteram fugam & errorem in Bithynia tandem conſedit apud Pruſiam, nullo inſcio Romano, ſed omnibus eum propter inciſos nervos & ſenium, ſicut a fortuna abjectum deſpicientibus. Quintius vero legatus aliis de cauſis ad Pruſiam a ſenatu miſſus, quum Annibalem agentem illic vidiſſet, fremuit quod viveret, neque Pruſiæ ipſum multum pro ſupplice & familiari oranti & obſecranti conceſſit. Oraculum autem (ut videtur) vetus de Annibalis exitu fuit: id ſic habet,

Libyſſa corpus Annibal teget tuum.

Hic vero Africam ſuſpicabatur, & ſepulturam Carthagine, quaſi vitam illic tranſacturus. Eſt autem locus Bithyniæ ſabuloſus juxta mare, nec procul exiguus vicus, Libyſſa dicitur: ibi forte agebat

Ἀννίβας· ἀεὶ δὲ ἀπιστῶν τῇ τοῦ Προυσίου μαλακίᾳ, καὶ φοβούμενος τοὺς Ῥωμαίους, τὴν οἰκίαν ἔτι πρότερον ἐξόδοις ἑπτὰ καταγείοις συντετρημένην ἐκ τῆς ἑαυτοῦ διαίτης εἶχεν, ἄλλας κατ' ἄλλο τῶν ὑπονόμων, πόῤῥω δὲ πάντων ἀδήλως ἐκφερομένων. ὡς οὖν ἤκουσε τότε τὸ πρόσταγμα τοῦ Τίτου, φεύγειν μὲν ὥρμησεν διὰ τῶν ὑπονόμων, ἐντυχὼν δὲ φυλακαῖς βασιλικαῖς, ἔγνω δι' αὐτοῦ τελευτᾷν. ἔνιοι μὲν οὖν λέγουσιν ὡς ἱμάτιον τῷ τραχήλῳ περιβαλὼν, καὶ κελεύσας οἰκέτην ὄπισθεν ἐρείσαντα κατὰ τοῦ ἰσχίου τὸ γόνυ, καὶ σφοδρῶς ἀνακλάσαντα, συντεῖναι καὶ περιστρέψαι, μέχρι ἂν ἐκθλίψας τὸ πνεῦμα διαφθείρειεν αὐτόν· ἔνιοι δὲ, μιμησάμενον Θεμιστοκλέα καὶ Μίδαν, αἷμα ταύρειον πιεῖν. Λίβιος δέ φησι φάρμακον ἔχοντα κεράσαι, καὶ τὴν κύλικα δεξάμενον, εἰπεῖν, ἀναπαύσωμεν ἤδη ποτὲ τὴν πολλὴν φροντίδα Ῥωμαίων, οἳ μακρὸν ἡγήσαντο καὶ βαρὺ, μισουμένου γέροντος ἀναμεῖναι θάνατον. οὐ μὴν οὐδὲ Τίτος ἀξιοζήλωτον ἀποίσεται νίκην, οὐδὲ τῶν προγόνων ἀξίαν, οἳ Πύῤῥῳ πολεμοῦντι καὶ κρατοῦντι τὴν μέλλουσαν ὑποπέμψαντες κατεμήνυσαν φαρμακείαν.

Οὕτω μὲν τὸν Ἀννίβαν ἀποθανεῖν λέγουσιν. ἀπαγγελθέντων δὲ τούτων πρὸς τὴν σύγκλητον, οὐκ ὀλίγοις ἐπαχθὴς ἔδοξεν ὁ Τίτος, καὶ περιττὸς ἄγαν καὶ ὠμὸς, ὥσπερ ὄρνιν ὑπὸ γήρως ἄπτιλα καὶ κόλουρον, ἀφειμένον ζῆν χειροήθη τὸν Ἀννίβαν ἀποκτείνας, οὐδενὸς ἐπείγοντος, ἀλλὰ διὰ δόξαν, ὡς ἐπώνυμος τοῦ θανάτου γένοιτο. καὶ τὴν Ἀφρικανοῦ Σκιπίωνος ἀντιτιθέντες πρᾳότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, ἔτι μᾶλλον ἐθαύμαζον ὃς ἀήττη-

τον

agebat Annibal. Qui quod Prusiæ semper suspectam mollitiem haberet, & horreret Romanos, septem exitibus subterraneis jam ante domum ex tabernaculo suo terebratam aperuerat, alio aliis cuniculis, omnibus procul tamen occulte se efferentibus. Ut igitur præceptum Quintii accepit, tentavit per cuniculos fugam: verum quum in custodias regni incidisset, statuit mortem sibi ipse consciscere. Nonnulli referunt pallio eum collum obvolvisse, jussisseque servo ut infixo clunibus genu valideque impresso stringeret id, & contorqueret quoad eliso spiritu necasset se. Alii eum Themistoclis & Midæ exemplo sanguinem taurinum hausisse. Livius autem venenum tradit eum, quod penes se habebat, miscuisse, sumptoque calice dixisse, Liberemus tandem diuturna cura populum Romanum, quando mortem invidiosi senis expectare longum & grave censuit. Non memorabilem tamen feret victoriam Quintius, neque majoribus dignam, qui Pyrrho armato hosti & victori secreto per legatos imminens veneficium indicaverunt.

Hoc modo periisse Annibalem ferunt. Quod ubi est ad senatum allatum, flagravit apud non paucos Quintius invidia, habitusque est nimium importunus & crudelis, qui velut avem ex senio pennis & cauda truncam, cui vita cicuri permissa est, Annibalem nulla urgente re, sed ob gloriam, ut ex morte ejus traheret nomen, interfecisset. Ac Scipionis Africani commemorantes clementiam & animi celsitudinem, magis ac magis extollebant eum; qui invictum & formidabi-


lem

τὸν ὄντα καὶ φοβερὸν ἐν Λιβύῃ καταπολεμήσας Ἀννίβαν, οὔτε ἐξήλασεν, οὔτε ἐξῃτήσατο παρὰ τῶν πολιτῶν· ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς μάχης εἰς λόγους ἐλθὼν ἐδεξιώσατο, καὶ μετὰ τὴν μάχην σπενδόμενος, οὐδὲν ἐπετόλμησεν, οὐδ᾽ ἐπενέβη τῇ τύχῃ τοῦ ἀνδρός. λέγεται δὲ αὖθις ἐν Ἐφέσῳ συμβαλεῖν αὐτούς, καὶ πρῶτον μὲν, ἐν τῷ συμπεριπατεῖν τοῦ Ἀννίβου τὴν προσήκουσαν ἐν ἀξιώματι τάξιν εἶναι προλαβόντος, ἀνέχεσθαι καὶ περιπατεῖν ἀφελῶς τὸν Ἀφρικανόν· ἔπειτα, λόγου περὶ στρατηγῶν ἐμπεσόντος, καὶ τοῦ Ἀννίβου κράτιστον ἀποφηναμένου γεγονέναι τῶν στρατηγῶν Ἀλέξανδρον, εἶτα Πύρρον, τρίτον δὲ αὐτὸν, ἡσυχῇ μειδιάσαντα τὸν Ἀφρικανὸν εἰπεῖν, τί δ᾽ εἰ μή σε ἐγὼ νενικήκειν· καὶ τὸν Ἀννίβαν, οὐκ ἂν ὦ Σκιπίων, φάναι, τρίτον ἐμαυτὸν, ἀλλὰ πρῶτον ἐποιούμην τῶν στρατηγῶν. ταῦτα δὲ τοῦ Σκιπίωνος οἱ πολλοὶ θαυμάζοντες, ἐκάκιζον τὸν Τίτον, ὡς ἀλλοτρίῳ νεκρῷ προσενεγκόντα τὰς χεῖρας. ἔνιοι δὲ ἦσαν οἱ τὸ πεπραγμένον ἐπαινοῦντες, καὶ τὸν Ἀννίβαν, ἕως ἔζη, πῦρ ἡγούμενοι δεόμενον τοῦ ῥιπίζοντος. μηδὲ γὰρ ἀκμάζοντος αὐτοῦ τὸ σῶμα Ῥωμαίοις καὶ τὴν χεῖρα φοβερὰν, ἀλλὰ τὴν δεινότητα καὶ τὴν ἐμπειρίαν γεγονέναι μετὰ τῆς ἐμφύτου πικρίας καὶ δυσμενείας, ὧν οὐδὲν ἀφαιρεῖ τὸ γῆρας, ἀλλ᾽ ὑπομένειν τὴν φύσιν ἐν τῷ ἤθει· τὴν δὲ τύχην οὐ διαμένειν ὁμοίαν, ἀλλὰ μεταπίπτουσαν, ἐκκαλεῖσθαι ταῖς ἐλπίσιν πρὸς τὰς ἐπιθέσεις τοὺς ἀεὶ τῷ μισεῖν πολεμοῦντας. καὶ τὰ ὕστερά πως ἔτι μᾶλλον ἐμαρτύρησε τῷ Τίτῳ· τοῦτο μὲν, Ἀριστόνικος ὁ τοῦ κιθαρῳδοῦ, διὰ τὴν Εὐμενοῦς δόξαν ἐμπλήσας ἅπασαν ἀπο-

lem quum in Africa debellaſſet Annibalem, neque exterminaſſet eum, neque expoſcere voluiſſet a civibus, immo & ante pugnam in colloquium veniens complexus eum eſt, & poſt pugnam in pace jungenda neque ludibrio habuit, neque inſultavit in ejus fortunam. Fama eſt fuiſſe iterum eos Epheſi congreſſos, ac primum, quum una deambularent, Annibale locum digniorem præripiente, tuliſſe id Africanum, & ſine ullo indignationis indicio cum eo inambulaſſe: deinde, illato de imperatoribus ſermone, quum ſummum Annibal imperatorem dixiſſet fuiſſe Alexandrum, inde Pyrrhum, ſeipſum tertium, tum leniter ſubridentem Africanum quæſiſſe, Quid vero, ſi te ego non viciſſem? Ibi Annibalem reſpondiſſe, Tum me, Scipio, non tertium, ſed inter imperatores numerarem primum. Hanc Scipionis civilitatem multi laudibus tollentes, deteſtabantur Quintium, quod cadaveri manus attuliſſet alieno. Fuerunt qui probarent factum ejus, atque Annibalem, quoad animam traheret, pro igni haberent, cui abeſſet nihil niſi qui eum excitaret. Neque enim florentis corpus ipſius populo Romano, vel manum formidoloſam, ſed ſcientiam rei militaris, ſed uſum fuiſſe cum inſita conjunctum acerbitate in populum Romanum ejus & odio. Quorum ſenectus nihil detrahat, ſed perſtet in moribus natura: fortuna vero non permaneat eadem, verum varians ſtimulet ſpe ad aliquid conandum illos qui ſemper odio ad bellum alicui faciendum concitantur. Et profecto ea quæ inſequuta ſunt, plus pluſque Quintio ſuffragantur. Hinc enim Ariſtonicus citharœdo prognatus, qui propter Eumenis gloriam de-

ἀποστάσεων καὶ πολέμων τὴν Ἀσίαν· τοῦτο δὲ, Μιθριδάτης, μετὰ Σύλλαν καὶ Φιμβρίαν, καὶ τοσοῦτον ὄλεθρον στρατευμάτων καὶ στρατηγῶν, αὖθις ἐπὶ Λούκουλλον ἐκ γῆς ὁμοῦ καὶ θαλάττης ἀναστὰς τηλικοῦτος. οὐ μὴν οὐδὲ Γαΐου Μαρίου ταπεινότερος Ἀννίβας ἔκειτο. τῷ μὲν γὰρ βασιλεὺς φίλος ὑπῆρχεν καὶ βίος καὶ συνήθεις, καὶ διατριβαὶ περὶ ναῦς καὶ ἵππους καὶ στρατιωτῶν ἐπιμέλειαν. τὰς δὲ Μαρίου τύχας Ῥωμαῖοι γελῶντες, ἀλωμένου καὶ πτωχεύοντος ἐν Λιβύῃ, μετὰ μικρὸν ἐν Ῥώμῃ σφαττόμενοι καὶ μαστιγούμενοι προσεκύνουν. οὕτως οὐδὲν οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα τῶν παρόντων πρὸς τὸ μέλλον ἐστὶν, ἀλλὰ μία τοῦ μεταβάλλειν τελευτὴ καὶ τοῦ εἶναι. διὸ καί φασιν ἔνιοι τὸν Τίτον οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ταῦτα πρᾶξαι, πεμφθῆναι δὲ πρεσβευτὴν μετὰ Λευκίου Σκιπίωνος, οὐδὲν ἄλλο τῆς πρεσβείας ἐχούσης ἔργον ἢ τὸν Ἀννίβου θάνατον. ἐπεὶ δὲ οὐδεμίαν ἔτι τούτων κατόπιν οὔτε πολιτικὴν τοῦ Τίτου πρᾶξιν οὔτε πολεμικὴν ἱστορήκαμεν, ἀλλὰ καὶ τελευτῆς ἔτυχεν εἰρηνικῆς, ὥρα τὴν σύγκρισιν ἐπισκοπεῖν.

defectionibus & bellis universam inundavit Asiam: hinc Mithridates, qui post clades a Sylla & Fimbria acceptas, tantamque exercituum suorum & ducum stragem, de integro in Lucullum terra marique tam validus insurrexit. Nec vero C. Mario jacebat Annibal abjectior: huic enim rex suppetebat amicus, cultus, familiares, procurationem habebat navium, equitatus, militum: Marii fortunis Romani illudentes palantis & mendicantis in Africa, brevi post Romæ quum interficerentur, & virgis conciderentur, eas adorabant. Adeo nihil neque pusillum neque magnum in præsentia est ad venientia, sed unus est conversionis qui & vitæ finis. Unde negant nonnulli sua sponte hæc Quintium egisse, sed fuisse legatum cum L. Scipione, neque aliud habuisse legationem argumenti, præter Annibalis necem. Cæterum quandoquidem nullam deinceps Quintii, neque in toga neque in armis comperimus actionem, sed exitum quoque sortitus est quietum, restat nunc ut comparationem consideremus.



Μεγέθει



Μεγέθει μὲν οὖν τῶν εἰς τοὺς Ἕλληνας εὐεργεσιῶν, οὔτε Φιλοποίμενα Τίτῳ παραβάλλειν, οὔτε πάνυ πολλοὺς τῶν Φιλοποίμενος ἀμεινόνων ἀνδρῶν ἄξιόν ἐστιν. τοῖς μὲν γὰρ Ἕλλησι πρὸς Ἕλληνας ὁ πόλεμος, τῷ δὲ οὐχ Ἕλληνι, καὶ ὑπὲρ Ἑλλήνων. καὶ ὅτε Φιλοποίμην ἀμηχανῶν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις ἀμύνειν πολεμουμένοις εἰς Κρήτην ἀπῆρεν, τότε νικήσας Τίτος ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι Φίλιππον, ἠλευθέρου καὶ τὰ ἔθνη καὶ πόλεις ἁπάσας. εἰ δέ τις ἐξετάζοι τὰς μάχας ἑκατέρου, πλείους Ἕλληνας Φιλοποίμην Ἀχαιῶν στρατηγῶν, ἢ Μακεδόνας Τίτος Ἕλλησι βοηθῶν, ἀνεῖλε. τὰ τοίνυν ἁμαρτήματα, τοῦ μὲν, φιλοτιμίας, τοῦ δὲ, φιλονεικίας γέγονεν· καὶ πρὸς ὀργὴν ὁ μὲν εὐκίνητος, ὁ δὲ καὶ δυσπαραίτητος. Τίτος μὲν γὰρ καὶ Φιλίππῳ τὸ ἀξίωμα τῆς βασιλείας ἐφύλαξε, καὶ πρὸς Αἰτωλοὺς εὐγνωμόνησεν· Φιλοποίμην δὲ τῆς πατρίδος δι' ὀργὴν ἀφείλετο τὴν περιοικίδα συντέλειαν. ἔτι δὲ, ὁ μὲν τοῖς παθοῦσιν ἀεὶ βέβαιος, ὁ δὲ θυμῷ λῦσαι χάριν ἕτοιμος. Λακεδαιμονίων μὲν γὰρ εὐεργέτης πρότερον ὤν, ὕστερον καὶ τὰ τείχη κατέσκαψεν, καὶ τὴν χώραν περιέκοψεν, καὶ τέλος, αὐτὴν μετέβαλεν καὶ διέφθειρεν τὴν πολιτείαν.

ἐδόκει

Beneficiorum quidem in Græcos amplitudine, neque Philopœmenem contendere cum Quintio, neque perquam multos Philopœmene præstantiores par est: illis enim fuit Græcis adversus Græcos bellum, huic non Græco pro Græcis: & quo tempore impos civibus suis Philopœmen succurrere oppugnatis in Cretam navigavit, tunc debellato Quintius in umbilico Græciæ Philippo, in libertatem asseruit & gentes & civitates universas. Quod si jam utriusque prœlia discutias, plures Græcos Philopœmen prætura apud Achæos fungens, quam Græcis succurrens Quintius occidit Macedonas. Jam peccata hujus in ambitione, illius in pervicacia fuerunt: & in iram propensus Quintius, alter pene implacabilis. Quintius enim regiam Philippo majestatem retinuit, & Ætolis præbuit se lenem. Philopœmen iræ indulgens suburbanos stipendiarios ademit patriæ. Ad hæc, superior in eos quos beneficio affecerat semper stabilis: alter ad merita ex bile delenda promptus. Quippe Lacedæmoniorum, in quos beneficus ante fuerat, post muros etiam solo æquavit, fines vastavit, ipsam denique convertit & delevit reipub.

pub.

ἐδόκει δὲ καὶ τὸν βίον ὀργῇ προέσθαι καὶ φιλονεικίᾳ, μὴ κατὰ καιρὸν ἀλλ' ὀξύτερον τοῦ δέοντος εἰς Μεσσήνην ἐπειχθεὶς, οὐχ, ὥσπερ Τίτος, παντὶ λογισμῷ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν στρατηγήσας.

Ἀλλὰ πλήθει τε πολέμων καὶ τροπαίων ἡ Φιλοποίμενος ἐμπειρία βεβαιοτέρα. τῷ μὲν γὰρ τὰ πρὸς Φίλιππον ἐκρίθη δυοῖν ἀγώνοιν· ὁ δὲ μυρίας μάχας κατορθώσας, οὐδεμίαν ἀμφισβήτησιν τῇ τύχῃ πρὸς τὴν ἐπιστήμην ἀπολέλοιπεν. ἔτι δὲ, ὁ μὲν τῇ Ῥωμαίων ἀκμὴν ἐχούσῃ δυνάμει χρησάμενος, ὁ δὲ, τῆς Ἑλλάδος ἤδη φθινούσης ἐπακμάσας, δόξαν ἔχει· ὥστε τοῦ μὲν, ἴδιον, τοῦ δὲ κοινὸν ἔργον εἶναι τὸ κατορθούμενον. ὁ μὲν γὰρ ἦρχεν ἀγαθῶν, ὁ δὲ ἄρχων, ἀγαθοὺς ἐποίει. καὶ μὴν τῷ γε πρὸς Ἕλληνας τούτῳ γενέσθαι τοὺς ἀγῶνας, οὐκ εὐτυχῆ μὲν, ἰσχυρὰν δὲ τῆς ἀρετῆς ἀπόδειξιν παρεῖχεν. οἷς γὰρ ὅμοια τἆλλα, τῷ προὔχειν, ἀρετῇ κρατοῦσιν. καὶ γὰρ δὴ πολεμικωτάτοις Ἑλλήνων Κρησὶ καὶ Λακεδαιμονίοις πολεμήσας, τῶν μὲν πανουργοτάτων, δόλῳ, τῶν δὲ ἀλκιμωτάτων, τόλμῃ περιεγένετο. πρὸς δὲ τούτοις, Τίτος μὲν ἐξ ὑποκειμένων ἐνίκα, χρώμενος ὁπλισμοῖς καὶ τάξεσιν αἷς παρέλαβεν· Φιλοποίμην δὲ, αὐτὸς ἐπεισενεγκὼν, καὶ μεταβαλὼν τὸν περὶ ταῦτα κόσμον· ὥστε τὸ νικητικώτατον, ὑφ' οὗ μὲν, οὐκ ὂν εὑρῆσθαι, τῷ δὲ ὑπάρχον βοηθεῖν. κατὰ χεῖρα τοίνυν, Φιλοποίμενος μὲν ἔργα πολλὰ καὶ μεγάλα, θατέρου δὲ οὐδέν. ἀλλὰ καὶ τῶν Αἰτωλῶν τις αὐτὸν Ἀρχέδημος ἐπέσκωπτεν, ὡς ὅτε αὐτὸς ἐσπασ-

pub. formam. Ac vitam videtur quoque per iram & pervicaciam profudisse, quod non opportuno tempore, sed rapidius quam conveniebat ruens adversus Messenios, non ut Quintius, omni consilio & cum securitate exercitum duxisset.

Atqui bellorum numero & trophæorum Philopœmenis confirmata magis est experientia. Illi enim bellum Macedonicum duobus determinabatur prœliis, hic sexcentis conflictibus victor nullam fortunæ reliquit cum scientia rei militaris controversiam. Præterea Quintius populi Romani florentibus usus viribus, alter flaccescente jam Græcia adolescens gloriam tulit; unde hujus proprium, commune illius videatur fuisse victoria. Quintius enim imperavit bonis, hic alter bonos imperator effecit. Adde his, quod bella adversus Græcos gesta non auspicatum quidem huic, certum tamen virtutis præbuerunt documentum. Nam quibus paria sunt cætera, hi palmam virtute solum obtinent; siquidem qui cum summis bellatoribus bellum gessit Cretensibus & Lacedæmoniis, illos vaferrimos astutia, hos fortissimos superavit audacia. Insuper ex rebus præparatis lauream Quintius deportavit, disciplina militari utens & scientia aciei instruendæ quas accepit: Philopœmen ipse etiam adferens & mutans harum ordines. Itaque, id quod maximi erat ad victoriam momenti, ab hoc quum deesset, est inventum; illi adjumento fuit quod jam suppeditabat. Manus certe Philopœmenis multa opera extant & grandia, alterius nullum. Immo etiam Ætolus quidam exprobrat Quintio Archedemus, dum ipse stricto gladio

ἐσπασμένος τὴν μάχαιραν, ἔθει δρόμῳ πρὸς τοὺς μαχομένους, καὶ τοὺς συνεστῶτας τῶν Μακεδόνων, τοῦ Τίτου τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ὑπτίας ἀνατείναντος, ἑστῶτος καὶ προσευχομένου.

Καὶ μὴν Τίτῳ μὲν ἄρχοντι συνέβη καὶ πρεσβεύοντι πάντα πρᾶξαι τὰ καλά· Φιλοποίμην δὲ οὐ χείρονα παρέσχεν οὐδὲ ἀπρακτότερον ἑαυτὸν ἰδιώτην ἢ στρατηγὸν τοῖς Ἀχαιοῖς. στρατηγὸς μὲν γὰρ ὢν, Νάβιν ἐξέβαλεν ἐκ Μεσσήνης, καὶ Μεσσηνίους ἠλευθέρωσεν· ἰδιώτης δὲ, Διοφάνην τὸν στρατηγὸν, καὶ Τίτον ἐπερχομένους ἀπέκλεισε τῆς Σπάρτης, καὶ Λακεδαιμονίους διέσωσεν. οὕτως ἡγεμονικὴν φύσιν ἔχων, οὐ κατὰ τοὺς νόμους, ἀλλὰ καὶ τῶν νόμων ἄρχειν ἠπίστατο πρὸς τὸ συμφέρον· οὐ δεόμενος παρὰ τῶν ἀρχομένων λαβεῖν τὸ ἄρχειν, ἀλλὰ χρώμενος αὐτοῖς, ὅπου καιρὸς εἴη, τὸν ὑπὲρ αὐτῶν φρονοῦντα, μᾶλλον ἢ τὸν ὑπ' αὐτῶν ᾑρημένον ἡγούμενος στρατηγόν. γενναῖα μὲν οὖν Τίτου τὰ πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἐπιεικῆ καὶ φιλάνθρωπα, γενναιότερα δὲ Φιλοποίμενος τὰ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ὀχυρὰ καὶ φιλελεύθερα. ῥᾷον γὰρ χαρίζεσθαι τοῖς δεομένοις, ἢ λυπεῖν ἀντιτείνοντα τοὺς δυνατωτέρους. ἐπεὶ δὲ οὕτως ἐξεταζομένων δυσθεώρητος ἡ διαφορὰ, σκόπει μὴ τῷ μὲν Ἕλληνι τὸν ἐμπειρίας πολεμικῆς καὶ στρατηγίας στέφανον, τῷ δὲ Ῥωμαίῳ τὸν δικαιοσύνης καὶ χρηστότητος ἀποδιδόντες, οὐ φαύλως διαιτᾷν δόξωμεν.

gladio in pugnantes & conglobatos Macedonas currens se inferret, illum passis manibus ad cœlum tensis stetisse, & vota Diis nuncupasse.

Super hæc Titus in magistratibus & legationibus omnes res suas præclaras gessit: nihilo Philopœmen deteriorem se vel ignaviorem privatum præstitit Achæis quam prætorem. Siquidem in prætura Nabim exegit Messene, Messeniosque in libertatem restituit: privatus prætorem Diophanem & Quintium adventantes Sparta exclusit, & Lacedæmonios servavit. Qui quum adeo natura dux esset, non ex præscripto legum, sed etiam legibus noverat e bono publico imperare, neque expectavit dum a popularibus acciperet imperium, sed usus est iis sicubi locus esset, hunc censens potius prætorem qui, quod in rem illorum esset intelligeret rectius, quam quem elegissent. Est memorabilis quidem Quintii in Græcos lenitas & humanitas, sed fortitudo & libertatis amor adversus Romanos memorabilior Philopœmenis. Pronius est enim bene mereri de inopibus, quam irritare potentiores reluctantem. Quando igitur ita examinatorum ægre eruitur discrimen, vide, si Græco bellicæ scientiæ artisque imperatoriæ, justitiæ & humanitatis lauream demus Romano, num male disceptaverimus.




ΠΥΡΡΟΣ.



Ex Chalcedonio insigni hujusce molis ad miraculum exciso penes Comitem Halifax.

Π Υ Ρ Ρ Ο Σ.



Θεσπρωτῶν καὶ Μολοσσῶν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἱστοροῦσι Φαέθοντα βασιλεῦσαι πρῶτον, ἕνα τῶν μετὰ Πελασγοῦ παραγενομένων εἰς τὴν Ἤπειρον· ἔνιοι δὲ Δευκαλίωνα καὶ Πύῤῥαν, εἱσαμένους τὸ περὶ Δωδώνην ἱερὸν, αὐτόθι κατοικεῖν ἐν Μολοσσοῖς. χρόνῳ δὲ ὕστερον Νεοπτόλεμος ὁ Ἀχιλλέως λαὸν ἀγαγὼν, αὐτός τε τὴν χώραν κατέσχε, καὶ διαδοχὴν βασιλέων ἀφ' αὐτοῦ κατέλιπε, Πυῤῥίδας ἐπικαλουμένους. καὶ γὰρ αὐτῷ Πύῤῥος ἦν παιδικὸν ἐπωνύμιον, καὶ τῶν γνησίων παίδων ἐκ Λανάσσης τῆς Κλεοδέου τοῦ Ὕλλου γενομένων ἕνα, Πύῤῥον ὠνόμασεν. ἐκ τούτου δὲ καὶ Ἀχιλλεὺς ἐν Ἠπείρῳ τιμὰς ἰσοθέους ἔσχεν, Ἄσπετος ἐπιχωρείῳ φωνῇ προσαγορευόμενος. μετὰ δὲ τοὺς πρώτους, τῶν διὰ μέσου βασιλέων ἐκβαρβαρωθέντων, καὶ γενομένων τῇ τε δυνάμει καὶ τοῖς βίοις ἀμαυροτέρων, Θαῤῥύταν πρῶτον ἱστοροῦσιν, Ἑλληνικοῖς ἔθεσι καὶ γράμμασι καὶ νόμοις φιλανθρώποις διακοσμήσαντα τὰς πόλεις, ὀνομαστὸν γενέσθαι. Θαῤῥύτου δὲ Ἀλκέτας υἱὸς ἦν, Ἀλκέτου δὲ Ἀρύβας,

Ἀρύ-

REGNUM Thesprotorum & Molossorum tradunt primum a diluvio tenuisse Phaethontem, qui inter illos fuit qui cum Pelasgo in Epirum commeaverunt. Quidam Deucalionem & Pyrrham templo apud Dodonam constructo, ibi consedisse in Molossis. Postmodum Neoptolemus Achillis filius, populum eam in oram deduxit, eamque ipse coluit, atque successionem a se regum, quos Pyrrhidas appellaverunt, reliquit. Hic etenim puerili cognomine dictus Pyrrhus fuerat: ac liberorum quos ex Lanassa habuit Cleodis Hylli filii gnata, unum vocavit Pyrrhum. Inde Achilli honores in Epiro divini fuerunt, ac voce vernacula Aspetum dixere. Infra primos quum intermedii reges efferati essent, opibusque & factis obscuriores; Tharrhytam scribunt primum, qui moribus Græcis, literis, & legibus humanioribus civitates tinxit, celebrem evasisse. Tharrhytæ Alcetas filius fuit, Alcetæ Arybas,

rybas,

Ἀρύβα δὲ καὶ Τρωϊάδος, Αἰακίδης. οὗτος ἔγημε τὴν Μένωνος τοῦ Θεσσαλοῦ θυγατέρα, Φθίαν, ἀνδρὸς εὐδοκίμου περὶ τὸν Λαμιακὸν πόλεμον γενομένου, καὶ μέγιστον ἀξίωμα τῶν συμμάχων μετὰ Λεωσθένην λαβόντος. ἐκ δὲ τῆς Φθίας τῷ Αἰακίδῃ γίνονται θυγατέρες Δηϊδάμεια καὶ Τρωϊάς, υἱὸς δὲ, Πύρρος.

Ἐπεὶ δὲ στασιάσαντες οἱ Μολοσσοὶ, καὶ τὸν Αἰακίδην ἐκβαλόντες, ἐπηγάγοντο τοὺς Νεοπτολέμου παῖδας, οἱ μὲν φίλοι τοῦ Αἰακίδου διεφθάρησαν καταληφθέντες, τὸν δὲ Πύρρον ἔτι νήπιον ὄντα, καὶ ζητούμενον ὑπὸ τῶν πολεμίων, ἐκκλέψαντες οἱ περὶ Ἀνδροκλείδην καὶ Ἄγγελον ἔφυγον, οἰκέτας ὀλίγους καὶ γύναια τιθηνούμενα τὸ παιδίον ἀναγκαίως ἐφελκόμενοι. καὶ διὰ τοῦτο τῆς φυγῆς γενομένης αὐτοῖς δυσέργου καὶ βραδείας, καταλαμβανόμενοι, τὸ μὲν παιδίον ἐγχειρίζουσιν Ἀνδροκλείωνι καὶ Ἱππίᾳ καὶ Νεάνδρῳ, νεανίσκοις οὖσι πιστοῖς καὶ ῥωμαλέοις, ἀνὰ κράτος φεύγειν καὶ Μεγάρων ἔχεσθαι, χωρίου Μακεδονικοῦ, προστάξαντες. αὐτοὶ δὲ, τὰ μὲν δεόμενοι, τὰ δὲ ἀπομαχόμενοι, τοῖς διώκουσιν ἐμποδὼν ἦσαν ἄχρι δείλης ὀψίας. ἀποτρεπομένων δὲ μόλις ἐκείνων, μετέθεον τοὺς τὸν Πύρρον κομίζοντας. ἤδη δὲ τοῦ ἡλίου καταδεδυκότος, ἐγγὺς γενόμενοι τῆς ἐλπίδος, ἐξαίφνης ἀπεκόπησαν, ἐντυχόντες τῷ παρὰ πόλιν παραῤῥέοντι ποταμῷ, χαλεπῷ μὲν ὀφθῆναι καὶ ἀγρίῳ, πειρωμένοις δὲ διαβῆναι παντάπασιν ἀπορωτάτῳ. πολύ τε γὰρ ἐξέπιπτε ῥεῦμα καὶ θολερὸν, ὄμβρων ἐπιγενομένων, καὶ τὸ σκότος ἐποίει πάντα φοβερώτερα. καθ' αὑτοὺς μὲν οὖν ἀπέγνωσαν ἐπιχειρεῖν παιδίον φερόμενοι, καὶ γύναια τὰ

rybas, Arybæ & Troiadis Æacides. Hic in matrimonio habuit Menonis Theſſali filiam Phthiam, clari bello Lamiaco viri, ſummæque inter ſocios ſecundum Leoſthenem dignitatis. Ex Phthia nati Æacidi ſunt Deidamia & Troias, præterea filius Pyrrhus.

Æacide vero per ſeditionem exacto, Moloſſi aſſciverunt Neoptolemi filios. Quare amici Æacidis quos occupaverunt, interfecti ſunt. Pyrrho autem etiamnum infante, quum inveſtigaretur ab hoſtibus, Androclides & Angelus clam ſublato fugam arripuerunt. Trahebant ſecum pro neceſſitate rerum paucos ſervos & mulierculas pueri nutrices. Unde difficiliore fuga & retardata quum inſtarent hoſtes, puerum Androclioni, Hippiæ, & Neandro tradunt, fidis juvenibus & valentibus: jubentque quantum poſſint, accelerent fugam, Megaraque oppidum Macedoniæ teneant. Inde ipſi qua precibus qua vi illos, qui inſectabantur, in diei ſerum morati ſunt. Quibus ægre rejectis, ſequuti ſunt eos qui Pyrrhum ferebant. Sub ſolis occaſum quæ in manibus erat, ſpes elapſa eis repente eſt, ubi ad amnem, qui oppidum præfluit, pervenerunt, aſpectu horrendum & rapidum, atque tentantibus vadum, nulla ratione permeabilem. Largam enim & turbidam volvebat ex imbribus aquam, & omnia reddebat nox terribiliora. Diffiſi igitur ſolos ſe tranſportare puerum & nutrices pueri poſſe,

τὰ τρέφοντα τὸ παιδίον· αἰσθόμενοι δὲ τῶν ἐπιχωρίων τινὰς ἐν τῷ πέραν ἑστῶτας, ἐδέοντο συλλαβέσθαι πρὸς τὴν διάβασιν, καὶ τὸν Πύρρον ἀνεδείκνυσαν, βοῶντες καὶ ἱκετεύοντες. οἱ δὲ οὐ κατήκουον διὰ τραχύτητα καὶ πάταγον τοῦ ῥεύματος, ἀλλ' ἦν διατριβὴ, τῶν μὲν βοώντων, τῶν δὲ μὴ συνιέντων. ἄχρι τις ἐννοήσας, καὶ περιελὼν δρυὸς φλοιὸν, ἀνέγραψε πόρπῃ γράμματα φράζοντα τήν τε χρείαν καὶ τὴν τύχην τοῦ παιδός· εἶτα λίθῳ τὸν φλοιὸν περιελίξας, καὶ χρησάμενος οἷον ἕρματι τῆς βολῆς, ἀφῆκεν εἰς τὸ πέραν. ἔνιοι δέ φασι, σαυνίῳ περιπήξαντας ἀκοντίσαι τὸν φλοιόν. ὡς δ' οὖν ἀνέγνωσαν οἱ πέραν τὰ γράμματα, καὶ συνεῖδον τὴν ὀξύτητα τοῦ καιροῦ, κόπτοντες ξύλα καὶ πρὸς ἄλληλα συνδέοντες ἐπεραιοῦντο. καὶ κατὰ τύχην ὁ πρῶτος αὐτῶν περαιωθεὶς, Ἀχιλλεὺς τοὔνομα, τὸν Πύρρον ἐδέξατο, τοὺς δὲ ἄλλους, ὡς ἔτυχον, οἱ ἄλλοι διεκόμιζον.

Οὕτω δὲ σωθέντες καὶ φθάσαντες τὴν δίωξιν, εἰς Ἰλλυριοὺς παρεγένοντο πρὸς Γλαυκίαν τὸν βασιλέα· καὶ καθεζόμενον εὑρόντες οἴκοι μετὰ τῆς γυναικὸς, ἐν μέσῳ τὸ παιδίον ἐπὶ τῆς γῆς κατέθεσαν. ὁ δὲ ἦν ἐπὶ γνώμης, Κάσσανδρον δεδοικὼς, ἐχθρὸν ὄντα τοῦ Αἰακίδου, καὶ σιωπὴν εἶχε πολὺν χρόνον βουλευόμενος. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Πύρρος ἀπ' αὐτομάτου προσερπύσας, καὶ λαβόμενος τοῦ ἱματίου ταῖς χερσὶ, καὶ προσεξαναστὰς πρὸς τὰ γόνατα τοῦ Γλαυκίου, γέλωτα πρῶτον, εἶτα οἶκτον παρέσχεν, ὥσπερ τις ἱκέτης δεόμενος καὶ δακρύων. ἔνιοι δέ φασιν οὐ τῷ Γλαυκίᾳ προσπεσεῖν αὐτὸν, ἀλλὰ βωμοῦ θεῶν προσαψάμενον, ἑστάναι πρὸς αὐτῷ περιβάλλοντα τὰς χεῖρας· καὶ

τὸ

posse, quum incolas aliquot animadvertissent in ulteriori ripa stare, oraverunt hos ut ad trajiciendum opitularentur sibi, Pyrrhumque iis cum clamoribus & supplicibus precibus ostenderunt. At illi ob undarum asperitatem & strepitum non exaudiebant, sed dum hi clamant, illi nihil intelligunt, mora interposita est, quousque uni venit in mentem, ut detractæ quercus cortici inscriberet fibula literas, quibus necessitatem & fortunam pueri significavit. Tum circumvolutam corticem lapidi, quo velut jactus libramento usus est, misit in ripam ulteriorem: alii ferunt eum tragulæ alligatam corticem jecisse. Illis lectis literis, qui trans fluvium erant, præcipitem temporis punctum intelligentes, cæsis lignis atque invicem alligatis rate facta transmiserunt. Ac forte qui primus trajecit, Achilles nomine, accepit Pyrrhum. Cæteros alii alios, ut quisque cuique occurrit, transvexere.

Ita quum emersissent incolumes evitato periculo insequentium, in Illyricum contulerunt se ad regem Glauciam; quem ubi domi reperissent cum uxore sedentem, reposuerunt puerum in medio humi. Ille quod Cassandrum in animo timeret inimicum Æacidis, diu deliberabundus conticuit. Interea sponte Pyrrhus arrepens, quum apprehenso manibus pallio ad genua se Glauciæ sustulisset in pedes, risum primum, deinde, quod suppliciter precantem & lacrymantem repræsentaret, commiserationem movit. Alii autores sunt non summisisse Glauciæ se ad genua, sed tacta Deorum ara manibusque ei injectis humo se erexisse, eamque rem

vi-

τὸ πρᾶγμα τῷ Γλαυκίᾳ θεῖον φανῆναι. διὸ καὶ παραυτίκα τὸν Πύρρον ἐνεχείρισε τῇ γυναικὶ, κελεύσας ἅμα τοῖς τέκνοις τρέφεσθαι, καὶ μικρὸν ὕστερον ἐξαιτουμένων τῶν πολεμίων, Κασσάνδρου δὲ καὶ διακόσια τάλαντα διδόντος, οὐκ ἐξέδωκεν· ἀλλὰ καὶ γενόμενον δυοκαίδεκα ἐτῶν, καταγαγὼν εἰς Ἤπειρον μετὰ δυνάμεως, βασιλέα κατέστησεν. ἦν δὲ ὁ Πύρρος τῇ μὲν ἰδέᾳ τοῦ προσώπου, φοβερώτερον ἔχων ἢ σεμνότερον τὸ βασιλικὸν, πολλοὺς δὲ ὀδόντας οὐκ εἶχεν, ἀλλ' ἓν ὀστέον συνεχὲς ἦν ἄνωθεν, οἷον λεπταῖς ἀμυχαῖς τὰς διαφυὰς ὑπογεγραμμένων τῶν ὀδόντων. τοῖς δὲ σπληνιῶσιν ἐδόκει βοηθεῖν, ἀλεκτρυόνα θύων λευκὸν, ὑπτίων τε κατακειμένων τῷ δεξιῷ ποδὶ πιέζων ἀτρέμα τὸ σπλάγχνον. οὐδεὶς δὲ ἦν πένης οὔτε ἄδοξος οὕτως, ὥστε μὴ τυχεῖν τῆς ἰατρείας, δεηθείς. ἐλάμβανε δὲ καὶ τὸν ἀλεκτρυόνα θύσας, καὶ τὸ γέρας τοῦτο ἥδιστον ἦν αὐτῷ. λέγεται δὲ τοῦ ποδὸς ἐκείνου τὸν μείζονα δάκτυλον ἔχειν δύναμιν θείαν, ὥστε μετὰ τὴν τελευτὴν, τοῦ λοιποῦ σώματος κατακαέντος, ἀπαθῆ καὶ ἄθικτον ὑπὸ τοῦ πυρὸς εὑρεθῆναι. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

Γενομένῳ δὲ περὶ ἑπτακαίδεκα ἔτη, καὶ δοκοῦντι τὴν ἀρχὴν ἔχειν βεβαίως, ἀποδημία τις συνέτυχε, τῶν Γλαυκίου παίδων ἑνὸς, οἷς συνετέθραπτο, γυναῖκα λαμβάνοντος. πάλιν οὖν οἱ Μολοττοὶ συστάντες ἐξέβαλον τοὺς φίλους αὐτοῦ, καὶ τὰ χρήματα διήρπασαν, καὶ Νεοπτολέμῳ παρέδωκαν ἑαυτούς. ὁ δὲ Πύρρος οὕτω τὴν ἀρχὴν ἀποβαλὼν, καὶ γενόμενος πάντων ἔρημος, Δημητρίῳ τῷ Ἀντιγόνου προσέμιξεν ἑαυτὸν, ἔχοντι τὴν ἀδελφὴν ἑαυτοῦ Δηϊδάμειαν,

visam Glauciæ divinam. Quare tradidit confestim uxori suæ Pyrrhum, præcepitque ut una cum liberis suis educaretur, & brevi post deposcentibus hostibus, Cassandro etiam ducenta talenta promittenti non dedidit eum. Verum ut annum duodecimum excessit, deduxit cum exercitu eum in Epirum & constituit regem. Prætulit Pyrrhus vultu truciore quam augustiore majestatem regiam. Dentes non habuit discretos, sed erat superiore gingiva perpetuum os distinctum quasi lineis, quibus designabatur dentium interpunctio. Lienosis existimabatur opitulari, quum gallum gallinaceum album immolans supinis jacentibus lienem pede dextro premeret leniter. Neque erat adeo pauper quisquam aut abjectus, cui petenti denegaret curationem. Peracto sacrificio gallum accipiebat, eratque hoc præmii ei gratissimum. Illius pedis fertur pollex fuisse divina virtute præditus. Ac cremato post fata ejus reliquo corpore, repertus inviolatus est & intactus ab igne. Verum hæc postea.

Quum annum septimum decimum attigisset, & regnum suum arbitraretur stabile, evenit ei certa peregrinatio. Unus enim ex Glauciæ filiis, in quorum contubernio creverat, uxorem ducebat. Hic iterum inita Molossi conspiratione expulerunt amicos Pyrrhi, ejusque pecuniam diripuerunt, & permiserunt se Neoptolemo. Exutus ad hunc modum Pyrrhus regno, atque undequaque destitutus, ad Antigoni filium aggregavit se Demetrium, qui sororem suam Deidamiam in matrimonio habebat,

δάμειαν, ἣν ἔτι μὲν οὖσαν κόρην, ὠνόμαζον Ἀλεξάνδρου τοῦ Ῥωξάνης γυναῖκα· τῶν δὲ κατ' ἐκείνους δυστυχηθέντων, ὡραίαν ἔχουσαν αὐτὴν ἔγημεν ὁ Δημήτριος. τῆς δὲ μεγάλης μάχης ἣν ἐν Ἰψῷ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἠγωνίσαντο, παρὼν ὁ Πύρρος τοῖς περὶ Δημήτριον συμμετεῖχε, μειράκιον ὢν ἔτι, καὶ τοὺς καθ' αὑτὸν ἐτρέψατο, καὶ διεφάνη λαμπρὸς ἐν τοῖς μαχομένοις. πταίσαντα δὲ Δημήτριον οὐκ ἐγκατέλιπεν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐν τῇ Ἑλλάδι πόλεις πιστευθεὶς διεφύλαξε· καὶ συμβάσεων αὐτῷ γενομένων πρὸς Πτολεμαῖον, ἔπλευσεν εἰς Αἴγυπτον ὁμηρεύσων. καὶ Πτολεμαίῳ μὲν ἔν τε θήραις καὶ γυμνασίοις ἐπίδειξιν ἀλκῆς καὶ καρτερίας παρεῖχε· τὴν δὲ Βερενίκην ὁρῶν μέγιστον δυναμένην, καὶ πρωτεύουσαν ἀρετῇ καὶ φρονήσει τῶν Πτολεμαίου γυναικῶν, ἐθεράπευε μάλιστα· καὶ δεινὸς ὢν ὑπελθεῖν ἐπ' ὠφελείᾳ τοὺς κρείττονας, ὥσπερ ὑπερόπτης τῶν ταπεινοτέρων, κόσμιος δὲ καὶ σώφρων περὶ δίαιταν, ἐκ πολλῶν νέων ἡγεμονικῶν προεκρίθη λαβεῖν Ἀντιγόνην γυναῖκα, τῶν Βερενίκης θυγατέρων, ἣν ἔσχεν ἐκ Φιλίππου πρὶν ἢ Πτολεμαίῳ συνοικεῖν.

Μετὰ δὲ τὸν γάμον τοῦτον, ἔτι μᾶλλον εὐδοκιμῶν, καὶ γυναικὸς ἀγαθῆς τῆς Ἀντιγόνης περὶ αὐτὸν οὔσης, διεπράξατο, χρήματα λαβὼν καὶ δύναμιν, εἰς Ἤπειρον ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἀποσταλῆναι. καὶ παρῆν οὐκ ἄκουσι πολλοῖς διὰ τὴν ἀπέχθειαν τοῦ Νεοπτολέμου, χαλεπῶς καὶ βιαίως ἄρχοντος. πλὴν ἀλλὰ δείσας μὴ πρός τινας τῶν ἄλλων βασιλέων ὁ Νεοπτόλεμος τράπηται, διαλύσεις ἔθετο καὶ φιλίαν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ κοινωνίᾳ τῆς ἀρχῆς.

bebat, quam puellam adhuc Alexandri Roxanes filii uxorem dicebant. Quorum rebus afflictis, jam viro maturam junxit sibi nuptiis Demetrius. Pyrrhus autem magno illi prœlio, quo ad Ipsum omnes reges orbis commiserunt, interfuit juvenis adhuc partes sequutus Demetrii, fugavitque eos quos habebat oppositos, atque emicuit inter prœliantes virtus ejus. Nec fractum deseruit Demetrium, sed creditas sibi Græciæ urbes continuit in fide, & pace cum Ptolemæo patrata, obses in Ægyptum navigavit. Ibi Ptolemæo dedit in venationibus & exercitationibus roboris & patientiæ laboris specimen. Berenicen autem quum adverteret plurimum pollere, atque inter Ptolemæi uxores virtute & prudentia anteire, observavit eam præcipue. Quumque mire calleret, ubi ex usu esset, subire præcellentiores, ut erat abjectiorum fastidiens, præterea modestus esset & temperans in victu, ex multis principibus juvenibus prælatus est, qui uxorem duceret ex filiabus Berenices Antigonem, quam susceperat priusquam cum Ptolemæo esset in matrimonio, ex Philippo.

Post has nuptias clarior jam, quum etiam bona in eum uxor esset Antigone, perfecit ut cum pecunia & copiis ad regnum mitteretur in Epirum. Neque ingratus multitudini fuit adventus ejus ob Neoptolemi odium acerbe & violenter dominantis. Attamen ne ad quem Neoptolemus regum aliorum recurreret, veritus, fœdus cum eo & amicitiam communicato iniit regno.

χῆς. χρόνου δὲ προϊόντος, ἦσαν οἱ παροξύνοντες αὐτοὺς κρύφα, καὶ κατ' ἀλλήλων ἐμποιοῦντες ὑποψίας. ἡ μέντοι μάλιστα κινήσασα τὸν Πύῤῥον αἰτία λέγεται τοιαύτην ἀρχὴν λαβεῖν. εἰώθεισαν οἱ βασιλεῖς ἐν Πασσαρῶνι χωρίῳ τῆς Μολοττίδος, Ἀρείῳ Διῒ θύσαντες, ὁρκωμοτεῖν τοῖς Ἠπειρώταις καὶ ὁρκίζειν, αὐτοὶ μὲν ἄρξειν κατὰ τοὺς νόμους, ἐκείνους δὲ τὴν βασιλείαν διαφυλάξειν κατὰ τοὺς νόμους. ταῦτ' οὖν ἐδρᾶτο ἀμφοτέρων τῶν βασιλέων παρόντων, καὶ συνῆσαν ἀλλήλοις μετὰ τῶν φίλων, δῶρα πολλὰ, τὰ μὲν διδόντες, τὰ δὲ λαμβάνοντες. ἐνταῦθα δὲ Γέλων, ἀνὴρ πιστὸς Νεοπτολέμῳ, δεξιωσάμενος φιλοφρόνως τὸν Πύῤῥον, ἐδωρήσατο βοῶν ἀροτήρων δυσὶ ζεύγεσι. ταῦτα Μυρτίλος ὁ ἐπὶ τοῦ οἴνου παρὼν ᾔτει τὸν Πύῤῥον· ἐκείνου δὲ μὴ διδόντος, ἀλλ' ἑτέρῳ, χαλεπῶς ἐνεγκὼν ὁ Μυρτίλος οὐκ ἔλαθε τὸν Γέλωνα. καλέσας οὖν αὐτὸν ἐπὶ δεῖπνον, ὡς δέ φασιν ἔνιοι, καὶ χρησάμενος παρ' οἶνον, ὥραν ἔχοντι, λόγους προσήνεγκε, παρακαλῶν ἑλέσθαι τὰ τοῦ Νεοπτολέμου, καὶ φαρμάκοις διαφθεῖραι τὸν Πύῤῥον. ὁ δὲ Μυρτίλος ἐδέξατο μὲν τὴν πεῖραν, ὡς ἐπαινῶν καὶ συμπεπεισμένος, ἐμήνυσε δὲ τῷ Πύῤῥῳ· καὶ κελεύσαντος ἐκείνου, τὸν ἀρχιοινοχόον Ἀλεξικράτην τῷ Γέλωνι συνέστησεν, ὡς δὴ μεθέξοντα τῆς πράξεως αὐτοῖς. ἐβούλετο γὰρ ἐν πλείοσιν ὁ Πύῤῥος τὸν ἔλεγχον γενέσθαι τοῦ ἀδικήματος. οὕτω δὲ τοῦ Γέλωνος ἐξαπατωμένου, συνεξαπατώμενος ὁ Νεοπτόλεμος, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ὁδῷ βαδίζειν οἰόμενος, οὐ κατεῖχεν, ἀλλ' ὑπὸ χαρᾶς ἐξέφερε πρὸς τοὺς φίλους. καί ποτε κωμάσας παρὰ τὴν ἀδελφὴν Καδμείαν, ἐχρῆτο λαλιᾷ περὶ τούτων, οὐδένα

regno. Cæterum procedente tempore fuerunt qui occulte incenderent eos, mutuasque inter ipsos sererent suspiciones. Quæ tamen præcipue Pyrrhum commovit causa, dicitur ex hujuscemodi orta fonte. Mos erat regibus ut in Passarone Molossorum regione secundum sacra Jovi Martio facta jurarent Epirotis, & eos sacramento adigerent, hi ex legum præscripto se regnaturos, illos regnum ex præscripto legum defensuros. Hæc acta ambobus sunt præsentibus regibus, unaque hi inter se fuerunt cum amicis, multaque dona dederunt & acceperunt invicem. Hic Gelon, vir Neoptolemo fidus, exceptum comiter Pyrrhum jugis duobus boum aratorum donavit. Ea Myrtilus pocillator qui aderat, poposcit a Pyrrho. Quum autem is denegaret illi ea, & daret alteri, non fefellit Gelonem ægre id Myrtilum ferre. Igitur invitatum ad cœnam, & (ut nonnulli aiunt) quod formosus esset, illato temulento stupro, appellavit solicitavitque ut faceret cum Neoptolemo, & Pyrrhum sustolleret veneno. Non rejecit Myrtilus attentantem, tanquam comprobaret & ei assentiretur, cæterum indicavit rem Pyrrho: cujus jussu primarium pincernam Geloni conciliavit Alexicratem, quasi socium futurum consilii. Nam plures quærebat sceleris Pyrrhus indices. Ita circumscripto Gelone circumscriptus una Neoptolemus, atque insidias progressum habere ratus, non temperavit sibi, sed lætitia gestiens detexit eas amicis, atque quum comessaret aliquando apud sororem Cadmiam, effutiit quid pararetur, neminem ratus verba

να συνακούειν οἰόμενος. οὐδεὶς γὰρ ἦν πλησίον ἄλλος ἢ Φαιναρέτη, γυνὴ Σάμωνος τοῦ τὰ ποίμνια καὶ τὰ βουκόλια τῷ Νεοπτολέμῳ διοικοῦντος. αὕτη δὲ ἀπεστραμμένη πρὸς τοῖχον ἐπὶ κλίνης τινὸς, ἐδόκει καθεύδειν. συνήκοος δὲ πάντων γενομένη καὶ λαθοῦσα, μεθ' ἡμέραν ἧκε πρὸς Ἀντιγόνην τὴν Πύῤῥου γυναῖκα, καὶ πάντα κατεῖπεν ὅσα τοῦ Νεοπτολέμου πρὸς τὴν ἀδελφὴν ἤκουσε λέγοντος. πυθόμενος δὲ ὁ Πύῤῥος, ἐκεῖ μὲν ἡσυχίαν ἦγεν· ἐν δὲ θυσίᾳ καλέσας ἐπὶ δεῖπνον τὸν Νεοπτόλεμον, ἀπέκτεινεν, αἰσθόμενος τῶν Ἠπειρωτῶν τοὺς κρατίστους προσέχοντας αὐτῷ, καὶ παρακελευομένους ἀπαλλαγῆναι τοῦ Νεοπτολέμου, καὶ μὴ μερίδα μικρὰν ἔχοντα βασιλείας ἀγαπᾶν, ἀλλὰ τῇ φύσει χρῆσθαι, μειζόνων πραγμάτων ἀντιλαμβανόμενον· καί τινος ὑποψίας ἅμα προσγενομένης, τὸν Νεοπτόλεμον φθάσας ἀνελεῖν.

Μεμνημένος δὲ Βερενίκης καὶ Πτολεμαίου, παιδίον μὲν αὐτῷ γενόμενον ἐξ Ἀντιγόνης, Πτολεμαῖον ὠνόμασεν, οἰκίσας δὲ πόλιν ἐν τῇ χεῤῥονήσῳ τῆς Ἠπείρου, Βερενικίδα προσηγόρευσεν. ἐκ δὲ τούτου, πολλὰ μὲν περινοῶν καὶ μεγάλα τῇ γνώμῃ, ταῖς δὲ ἐλπίσι μάλιστα καὶ πρῶτον ἀντιλαμβανόμενος τῶν πλησίον, εὗρεν ἐμφῦναι τοῖς Μακεδόνων πράγμασιν ἐκ τοιᾶσδέ τινος προφάσεως. τῶν Κασάνδρου παίδων ὁ πρεσβύτερος Ἀντίπατρος τήν τε μητέρα Θεσαλονίκην ἀνεῖλε, καὶ τὸν ἀδελφὸν Ἀλέξανδρον ἤλαυνεν. ὁ δὲ πρός τε Δημήτριον ἔπεμψε, δεόμενος βοηθεῖν, καὶ Πύῤῥον ἐκάλει. Δημητρίου δὲ ὑπὸ ἀσχολιῶν βραδύνοντος, ἐπελθὼν ὁ Πύῤῥος ᾔτησε μισθὸν

τ

verba excipere. Nullus enim aderat alius quam Samonis, qui gregibus & armentis Neoptolemi præerat, uxor Phænarete. Ea ad parietem aversa jacebat in lecto, videbaturque dormire. Quæ quum omnia clam excepisset, profecta postridie ad uxorem Pyrrhi Antigonen, denudavit ei cuncta quæ Neoptolemum audivisset sorori dicentem. Ea re ad Pyrrhum delata, in præsentia quidem hic quievit, verum in sacrificio invitatum ad cœnam peremit Neoptolemum, quum primores Epirotarum sentiret sui cupidos, qui adhortabantur eum ut explicaret se a Neoptolemo, neque portione regni contentus defungeretur modica, sed ut ingenium sequeretur suum, & res majores capesseret, atque oblata simul hac suspicione præverteret opprimere Neoptolemum.

Berenices autem & Ptolemæi memor, natum sibi ex Antigone filium appellavit Ptolemæum, & oppidum, quod in Cherroneso Epiri condidit, Berenicidem dixit. Hinc multa & ingentia volvens animo, arripiens autem spe potissimum & primum vicina, obtigit ei imperium Macedonicum tentare ex hujuscemodi occasione. Cassandri filiorum major, Antipater, matrem Thessalonicam peremit, & Alexandrum fratrem pellere instititit. Hic ad Demetrium misit petitum suppetias, simulque Pyrrhum accersivit. Demetrium autem negotiis remorantibus, occurrit Pyrrhus, postulavitque

2 mer-

τῆς συμμαχίας, τήν τε Νυμφαίαν καὶ τὴν παραλίαν τῆς Μακεδονίας, καὶ τῶν ἐπικτήτων ἐθνῶν, Ἀμβρακίαν, Ἀκαρνανίαν, Ἀμφιλοχίαν. προεμένου δὲ τοῦ νεανίσκου, ταῦτα μὲν αὐτὸς εἶχε, φρουραῖς καταλαβὼν, τὰ δὲ λοιπὰ κλώμενος ἐκείνῳ, περιέκοπτε τὸν Ἀντίπατρον. Λυσίμαχος δὲ ὁ βασιλεὺς, αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀσχολίαις, προθυμούμενος Ἀντιπάτρῳ βοηθεῖν, εἰδὼς δὲ τὸν Πύρρον οὐδὲν ἀχαριστεῖν οὐδὲ ἀρνεῖσθαι Πτολεμαίῳ βουλόμενον, ἔπεμψε πλαστὰ γράμματα πρὸς αὐτὸν, ὡς Πτολεμαίου κελεύοντος ἀπαλλάττεσθαι τῆς στρατιᾶς, τριακόσια τάλαντα παρὰ τοῦ Ἀντιπάτρου λαβόντα. λύσας δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὁ Πύρρος, εὐθὺς τὸ ῥᾳδιούργημα τοῦ Λυσιμάχου συνεῖδεν. οὐ γὰρ ἦν ἡ συνήθης γεγραμμένη προσαγόρευσις, Ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ χαίρειν, ἀλλὰ, Βασιλεὺς Πτολεμαῖος βασιλεῖ Πύρρῳ χαίρειν. λοιδορήσας δὲ τὸν Λυσίμαχον, ὅμως ἐποιεῖτο τὴν εἰρήνην, καὶ συνῆσαν ὡς κατὰ σφαγίων ὁρκωμοτήσοντες. ἐπεὶ δὲ κάπρου καὶ ταύρου καὶ κριοῦ προσαχθέντος, ὁ κριὸς αὐτομάτως ἀπέθανε, τοῖς μὲν ἄλλοις γελᾷν ἐπῄει, τὸν δὲ Πύρρον ὁ μάντις Θεόδοτος ὀμόσαι διεκώλυσε, φήσας τὸ δαιμόνιον ἑνὶ προσημαίνειν τῶν τριῶν βασιλέων θάνατον. ὁ μὲν οὖν Πύρρος οὕτως ἀπέστη τῆς εἰρήνης.

Τῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῶν πραγμάτων ἤδη κατάστασιν ἐχόντων, ὅμως ὁ Δημήτριος ἀφίκετο, καὶ δῆλος μὲν ἦν εὐθὺς ἥκων μὴ δεομένῳ, καὶ φόβον παρεῖχεν. ὀλίγας δὲ ἡμέρας συγγινόμενοι δι' ἀπιστίας ἐπεβούλευσαν ἀλλήλοις ἀμφότεροι. καιρῷ δὲ χρησάμενος καὶ φθάσας ἀποκτίννυσιν ὁ Δημήτριος τὸ μειράκιον, καὶ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη Μακεδονίας. ἦν μὲν οὖν καὶ πρότερον

αὐτῷ

mercedem auxilii Nymphæam, regionem Macedoniæ maritimam, atque ex provinciis adjectis Ambraciam, Acarnaniam, Amphilochiam. Cedente his adolescente, tenuit ea sibi & præsidiis firmavit. Reliqua quæ detraxit Antipatro paravit illi. At rex Lysimachus, quum studeret Antipatro succurrere, erat implicatus ipse negotiis. Verum quod Pyrrhum omnia sciret gratificaturum Ptolemæo, neque quicquam denegaturum, misit ad eum literas adulterinas, quasi illam expeditionem peteret Ptolemæus, ut mercede accepta ab Antipatro trecentorum talentorum omitteret. Soluta epistola confestim odoratus Pyrrhus est Lysimachi fraudem. Neque enim scriptam habebat consuetam salutationem, Pater filio salutem, sed, Rex Ptolemæus regi Pyrrho salutem. Insectatus autem Lysimachum, fœdus tamen icit, in quod adhibitis hostiis juraturi convenerunt. Postquam apro, tauro, & ariete ad sacrificium adductis, mortuus aries nulla vi, sed casu est, aliis risu oborto, Pyrrhum vetuit aruspex Theodotus jurare, dicens uni ex tribus regibus mortem denuntiari. Ita Pyrrhus pacem diremit.

Compositis jam rebus Alexandri, nihilominus advenit Demetrius, neque clam fuit eum ad invitum venire, injecitque ei metum. Quum paucis diebus una fuissent, struebat ex suspicionibus uterque alteri insidias. Verum arrepta Demetrius ansa prævertit adolescentem occidere, atque rex est Macedoniæ renuntiatus. Intercedebat quidem etiam

ei

αὐτῷ πρὸς τὸν Πύρρον ἐγκλήματα, καὶ καταδρομαὶ τῆς Θεσσαλίας ἐγεγόνεισαν ὑπ' ἐκείνου, καὶ τὸ σύμφυτον νόσημα ταῖς δυναστείαις, ἡ πλεονεξία, τὴν γειτνίασιν αὐτοῖς ἐπίφοβον καὶ ἄπιστον παρεῖχε, καὶ μᾶλλον ἔτι μετὰ τὴν τῆς Δηϊδαμείας τελευτήν. ἐπεὶ δὲ καὶ κατασχόντες ἀμφότεροι Μακεδονίαν, συνέπιπτον εἰς τὸ αὐτό, καὶ μείζονας ἐλάμβανε προφάσεις ἡ διαφορά, Δημήτριος μὲν ἐπ' Αἰτωλοὺς στρατευσάμενος, καὶ κρατήσας, Πάνταυχον αὐτόθι μετὰ πολλῆς δυνάμεως καταλιπών, αὐτὸς ἐβάδιζεν ἐπὶ Πύρρον, καὶ Πύρρος ἐπ' ἐκεῖνον, ὡς ᾔσθετο. γενομένης δὲ διαμαρτίας καθ' ὁδόν, ἀλλήλους παρήλλαξαν· καὶ Δημήτριος μὲν ἐμβαλὼν εἰς Ἤπειρον ἐλεηλάτει, Πύρρος δὲ Πανταύχῳ περιπεσών, εἰς μάχην κατέστη. καὶ τῶν στρατιωτῶν συμπεσόντων, δεινὸς ἦν καὶ μέγας ἀγών, μάλιστα κατὰ τοὺς ἡγεμόνας. ὅ, τε γὰρ Πάνταυχος, ἀνδρείᾳ καὶ χειρὶ καὶ ῥώμῃ σώματος ἄριστος ὢν ὁμολογουμένως τῶν περὶ Δημήτριον στρατηγῶν, καὶ θάρσος ἔχων καὶ φρόνημα, προὐκαλεῖτο τὸν Πύρρον εἰς τὰς χεῖρας· ὅ, τε Πύρρος οὐδενὶ τῶν βασιλέων ὑφιέμενος ἀλκῆς καὶ δόξης, καὶ τὴν Ἀχιλλέως δόξαν αὐτῷ δι' ἀρετὴν μᾶλλον ἢ κατὰ γένος συνοικειοῦν βουλόμενος, ἐναντίος ἐχώρει διὰ τῶν προμάχων ἐπὶ τὸν Πάνταυχον. ἦν δὲ δορατισμὸς τὸ πρῶτον, εἶτα ἐν χερσὶν γενόμενοι, μετὰ τέχνης, ἀλλὰ καὶ βίας ἐχρῶντο τοῖς ξίφεσιν. λαβὼν δὲ ὁ Πύρρος ἓν τραῦμα, δοὺς δὲ δύο, τὸ μὲν εἰς τὸν μηρόν, τὸ δὲ παρὰ τὸν τράχηλον, ἐτρέψατο καὶ κατέβαλε τὸν Πάνταυχον· οὐ μὴν ἀνεῖλεν· ἀνηρπάγη γὰρ ὑπὸ τῶν φίλων. οἱ δὲ Ἠπειρῶται τῇ νίκῃ τοῦ βασιλέως ἐπαρθέντες, καὶ θαυμάσαντες τὴν ἀρε-

ei ante cum Pyrrho ſimultas: quibus accedebant excurſiones ab illo in Theſſaliam factæ, & nativus principum morbus, immodica cupiditas, formidoloſam eis vicinitatem & infidam effecit, præſertim poſt Deidamiæ exceſſum. Quum autem teneret uterque partem Macedoniæ, atque in idem ambo concurrerent, majoreſque acciperet diſſenſio obtentus, Demetrius ſuperatis bello Ætolis, ac Pantaucho ibi cum magnis copiis relicto, movit in Pyrrhum, & Pyrrhus, ubi id reſcivit, in illum. Diverſis viis profecti non occurrerunt inter ſe. Ac Demetrius quidem invaſit & populatus eſt Epirum. Pyrrhus quum in Pantauchum incidiſſet, expedivit ſe ad prœlium. Concurſus autem extitit militum acris atque ingens certamen, præcipue ubi duces agebant. Namque Pantauchus, virtute & manu & vi corporis inter Demetrii duces longe primus, audaxque & animoſus, provocavit ad congrediendum ſecum Pyrrhum. Ex altera parte Pyrrhus fortitudine & gloria nulli regum ſecundus, & qui Achillis laudes ſtuderet virtute ſibi magis quam genere aſſerere, perrexit per anteſignanos infeſtus in Pantauchum. Primum haſtis velitati, inde comminus non ſolum arte, ſed & lacertis gladios tractaverunt. Pyrrhus uno accepto vulnere, inflictis duobus, altero in femur, ſecundum collum altero, pepulit proſtravitque Pantauchum, nec tamen occidit eum, quod eripuerint eum amici. Epirotæ autem regis victoria erecti & virtutem

ἀρετὴν, ἐβιάσαντο καὶ διέκοψαν τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων, καὶ φεύγοντας διώκοντες, ἀπέκτειναν τε πολλοὺς, καὶ πεντακισχιλίους ζῶντας εἷλον.

Ὁ δὲ ἀγὼν οὗτος οὐ τοσοῦτον ὀργῆς ὧν ἔπαθον, οὐδὲ μίσους ἐνέπλησε τοὺς Μακεδόνας πρὸς τὸν Πύῤῥον, ὅσην δόξαν αὐτοῦ, καὶ θαῦμα τῆς ἀρετῆς, καὶ λόγον ἐνειργάσατο τοῖς ἰδοῦσι τὰ ἔργα, καὶ συνενεχθεῖσι κατὰ τὴν μάχην. καὶ γὰρ ὄψιν ᾤοντο καὶ τάχος ἐοικέναι καὶ κίνημα τοῖς Ἀλεξάνδρου, καὶ τῆς φορᾶς ἐκείνης καὶ βίας παρὰ τοὺς ἀγῶνας ἐν τούτῳ σκιὰς ὁρᾶσθαι καὶ μιμήματα· τῶν ἄλλων βασιλέων ἐν πορφύραις καὶ δορυφόροις καὶ κλίσει τραχήλου, καὶ τῷ μεῖζον διαλέγεσθαι, μόνου δὲ Πύῤῥου τοῖς ὅπλοις καὶ ταῖς χερσὶν ἐπιδεικνυμένου τὸν Ἀλέξανδρον. τῆς δὲ περὶ τάξεις καὶ στρατηγίας ἐπιστήμης αὐτοῦ καὶ δεινότητος ἔνεστι δείγματα λαβεῖν ἐκ τῶν γραμμάτων, ἃ περὶ τούτων ἀπολέλοιπε. λέγεται δὲ καὶ Ἀντίγονος, ἐρωτηθεὶς τίς ἄριστος τῶν στρατηγῶν, φάναι, Πύῤῥος, ἂν γηράσῃ, περὶ τῶν καθ' αὑτὸν οὕτως ἀποφηνάμενος μόνον. Ἀννίβας δὲ συμπάντων ἀπέφαινε τῶν στρατηγῶν, πρῶτον μὲν ἐμπειρίᾳ καὶ δεινότητι Πύῤῥον, Σκιπίωνα δὲ δεύτερον, ἑαυτὸν δὲ τρίτον, ὡς ἐν τοῖς περὶ Σκιπίωνος γέγραπται. καὶ ὅλως τοῦτο μελετῶν ἔοικε καὶ φιλολογῶν ἀεὶ διατελεῖν ὁ Πύῤῥος, ὡς μαθημάτων βασιλικώτατον, τὰς δὲ ἄλλας γλαφυρίας ἐν οὐδενὶ λόγῳ τίθεσθαι. λέγεται γὰρ ὡς ἐρωτηθεὶς ἔν τινι πότῳ, πότερον φαίνεται αὐτῷ Πύθων αὐλητὴς ἀμείνων, ἢ Καφισίας, εἰπεῖν, ὅτι Πολυσπέρχων στρατηγός· ὡς ταῦτα τῷ βασιλεῖ ζητεῖν μόνα καὶ γινώσκειν προσῆκον. ἦν δὲ καὶ πρὸς τοὺς συνήθεις ἐπιεικὴς, καὶ πρᾶος ὀργὴν, σφοδρὸς δὲ

virtutem ſtupentes, impreſſione facta propulerunt phalangem Macedonum, tergiſque inhærentes fugientium magnum numerum interfecerunt, ceperunt quinque millia.

Hac pugna non ita ob cladem ipſorum incendit & offendit Pyrrhus Macedonas, ut opinionem & admirationem de ſe virtutis & ſermonem præbuit iis qui facta ſua conſpexerant, & in pugna fuerant ſecum congreſſi. Nam vultum exiſtimabant & agilitatem motumque referre eum Alexandri, illius etiam impetus & fervoris inter pugnandum cernere ſe umbras in hoc & imagines; quum alii reges purpura, ſatellitibus, flexu colli, & elatiore ſermone, Pyrrhus factis militaribus & ſtrenuitate unus Alexandrum redderet. De illius ſcientia & arte inſtruendæ aciei atque rei militaris documentum accipias ex commentariis, quos de his reliquit. Dicitur inſuper interrogatus Antigonus, qui optimus dux foret, reſpondiſſe, Pyrrhus, ſi ad ſenectutem perveniſſet. Atque ille de ſui temporis æqualibus modo pronuntiavit; Annibal vero cunctorum imperatorum cenſuit peritia & arte primum Pyrrhum, Scipionem ſecundum, tertium ſe, ut in Scipionis hiſtoria retulimus. Et quidem omnino hoc meditari Pyrrhum & commentari perpetuo, ut artem maxime rege dignam, apparuit, reliquas elegantias pro nihilo ducere. Fertur enim rogatus in convivio quodam Python an Caphiſias tibicen ei videretur melior, reſpondiſſe Polyſperchontem ducem, quaſi id quærere ſolum & cognoſcere deceret regem. Fuit etiam ad familiares humanus atque facilis, acris & promp-

δὲ καὶ πρόθυμος ἐν ταῖς χάρισιν. Ἀερόπου γοῦν ἀποθανόντος, οὐκ ἤνεγκε μετρίως· ἐκεῖνον μὲν ἀνθρώπινα πεπονθέναι φάσκων, ἑαυτὸν δὲ μεμφόμενος καὶ κακίζων, ὅτι μέλλων ἀεὶ καὶ βραδύνων, χάριν οὐκ ἀπέδωκεν αὐτῷ. τὰ μὲν γὰρ χρέα καὶ κληρονόμοις ἐστὶν ἀποδοῦναι τῶν δανεισάντων· αἱ δὲ τῶν χαρίτων ἀμοιβαὶ μὴ γενόμεναι πρὸς αἰσθανομένους, ἀνιῶσι τὸν χρηστὸν καὶ δίκαιον. ἐν δὲ Ἀμβρακίᾳ κακολόγον τινὰ καὶ βλάσφημον ἄνθρωπον οἰομένων δεῖν μεταστῆσαι τὸν Πύῤῥον, Αὐτοῦ μένων, ἔφη, μᾶλλον ἡμᾶς ἐν ὀλίγοις, ἢ περιιὼν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους κακῶς λεγέτω. καὶ τοὺς παρ' οἶνον αὐτὸν λοιδορήσαντας, εἶτα ἐλεγχομένους, ἠρώτησεν εἰ ταῦτα εἶπον. ἀποκριναμένου δὲ τῶν νεανίσκων ἑνὸς, ταῦτα, ὦ βασιλεῦ· πλείονα δ' ἂν τούτων εἰρήκειμεν, εἰ πλείων παρῆν οἶνος ἡμῖν· γελάσας ἀφῆκε.

Γυναῖκας δὲ πραγμάτων ἕνεκα καὶ δυνάμεως πλείονας ἔγημε μετὰ τὴν Ἀντιγόνης τελευτήν. καὶ γὰρ Αὐτολέοντος τοῦ Παιόνων βασιλέως ἔλαβε θυγατέρα, καὶ Βιρκένναν τὴν Βαρδύλλιος τοῦ Ἰλλυριῶν, καὶ Λάνασσαν τὴν Ἀγαθοκλέους τοῦ Συρακουσίου, προῖκα προσφερομένην αὐτῷ τὴν Κερκυραίων πόλιν, ἡλωκυῖαν ὑπὸ Ἀγαθοκλέους. ἐκ μὲν οὖν Ἀντιγόνης Πολεμαῖον υἱὸν ἔσχεν, ἐκ δὲ Λανάσσης Ἀλέξανδρον, Ἕλενον δὲ τὸν νεώτατον, ἐκ Βιρκέννης. καὶ πάντας ἀγαθοὺς ἐν τοῖς ὅπλοις ἐθρέψατο καὶ διαπύρους, εὐθὺς ἐκ γενετῆς ἐπὶ τούτῳ θηγομένους ὑπ' αὐτοῦ. λέγεται γὰρ ὡς ἐρωτηθεὶς ὑφ' ἑνὸς αὐτῶν ἔτι παιδὸς ὄντος, ὦ τινι καταλείψει τὴν βασιλείαν, εἰπεῖν, ὃς ἂν ὑμῶν τὴν μάχαιραν ὀξυτέραν ἔχῃ. τοῦτο δὲ οὐδὲν ἀποδεῖ τῆς τραγικῆς ἀρᾶς ἐκείνης,

Θηκ-

promptus ad rependendam gratiam. Itaque Æropi mortem tulit acerbe, atque illi dixit humanum casum accidisse, seipsum vero reprehendit culpavitque, quod assidue protrahendo & cunctando non retulisset ei gratiam. Quippe æs alienum vel hæredibus dissolvas licet creditorum, beneficentiæ nisi repensæ vivis torquent bonum & rectum virum. Maledicum quendam Ambraciæ & obtrectatorem quum censerent Pyrrho exterminandum, Maneat (inquit) ibi, ut apud paucos potius nos, quam laceret vagans apud omnes. Certos juvenes, qui maledicta in se ingesserant inter pocula, dum arguuntur, quæsivit an ea dixissent. Cui quum unus illorum respondisset, Sane hæc, O Rex: sed & plura his effudissem, ni defecisset lagena: arridens liberavit eum.

Uxores autem negotiorum suorum & potentiæ causa ab Antigones obitu plures duxit. Nam Autoleontis Pæoniæ regis filiam nuptiis sibi junxit, Bircennam Bardyllis Illyrii, & Lanassam Agathoclis Syracusani, quæ in dotem attulit ei oppidum Corcyram, ab Agathocle captum. Tulit ex Antigone Ptolemæum filium, ex Lanassa Alexandrum, Helenum stirpis minimum ex Bircenna. Omnes vero bello bonos & acres educavit, eosque acuit ad hoc a prima ætate. Dicitur enim ab uno eorum puero etiamnum interrogatus, cuinam relicturus regnum esset, respondisse, Ei qui vestrum acutissimum habuerit gladium. Hoc vero nihil abest a tragica illa execratione,

Fra-

Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν

τοὺς ἀδελφούς. οὕτως ἄμικτός ἐστι καὶ θηριώδης ἡ τῆς πλεονεξίας ὑπόθεσις.

Μετὰ δὲ τὴν μάχην ταύτην, ὁ Πύῤῥος ἐπανελθὼν οἴκαδε λαμπρὸς ὑπὸ δόξης καὶ φρονήματος, ἔχαιρε· καὶ ἀετὸς ὑπὸ τῶν Ἠπειρωτῶν προσαγορευόμενος, δι' ὑμᾶς, ἔλεγεν, ἀετός εἰμι. πῶς γὰρ οὐ μέλλω τοῖς ὑμετέροις ὅπλοις, ὥσπερ ὠκυπτέροις, ἐπαιρόμενος; ὀλίγῳ δὲ ὕστερον πυθόμενος νοσεῖν τὸν Δημήτριον ἐπισφαλῶς, ἐνέβαλε μὲν ἐξαίφνης εἰς Μακεδονίαν, ὡς ἐπιδρομήν τινα καὶ λεηλασίαν ποιησόμενος. παρ' ὀλίγον δὲ ἦλθε πάντων ὁμοῦ κρατῆσαι, καὶ λαβεῖν ἀμαχεὶ τὴν βασιλείαν, ἐλάσας ἄχρις Ἐδέσσης, μηδενὸς ἀμυνομένου, πολλῶν δὲ καὶ προστιθεμένων καὶ συστρατευόντων. αὐτόν τε δὴ τὸν Δημήτριον ὁ κίνδυνος ἐξανέστησε παρὰ δύναμιν, οἵ τε φίλοι καὶ ἡγεμόνες ὀλίγῳ χρόνῳ πολλοὺς ἀθροίσαντες, ἐῤῥωμένως καὶ προθύμως ἐπὶ τὸν Πύῤῥον ὥρμησαν. ὁ δὲ λῃστρικώτερον ἀφιγμένος, οὐκ ἔμεινεν, ἀλλὰ φεύγων μέρος τι τῆς στρατείας ἀπέβαλε, καθ' ὁδὸν ἐπιθεμένων τῶν Μακεδόνων. οὐ μὴν, ὅτι ῥᾳδίως καὶ ταχὺ τὸν Πύῤῥον ἐξέβαλε τῆς χώρας ὁ Δημήτριος, ἠμέλησεν· ἐγνωκὼς δὲ μεγάλων πραγμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι, καὶ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν ἀνακτᾶσθαι δέκα μυριάσι στρατοῦ, καὶ ναυσὶ πεντακοσίαις, οὐκ ἐβούλετο τῷ Πύῤῥῳ προσπταίσαι, οὐδὲ ἀπολιπεῖν Μακεδόσι πάροικον ἐργώδη καὶ χαλεπόν· ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ἐσχόλαζε πολεμεῖν πρὸς αὐτὸν, διαλυθεὶς καὶ θέμενος εἰρήνην, οὕτως ἐπὶ τοὺς ἄλλους βασιλεῖς τρέπεσθαι. γινομένων δὲ διὰ ταῦτα τῶν ὁμολογιῶν, καὶ τῆς γνώμης ἅμα τῷ μεγέθει τῆς παρασκευ-ῆς

Fratres domum sortiri acutis ensibus.

Adeo est insociabile & ferum cupiditatis institutum.

Porro ab hac pugna reversus Pyrrhus domum inclytus gestivit gloria & animi elatione. Ac quum ab Epirotis Aquila nominaretur, Per vos, inquit, aquila sum: quidni enim sim vestris armis velut alis evectus? Post aliquanto Demetrium nuntiato esse gravi morbo implicitum, irrupit in Macedoniam, quasi incursionem aliquam & populationem facturus. Cæterum parum abfuit quin omnia simul occuparet, caperetque sine sanguine regnum, Edessam usque progressus obsistente nullo, multis quoque ad eum deficientibus, & arma ejus sequentibus. Hic ergo Demetrium præter vires periculum excitavit, Amici ejus ducesque ingentibus brevi contractis spatio copiis moverunt in Pyrrhum impigre & alacriter. At hic qui prædandi potius causa venerat, non expectavit illos, sed fugiens partem exercitus in itinere prementibus Macedonibus amisit. Nec Demetrius tamen, quod facile Pyrrhum & cito finibus suis summovisset, continuo contempsit eum; sed quia res magnas agitabat animo tentare, regnumque paternum exercitu centum millium militum & navibus quingentis repetere, noluit cum Pyrrho conflictari, vel vicinum relinquere Macedonibus durum & gravem; verum quum sibi non vacaret illum persequi bello, fœdere icto ac composita pace ita adoriri alios reges. Ea de causa fœdere pacto, quum quid in animo haberet, apparatus indicaret moles, tre-

ῆς ἐκφανείσης τοῦ Δημητρίου, φοβηθέντες οἱ βασιλεῖς διεπέμποντο πρὸς τὸν Πύῤῥον ἀγγέλους καὶ γράμματα, θαυμάζειν φάσκοντες, εἰ τὸν αὐτοῦ προέμενος καιρὸν, ἐν τῷ Δημητρίου πολεμῆσαι περιμένει, ἢ δυνάμενος Μακεδονίας ἐκβαλεῖν αὐτὸν πολλὰ πράττοντα καὶ ταραττόμενον, ἐκδέχεται καὶ σχολάζοντι καὶ μεγάλῳ γενομένῳ περὶ τῶν ἐν Μολοττοῖς ἱερῶν καὶ τάφων διαγωνίσασθαι· καὶ ταῦτα, Κέρκυραν ἔναγχος ἀφῃρημένος ὑπ᾽ αὐτοῦ μετὰ τῆς γυναικός. ἡ γὰρ Λάνασσα μεμψαμένη τὸν Πύῤῥον, ὡς μᾶλλον προσέχοντα ταῖς βαρβάροις γυναιξὶν, εἰς Κέρκυραν ἀπεχώρησε, καὶ δεομένη γάμων βασιλικῶν, ἐκάλει Δημήτριον, ἐπισταμένη μάλιστα τῶν βασιλέων εὐκόλως ἔχοντα πρὸς γάμους γυναικῶν. ἐκεῖνος δὲ πλεύσας τῇ τε Λανάσσῃ συνῆλθε, καὶ φρουρὰν ἐν τῇ πόλει κατέλιπε.

Ταῦτα πρὸς τὸν Πύῤῥον οἱ βασιλεῖς γράφοντες, ἅμα καὶ δι᾽ ἑαυτῶν ἐπὶ μέλλοντα καὶ παρασκευαζόμενον τὸν Δημήτριον ἐκίνουν. Πτολεμαῖος γὰρ ἐπιπλεύσας μεγάλῳ στόλῳ, τὰς Ἑλληνίδας ἀφίστη πόλεις. Λυσίμαχος δὲ τὴν ἄνω Μακεδονίαν ἐκ Θρᾴκης ἐμβαλὼν ἐπόρθει. Πύῤῥος δὲ τούτοις ἅμα συνεξαναστὰς, ἐπὶ Βέῤῥοιαν ἤλαυνε, προσδοκῶν, ὅπερ συνέβη, Δημήτριον ὑπαντιάζοντα Λυσιμάχῳ, τὴν κάτω χώραν ἀπολείψειν ἔρημον. ἐκείνης δὲ τῆς νυκτὸς ἔδοξε κατὰ τοὺς ὕπνους ὑπὸ Ἀλεξάνδρου καλεῖσθαι τοῦ μεγάλου, καὶ παραγενόμενος, κλινήρη μὲν αὐτὸν ἰδεῖν, λόγων δὲ χρηστῶν τυχεῖν καὶ φιλοφροσύνης, ἐπαγγελλομένου προθύμως βοηθήσειν. αὐτοῦ δὲ τολμήσαντος εἰπεῖν, καὶ πῶς ἂν, ὦ βασιλεῦ, νοσῶν δυνατὸς εἴης ἐμοὶ βοηθεῖν; αὐτῷ, φάναι, τῷ ὀνόματι· καὶ περιβάντα Νισαῖον ἵππον ἡγεῖσθαι. ταύ-

trepidi reges missis ad Pyrrhum legatis & literis, mirari significaverunt, se quod bellum ad Demetrii opportunitatem omissa sua traheret, quumque in multa distractum negotia atque turbatum exigere Macedonia valeat, præstoletur dum sibi sit pro aris & focis in Molossis dimicandum cum vacuo & viribus aucto, idque Corcyra nuper per eum una cum uxore exutus. Siquidem Lanassa Pyrrho, quod plus deditus barbaris uxoribus esset, infensa, Corcyram recessit, cupidaque regii connubii accivit Demetrium, facilem sciens præter alios reges ad nuptias contrahendas. Ille Corcyram navigavit, junctaque matrimonio Lanassa præsidium reliquit in oppido.

Hæc quum ad Pyrrhum scripsissent reges, simul etiam ipsi per se cunctantem & molientem agitaverunt Demetrium. Ptolemæus enim magna classe in Græciam profectus traxit ad se civitates. Lysimachus in superiorem Macedoniam ex Thracia incurrit, vastavitque eam. Simul Pyrrhus insurgens Berœam movit, sperans (quod evenit) dum occurrit Lysimacho, Demetrium inferiora regni relicturum vacua. Illa nocte ab Alexandro Magno visus est acciri. Ubi accessit ad eum, decumbentem ægrum vidisse. A quo fuisse benignis verbis & comiter acceptus pollicente promptum suum auxilium. Quum autem ipse sustinuisset dicere, Qui valeas rex valetudine infirma mihi præsto esse? Ipso, dixisse, nomine: ac Nisæo accepto equo ducem se Pyrrho præbuisse.

ταύτην ἰδὼν τὴν ὄψιν ἐπερρώσθη· ταχὺ δὲ χρησάμενος καὶ διαδραμὼν τὰ μεταξὺ, καταλαμβάνει τὴν Βέρροιαν, καὶ τὸ πλεῖστον αὐτόθι τῆς στρατιᾶς ἱδρύσας, τὰ λοιπὰ προσήγετο διὰ τῶν στρατηγῶν. ὁ δὲ Δημήτριος ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσε, καὶ πονηρὸν ἐν τῷ στρατοπέδῳ θόρυβον ᾔσθετο τῶν Μακεδόνων, ἔδεισε πορρωτέρω προαγαγεῖν, μὴ πλησίον γενόμενοι βασιλέως Μακεδόνος καὶ δόξαν ἔχοντος μεταβάλλωνται πρὸς αὐτόν. ὅθεν ἀποστρέψας, ἐπὶ τὸν Πύρρον ἦγεν ὡς ξένον καὶ μισούμενον ὑπὸ τῶν Μακεδόνων. ἐπεὶ δὲ παρεστρατοπέδευσεν αὐτόθι, πολλοὶ τῶν ἐκ τῆς Βερροίας ἀφικνούμενοι τὸν Πύρρον ἐνεγκωμίαζον, ὡς ἄμαχον μὲν ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ λαμπρὸν ἄνδρα, πράως δὲ καὶ φιλανθρώπως τοῖς ἡλωκόσι χρώμενον. ἦσαν δέ τινες οὓς αὐτὸς ὁ Πύρρος ἐγκαθίει, προσποιουμένους εἶναι Μακεδόνας, καὶ λέγοντας ὅτι νῦν καιρός ἐστι τῆς Δημητρίου βαρύτητος ἀπαλλαγῆναι, πρὸς ἄνδρα δημοτικὸν καὶ φιλοστρατιώτην μεταβαλλομένους τὸν Πύρρον. ἐκ τούτου τὸ πλεῖστον ἀνηρέθιστο τῆς στρατιᾶς, καὶ τὸν Πύρρον ἐζήτουν περισκοποῦντες· ἔτυχε γὰρ ἀφῃρημένος τὸ κράνος. ἄχρις οὗ πάλιν συμφρονήσας καὶ περιθέμενος, ἐγνώσθη τῷ τε λόφῳ διαπρέποντι καὶ τοῖς τραγικοῖς κέρασιν, ὥστε τοὺς Μακεδόνας σύνθημα προστρέχοντας αἰτεῖν, ἄλλους δὲ κλάδους δρυὸς ἀναστέφεσθαι, διὰ τὸ καὶ τοὺς περὶ ἐκεῖνον ἐστεφανωμένους εἰσορᾶν. ἤδη δὲ καὶ πρὸς αὐτόν τινες ἐτόλμων λέγειν τὸν Δημήτριον, ὡς ὑπεκστὰς καὶ προέμενος τὰ πράγματα καλῶς δόξει βεβουλεῦσθαι. τούτοις τοῖς λόγοις ὅμοιον ὁρῶν τὸ κίνημα τοῦ στρατοπέδου, καὶ φοβηθεὶς, κρύφα διεξέπεσε, καυσίᾳ τινὶ καὶ λιτῷ χλαμυδίῳ περιστείλας ἑαυτόν. ἐπελθὼν δὲ ὁ Πύρρος, ἀμαχεὶ

isse. Hoc viso corroboratus, agmine raptim per loca interjecta ducto occupat Berœam. Dum ibi cum maxima parte exercitus stativa habet, reliqua in ditionem per duces suos redigebat. Demetrius, ubi ea cognovit, & in castris gravem tumultum intellexit Macedonum, timuit longius procedere, ne, si movisset propius regem Macedonem, eumque celebrem, ad eum transirent. Unde retro in Pyrrhum tanquam externum & Macedonibus invisum movit. Ut castra contulit illic castris Pyrrhi, multi ex Berœa commeaverunt in castra ejus, Pyrrhumque, ut invictum bello virum & splendidum, qui clementer & leniter ageret cum devictis, in cœlum tulere. Nonnulli etiam specie Macedonum, ab ipso submissi Pyrrho, nunc tempus jactarunt esse ab Demetrii se gravi dominatu expediendi, & ad virum popularem militumque amantem transeundi Pyrrhum. Inde exercitus est maxima ex parte accensus, circumspicientesque Pyrrhum requirebant. Nam cassidem tum forte detraxerat, donec animadversa re, & illa reposita agnitus est ex insigni crista & cornibus hircinis. Ita Macedones partim concursu facto signum petiere, partim coronam quercinam sumpserunt, quod milites illius conspicerent etiam coronatos. Jam dicere quoque aliqui ad ipsum ausi sunt Demetrium, bene sibi consulturum, si cederet & imperium deponeret. His dictis congruentem cernens exercitus motum, trepidus causia & humili lacernula tectus proripuit se clam ex castris. Tum ingressus castra Pyrrhus ac-

ἀμαχεὶ παρέλαβε τὸ στρατόπεδον, καὶ βασιλεὺς ἀνηγορεύθη Μακεδόνων.

Ἐπιφανέντος δὲ Λυσιμάχου, καὶ κοινὸν ἔργον ἀμφοῖν ποιουμένου τὴν Δημητρίου κατάλυσιν, καὶ νέμεσθαι τὴν βασιλείαν ἀξιοῦντος, οὔπω πάνυ βεβαίως τοῖς Μακεδόσι πιστεύων ὁ Πύρρος, ἀλλ' ἀμφίβολος ὢν ἐν αὐτοῖς, ἐδέξατο τοῦ Λυσιμάχου τὴν πρόκλησιν, καὶ διενείμαντο τὴν χώραν καὶ τὰς πόλεις πρὸς ἀλλήλους. τοῦτο δὲ ὤνησε μὲν ἐν τῷ παρόντι, καὶ κατέπαυσε τὸν πόλεμον αὐτοῖς, ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἔγνωσαν οὐκ ἀπαλλαγὴν ἔχθρας, ἀλλ' ἐγκλημάτων καὶ διαφορᾶς ἀρχὴν πεποιημένοι τὴν νέμεσιν. οἷς γὰρ οὐ πέλαγος, οὐκ ὄρος, οὐκ ἀοίκητος ἐρημία πέρας ἐστὶ τῆς πλεονεξίας, οὐδ' οἱ διαιροῦντες Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν τέρμονες ὁρίζουσι τὰς ἐπιθυμίας, πῶς ἂν ἁπτόμενοι καὶ ψαύοντες ἀλλήλων ἀτρεμοῖεν, ἐν τοῖς παροῦσι μὴ ἀδικοῦντες, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. ἀλλὰ πολεμοῦσι μὲν ἀεί, τὸ ἐπιβουλεύειν καὶ φθονεῖν ἔμφυτον ἔχοντες. δυοῖν δὲ ὀνομάτων, ὥσπερ νομισμάτων, πολέμου καὶ εἰρήνης, τῷ παρατυχόντι χρῶνται πρὸς τὸ συμφέρον, οὐ πρὸς τὸ δίκαιον. ἐπεὶ βελτίους γε πολεμεῖν ὁμολογοῦντές εἰσιν, ἢ τῆς ἀδικίας τὸ ἀργοῦν καὶ σχολάζον, δικαιοσύνην καὶ φιλίαν προσαγορεύοντες. ἐδήλωσε δὲ ὁ Πύρρος· ἐμποδὼν γὰρ αὐξομένῳ Δημητρίῳ πάλιν ἱστάμενος, καὶ κωλύων τὴν δύναμιν ὥσπερ ἐξ ἀρρωστίας μεγάλης ἀναλαμβάνουσαν, ἐβοήθει τοῖς Ἕλλησι, καὶ παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας. ἀναβὰς δὲ εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ θύσας τῇ Θεῷ, καὶ καταβὰς αὐθημερόν, ἀγαπᾶν μὲν ἔφησε τοῦ δήμου τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν καὶ πίστιν·

ἂν

accepit ſine pulvere exercitum, & rex eſt Macedonum conſalutatus.

At ſuperveniente Lyſimacho, qui Demetrii oppreſſionem eſſe commune utriuſque opus contendit, & partiri poſtulavit regnum, hauddum ſatis fidens Pyrrhus Macedonibus, ſed ancipitem ducens eorum fidem, annuit poſtulatis Lyſimachi, regioneſque & urbes inter ſe diviſere. Atque hoc quidem profuit in præſentia, bellumque inter eos diremit. Cæterum brevi poſt didicerunt non diſcordiarum exſtinctionem, immo cauſam querelarum & diſſenſionis extitiſſe partitionem illam ſuam. Quorum enim cupiditates non pelagus, non mons, non vaſta finit ſolitudo, nec qui Europam Aſiamque diſpeſcunt termini, circumſcribunt: hi non video ubi contingunt ſe mutuo & ſunt connexi, quemadmodum abſtineant ſuis contenti ab injuria. Immo bellum gerunt ſemper, quod inſitum iis ſit ut inſidientur & invideant. Ex duobus vero nominibus quaſi nummis bello & pace, utuntur illo quod ſe obtulerit, non prout ratio poſtulat, ſed prout eſt ex uſu. Ac meliores ſane ſunt, quum bellum gerunt ex profeſſo, quam ubi otium & ferias ab injuriis juſtitiam & amicitiam appellant. Exemplo Pyrrhus eſt. Increſcenti enim iterum ſe objiciens Demetrio, prohibenſque vires ejus ſicut ex gravi ægritudine refocillari, tulit ſuppetias Græcis, & Athenas ingreſſus eſt. Quum in arcem ſcandiſſet, & ſacra feciſſet Minervæ, deſcendiſſetque eodem die, gratam ait ſibi eſſe populi erga ſe benevolentiam, & quam ſibi haberent

4

ἂν μέντοι σωφρονῶσι, μηδένα τῶν βασιλέων ἔτι παρήσειν αὐτοὺς εἰς τὴν πόλιν, μηδὲ τὰς πύλας ἀνοίξειν. ἐκ τούτου καὶ πρὸς τὸν Δημήτριον εἰρήνην ἐποιήσατο, καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον, εἰς Ἀσίαν ἀπάραντος αὐτοῦ, πάλιν πεισθεὶς ὑπὸ Λυσιμάχου, Θετταλίαν ἀφίστη, καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς φρουραῖς προσεπολέμει, βελτίοσι χρώμενος τοῖς Μακεδόσι στρατευομένοις ἢ σχολάζουσι· καὶ ὅλως, αὐτὸς οὐκ εὖ πρὸς ἡσυχίαν πεφυκώς. τέλος δὲ Δημητρίου καταπολεμηθέντος ἐν Συρίᾳ, Λυσίμαχος ἐπ' ἀδείας γενόμενος καὶ σχολάζων, εὐθὺς ἐπὶ τὸν Πύῤῥον ὥρμησε. καὶ καθημένου περὶ τὴν Ἔδεσσαν αὐτοῦ ταῖς ἀγοραῖς κομιζομέναις ἐπιπεσὼν καὶ κρατήσας, ἀπορίαν πρῶτον αὐτῷ περιέστησεν· εἶτα γράμμασι καὶ λόγοις διέφθειρε τοὺς πρώτους τῶν Μακεδόνων, ὀνειδίζων εἰ ξένον ἄνδρα καὶ προγόνων ἀεὶ δεδουλευκότων Μακεδόσι δεσπότην ἑλόμενοι, τοὺς Ἀλεξάνδρου φίλους καὶ συνήθεις ἀπωθοῦσι Μακεδονίας. ἀναπειθομένων δὲ τῶν πολλῶν, δείσας ὁ Πύῤῥος ἀπηλλάγη μετὰ τῆς Ἠπειρωτικῆς καὶ συμμαχικῆς δυνάμεως, ἀποβαλὼν Μακεδονίαν ᾧ τρόπῳ παρέλαβεν. ὅθεν οὐδ' αἰτιᾶσθαι τοὺς πολλοὺς ἔχουσιν οἱ βασιλεῖς, μεταtιθεμένους πρὸς τὸ συμφέρον. ἐκείνους γὰρ αὐτοὺς ταῦτα μιμοῦνται ποιοῦντες, ἀπιστίας καὶ προδοσίας διδασκάλους ὄντας, καὶ πλεῖστα νομίζοντες ὠφελεῖσθαι τὸν ἐλάχιστα τῷ δικαίῳ χρώμενον.

Τότε δ' οὖν εἰς Ἤπειρον ἐκπεσόντι τῷ Πύῤῥῳ, καὶ προεμένῳ Μακεδονίαν, ἡ μὲν τύχη παρεῖχε χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν ἀπραγμόνως, καὶ ζῆν ἐν εἰρήνῃ βασιλεύοντα τῶν οἰκείων· ὁ δὲ, τὸ μὴ παρέχειν ἑτέροις κακὰ, μηδὲ ἔχειν ὑφ'

berent fidem, sed caverent ne ullum posthac regem, si saperent, admitterent in urbem, aut portas ei aperirent. Inde pacem fecit cum Demetrio. Mox illo in Asiam avecto, impulsus denuo ab Lysimacho, Thessaliam solicitavit, & præsidia ejus in Græcia oppugnavit, quod in bello Macedonibus quam in otio uteretur melioribus, nec sane esset bene ad quietem ipse comparatus. Denique devicto in Syria Demetrio, securus jam Lysimachus & negotiis vacuus, movit confestim in Pyrrhum. Quum ad Edessam haberet hic stativa, incidit in commeatum, qui ei supportabatur, eumque abstulit. Ita annonæ difficultate primum oppressit eum, deinde principes Macedonum literis & nuntiis corrupit, objiciens eis quod peregrinum, & cujus majores semper serviissent Macedonibus, eum fecissent dominum, amicos vero & familiares Alexandri extruderent Macedonia. Atque ita multis impulsis attonitus Pyrrhus discessit cum Epiroticis & socialibus copiis, atque eadem qua acceperat, amisit ratione Macedoniam. Quare non habent reges, quod objiciant vulgo pro utilitate varianti. Nam ea re imitatur illos ipsos, qui perfidiæ & proditionis sunt magistri: quique eum maxime utilem sibi ipsi censent, qui quam remotissime abest a justitia.

In Epirum ergo tunc redacto Pyrrho Macedonia amissa, dedit facultatem fortuna rebus suis quiete fruendi, atque inter suos regnanti vivendi in otio. Verum ille nisi fatigaret alios, vel ab aliis ipse fati-

ὑφ' ἑτέρων, ἄλυν τινὰ ναυτιώδη νομίζων ὥσπερ ὁ Ἀχιλλεὺς οὐκ ἔφερε τὴν σχολήν,

——— ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ,
Αὖθι μένων, ποθέεσκε δ' ἀϋτήν τε πτόλεμόν τε.

δεόμενος δ' οὖν ἔλαβε πραγμάτων καινῶν τοιαύτην ὑπόθεσιν. Ῥωμαῖοι Ταραντίνοις ἐπολέμουν. οἱ δὲ, μήτε φέρειν τὸν πόλεμον δυνάμενοι, μήτε θέσθαι θρασύτητι καὶ μοχθηρίᾳ δημαγωγῶν, ἐβουλεύοντο ποιεῖσθαι Πύρρον ἡγεμόνα καὶ καλεῖν ἐπὶ τὸν πόλεμον, ὡς σχολὴν ἄγοντα πλείστην τῶν βασιλέων, καὶ στρατηγὸν ὄντα δεινότατον. τῶν δὲ πρεσβυτέρων καὶ νοῦν ἐχόντων πολιτῶν οἱ μὲν ἄντικρυς ἐνιστάμενοι πρὸς τὴν γνώμην, ἐξέπιπτον ὑπὸ κραυγῆς καὶ βίας τῶν πολλῶν· οἱ δὲ ταῦτα ὁρῶντες, ἀπέλειπον τὰς ἐκκλησίας. εἷς δέ τις ἀνὴρ ἐπιεικής, Μέτων ὄνομα, τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐν ᾗ τὸ δόγμα κυροῦν ἔμελλον ἐνστάσης, καὶ τοῦ δήμου καθεζομένου, λαβὼν στέφανον τῶν ἑώλων καὶ λαμπάδιον, ὥσπερ οἱ μεθύοντες, αὐλητρίδος ὑφηγουμένης αὐτῷ, πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἐκώμαζεν. οἷα δὲ ἐν ὄχλῳ, δημοκρατίας κόσμον οὐκ ἐχούσης, οἱ μὲν ἐκρότουν ἰδόντες, οἱ δὲ ἐγέλων· ἐκώλυε δὲ οὐδείς, ἀλλὰ καὶ τὸ γύναιον αὐλεῖν, κἀκεῖνον ᾄδειν ἐκέλευον εἰς μέσον προσελθόντα. καὶ τοῦτο ποιήσειν ἐπίδοξος ἦν. γενομένης δὲ σιωπῆς, Ἄνδρες, ἔφη, Ταραντῖνοι καλῶς ποιεῖτε, παίζειν καὶ κωμάζειν, ἕως ἔξεστι, τοῖς βουλομένοις μὴ φθονοῦντες. ἐὰν δὲ σωφρονῆτε, καὶ πάντες ἀπολαύσετε ἔτι τῆς ἐλευθερίας, ὡς ἕτερα πράγματα καὶ βίον καὶ δίαιταν ἕξοντες, ὅταν Πύρρος εἰς τὴν πόλιν παραγένηται.

fatigaretur, vitam præ socordia nauseosam existimans, sicut Achilles impatiens erat otii:

——— *at charo pectore tabem*
Traxit ibi residens, aciem bellumque sitivit.

Anxio igitur novarum rerum hæc suppeditavit materia. Romani bellum faciebant Tarentinis. Qui pares quum eis armis non essent, neque possent ea ob ferocitatem & pravitatem concionatorum suorum deponere, deliberabant accire Pyrrhum, & eum ducem facere belli, quod præ cæteris regibus maxime esset in otio, & magnam belli gerendi peritiam haberet. At majores natu cives & sani, partim quum huic consilio aperte reniterentur, clamore & impetu plebis explosi fuerunt, partim ubi hæc videre, temperarunt concionibus. Unus Meton nomine probus vir, illucente die, quo sanciendum decretum erat, quum populus consedisset, sumit ebriorum more coronam marcidam & faculam, ac tibicine præeunte ludibundus est concionem ingressus. Ibi, ut fit in multitudine liberæ civitatis incomposita, alii ad id spectaculi applaudebant, ridebant alii, nemo interpellabat, immo hortabantur etiam procederent in medium; & mulierem, ut tibia, illum ut voce caneret; idque opinabantur facturum. Silentio autem facto, Bene facitis (inquit) Tarentini, qui ludere & saltare cuilibet, dum licet, permittitis: quod si sapiatis, omnes item fruemini vos libertate. Quando alia negotia, alia vita & vivendi ratio erunt sumenda, ubi urbem Pyrrhus ingressus erit.

ται. ταῦτα ῥηθέντα τοὺς πολλοὺς ἔπεισε τῶν Ταραντίνων, καὶ θροῦς διέδραμε τῆς ἐκκλησίας, ὡς εὖ λεγομένων. οἱ δὲ τοὺς Ῥωμαίους δεδιότες, μὴ γενομένης εἰρήνης ἐκδοθῶσι, τόν τε δῆμον ἐλοιδόρουν, εἰ φέρει πράως ἐπικωμαζόμενος οὕτως ἀσελγῶς, καὶ παροινούμενος, τόν τε Μέτωνα συστραφέντες ἐξέβαλον. οὕτω δὲ τοῦ δόγματος κυρίου γενομένου, πρέσβεις ἔπεμψαν εἰς Ἤπειρον, οὐχ αὐτῶν μόνων, ἀλλὰ καὶ τῶν Ἰταλιωτῶν δῶρα τῷ Πύρρῳ κομίζοντας, καὶ λέγοντας ὡς ἡγεμόνος ἔμφρονος δέονται καὶ δόξαν ἔχοντος. δυνάμεις δὲ αὐτόθεν ὑπάρξουσι μεγάλαι παρά τε Λευκανῶν καὶ Μεσαπίων, καὶ Σαυνιτῶν, καὶ Ταραντίνων εἰς δισμυρίους ἱππεῖς· πεζῶν δὲ ὁμοῦ πέντε καὶ τριάκοντα μυριάδες. ταῦτα οὐ μόνον αὐτὸν ἐπῆρε τὸν Πύρρον, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἠπειρώταις προθυμίαν ἐνέβαλε καὶ ὁρμὴν τῆς στρατείας.

Ἦν δέ τις Κινέας, Θεσσαλὸς ἀνήρ, τῷ μὲν φρονεῖν δοκῶν ἱκανὸς εἶναι, Δημοσθένους δὲ τοῦ ῥήτορος ἀκηκοώς, ἐδόκει μόνος μάλιστα τῶν τότε λεγόντων, οἷον ἐν εἰκόνι, τῆς ἐκείνου δυνάμεως καὶ δεινότητος ἀναμιμνήσκειν τοὺς ἀκούοντας. συνὼν δὲ τῷ Πύρρῳ, καὶ πεμπόμενος ἐπὶ τὰς πόλεις, ἐβεβαίου τὸ Εὐριπίδειον, ὅτι πᾶν ἐξαιρεῖ λόγος,

Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν.

ὁ γοῦν Πύρρος ἔλεγε πλείονας πόλεις ὑπὸ Κινέου τοῖς λόγοις, ἢ τοῖς ὅπλοις ὑφ᾽ ἑαυτοῦ προσῆχθαι· καὶ διετέλει τὸν ἄνδρα τιμῶν ἐν τοῖς μάλιστα καὶ χρώμενος. οὗτος οὖν τὸν Πύρρον ὡρμημένον τότε ὁρῶν ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, εἰς λόγους ἀπηγάγετο τοιούτους, ἰδὼν σχολάζοντα, Πολεμισταὶ μὲν, ὦ Πύρρε,

erit. Moverunt ea verba plebem Tarentinam, ac murmur dictis assentientium persuasit concionem. At qui timebant a Romanis, ne si pax convenisset, ipsi dederentur, increpitaverunt populum probris, quod tam petulanter ludibrio haberi se & ostentui ferret leniter, Metonemque globo facto ejecerunt. Ita decreto facto, legatos mittunt in Epirum, qui non suo tantum, sed Italicorum etiam nomine dona Pyrrho ferant, eique exponant, prudente sibi duce & celebri opus esse: copias vero Italiam ingentes ad efficienda equitum viginti millia, peditum ferme ad trecenta quinquaginta millia ex Lucanis, Messapiis, Samnitibus, Tarentinis suppeditaturam. Hæc non Pyrrhum modo excitaverunt, sed Epirotas quoque ad eam suscipiendam expeditionem acuerunt impuleruntque.

Erat Cineas quidam Thessalus, non pœnitendæ prudentiæ habitus, auditor Demosthenis oratoris, qui inter omnes hujus temporis disertos unus tanquam in simulacro illius eloquentiam & vehementiam revocabat auditoribus in memoriam. Hic erat in familia Pyrrhi, & quum ad civitates mitteretur, suffragabatur Euripidis dicto, omne id expugnare

Facunda verba, quod minax ferrum potest.

Pyrrhus certe profitebatur urbes plures per Cineam oratione quam armis ab se subactas. Habebat eum perpetuo in honore, ejusque utebatur maximis in rebus opera. Qui Pyrrhum cernens flagrare cupiditate hujus in Italiam expeditionis, sermones intulit per otium hujuscemodi: Bellatores, Pyrrhe,

ῥε, Ῥωμαῖοι λέγονται, καὶ πολλῶν ἐθνῶν μαχίμων ἄρχοντες. εἰ δὲ δοίη Θεὸς περιγενέσθαι τῶν ἀνδρῶν, τί χρησόμεθα τῇ νίκῃ; καὶ ὁ Πύρρος, Ἐρωτᾷς, εἶπεν, ὦ Κινέα, πρᾶγμα φαινόμενον. οὔτε βάρβαρος ἡμῖν ἐκεῖ πόλις, οὔτε Ἑλληνὶς ἀξιόμαχος, Ῥωμαίων κρατηθέντων· ἀλλ' ἕξομεν εὐθὺς Ἰταλίαν ἅπασαν, ἧς μέγεθος καὶ ἀρετὴν καὶ δύναμιν ἄλλῳ που τινὶ μᾶλλον ἀγνοεῖν ἢ σοὶ προσήκει. μικρὸν οὖν ἐπισχὼν ὁ Κινέας, Ἰταλίαν δὲ, εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, λαβόντες, τί ποιήσομεν; καὶ ὁ Πύρρος, οὔπω τὴν διάνοιαν αὐτοῦ καθορῶν, Ἐγγὺς, εἶπεν, ἡ Σικελία χεῖρας ὀρέγει, νῆσος εὐδαίμων καὶ πολυάνθρωπος, ἁλῶναι δὲ ῥάστη. στάσις γὰρ, ὦ Κινέα, πάντα νῦν ἐκεῖνα καὶ ἀναρχία πόλεων, καὶ δημαγωγῶν ὀξύτης, Ἀγαθοκλέους ἐκλελοιπότος. Εἰκότα, ἔφη, λέγεις, ὁ Κινέας, ἀλλ' εἰ τοῦτο πέρας ἡμῖν τῆς στρατείας, λαβεῖν Σικελίαν; Θεὸς, ἔφη ὁ Πύρρος, νικᾶν διδοίη καὶ κατορθοῦν. τούτοις δὲ προαγῶσι χρησόμεθα πραγμάτων μεγάλων. τίς γὰρ ἂν ἀπόσχοιτο Λιβύης καὶ Καρχηδόνος ἐν ἐφικτῷ γενομένης, ἣν Ἀγαθοκλῆς ἀποδρὰς ἐκ Συρακουσῶν κρύφα, καὶ περάσας ναυσὶν ὀλίγαις, λαβεῖν παρ' οὐδὲν ἦλθεν; ὅτι δὲ τούτων κρατήσασιν ἡμῖν οὐδεὶς ἀντιστήσεται τῶν νῦν ὑβριζόντων πολεμίων, τί ἂν λέγοι τις; οὐδὲν, ὁ Κινέας εἶπεν· δῆλον γὰρ ὅτι καὶ Μακεδονίαν ἀναλαβεῖν, καὶ τῆς Ἑλλάδος ἄρχειν ὑπάρχει βεβαίως ἀπὸ τηλικαύτης δυνάμεως. γενομένων δὲ πάντων ὑφ' ἡμῖν, τί ποιήσομεν; καὶ ὁ Πύρρος ἐπιγελάσας, Σχολὴν, ἔφη, ἄξομεν πολλὴν, καὶ κώθων, ὦ μακάριε, καθημερινὸς ἔσται, καὶ διὰ λόγων συνόντες ἀλλήλους εὐφρανοῦμεν. ἐνταῦθα
δὲ

rhe, feruntur Romani, & bellicosis gentibus imperare multis. Quos si Deus superare concesserit nobis, quo utemur victoria? Cui Pyrrhus, Rem planam (inquit) Cinea rogas. Nulla supererit illic civitas vel barbara vel Græca, quæ devictis Romanis nos queat sustinere: verum illico totam tenebimus Italiam, cujus magnitudinem, virtutem, opes, si quem alium, te certe non est par latere. Ubi paulisper subticuit Cineas, Occupata (inquit) Italia, rex, quid agemus? Pyrrhus, qui nondum mentem ejus perspiceret, Vicina (infit) Sicilia est, manus porrigit, dives insula & populosa & captu facilis. Nam ab Agathoclis excessu seditionibus illic omnia licentiaque civitatum, & præcipitantia tenentur concionatorum. Probabilia (inquit) narras, Cineas. Sed quid? num Sicilia occupata finis erit belli? Tantum Deus (inquit) victoriam & successum tribuat. His ingentium argumentorum utemur præludiis. Quis enim Africa temperet & Carthagine, quæ tum erit ad nutum, quam profugus clam ex Sicilia, quum paucis navibus trajecisset, pene cepit Agathocles? Quibus superatis, illorum qui nunc lacessunt nos, haud inficias ibis resistere nobis nullum posse. Minime vero, inquit Cineas: siquidem planum est istis viribus nos Macedoniam recuperare, & Græciæ sine dubio imperium valere tenere. Verum ubi rerum potiti erimus, quid tum? Ridens Pyrrhus, in alto otio (inquit) vivemus, bone vir, compotabimus quotidie, & mutuis inter nos sermonibus oblectabimur. Huc
Ci-

δὲ τῷ λόγῳ καταστήσας τὸν Πύῤῥον ὁ Κινέας, Εἶτα, ἔφη, τί νῦν ἐμποδὼν ἐστιν ἡμῖν βουλομένοις, κώθωνι χρῆσθαι καὶ σχολάζειν μετ' ἀλλήλων, εἰ ταῦτα ἔχομεν ἤδη, καὶ πάρεστιν ἀπραγμόνως, ἐφ' ἃ δι' αἵματος καὶ πόνων μεγάλων καὶ κινδύνων μέλλομεν ἀφίξεσθαι, πολλὰ καὶ δράσαντες ἑτέρους κακὰ καὶ παθόντες. τούτοις τοῖς λόγοις ἠνίασε μᾶλλον ἢ μετέθηκε τὸν Πύῤῥον ὁ Κινέας, νοήσαντα μὲν ὅσην ἀπέλιπεν εὐδαιμονίαν, ὧν δὲ ὠρέγετο τὰς ἐλπίδας ἀφεῖναι μὴ δυνάμενον.

Πρῶτον μὲν οὖν ἀπέστειλε τὸν Κινέαν τοῖς Ταραντίνοις, στρατιώτας ἄγοντα τρισχιλίους· ἔπειτα πολλῶν ἱππηγῶν καὶ καταφράκτων, καὶ πορθμείων παντοδαπῶν ἐκ Τάραντος κομισθέντων, ἐνεβίβαζεν ἐλέφαντας εἴκοσι, καὶ τρισχιλίους ἱππεῖς, πεζοὺς δὲ δισμυρίους, καὶ δισχιλίους τοξότας, καὶ σφενδονήτας πεντακοσίους. γενομένων δὲ πάντων ἑτοίμων, ἀναχθεὶς ἔπλει· καὶ μέσον ἔχων τὸν Ἰόνιον, ἁρπάζεται βορέᾳ ἀνέμῳ, παρ' ὥραν ἐκραγέντι. καὶ βιασθεὶς, αὐτὸς μὲν ἀρετῇ καὶ προθυμίᾳ ναυτῶν καὶ κυβερνητῶν ἐξανέφερε, καὶ προσανῆγε τῇ γῇ πολυπόνως καὶ παραβόλως. τοῦ δὲ ἄλλου στόλου συγχυθέντος, καὶ τῶν νεῶν σκεδασθεισῶν, αἱ μὲν ἀποσφαλεῖσαι τῆς Ἰταλίας ἐξεώσθησαν εἰς τὸ Λιβυκὸν καὶ Σικελικὸν πέλαγος· τὰς δὲ ὑπερβαλεῖν μὴ δυνηθείσας ἄκραν Ἰαπυγίαν νύξ τε κατελάμβανε, καὶ πολλὴ καὶ χαλεπὴ θάλασσα παίουσα πρὸς χωρία δύσορμα καὶ τυφλὰ, πάσας διέφθειρε, πλὴν τῆς βασιλικῆς. αὕτη δὲ, πλαγίου μὲν ἔτι ὄντος τοῦ κύματος, ἠμύνετο καὶ διέφυγε μεγέθει καὶ ῥώμῃ τὰς ἐπιβολὰς τῆς θαλάσσης· ἐπεὶ δὲ περιελθὸν ἀπὸ γῆς

ἀπηλιώ-

Cineas Pyrrhum quum deduxisset sermone, Et nunc quid (inquit) obstat, quo minus compotemus, atque otium inter nos traducamus, quum jam teneamus hæc, & citra negotium ad manum sint, quæ per sanguinem, per multos sudores, per discrimina petituri sumus, multasque calamitates allaturi aliis & accepturi? His verbis Pyrrhum Cineas fatigavit magis quam deterruit, reputantem quidem quantam relinqueret fœlicitatem, sed eorum quæ appetebat, deponendi spem impotentem.

Primum igitur Cineam Tarentinis cum tribus millibus militum misit. Hinc multis navibus, quas hippagogas vocant, tectis insuper & diversis pontonibus Tarento adductis, elephantos viginti, equitum tria, peditum viginti, sagittariorum duo millia, & funditores quingentos imposuit. Omnibus instructis solvit classem. In altum provectum, quum medium teneret mare Ionicum, corripuit præter anni articulum coortus Boreas. Vim venti tamen virtute & promptitudine nautarum ac gubernatorum superavit, terræque multo labore & periculo appropinquavit. Classe disjecta reliqua, naves diversæ partim rejectæ ab Italia atque in Libycum & Siculum pelagus expulsæ sunt: alias, quum Iapygium promontorium superare non valerent, nox oppressit. Quas quia crebræ sævæque undæ ad importuosa loca & cæca impellerent, omnes præter regiam afflixerunt. Hæc, quamdiu ex alto volveretur fluctus, restitit & sustinuit mole atque robore impetum maris. Verum ubi circumegit se

ven-

ἀπηλιώτα τὸ πνεῦμα, καὶ κίνδυνον εἶχεν ἡ ναῦς ἀντίπρῳρος ἱσταμένη πρὸς κλύδωνα πολὺν ἀναρραγῆναι· τὸ δὲ ἐφέντας αὖθις ἠγριωμένῳ πελάγει καὶ πνεύματι τροπὰς λαμβάνοντι παντοδαπὰς φέρεσθαι, φοβερώτατον ἐφαίνετο τῶν παρόντων κακῶν· ἄρας ὁ Πύρρος αὑτὸν ἀφῆκεν εἰς θάλασσαν, καὶ τῶν φίλων καὶ τῶν δορυφόρων εὐθὺς ἦν ἅμιλλα καὶ προθυμία περὶ αὐτόν. ἡ δὲ νὺξ καὶ τὸ κῦμα μετὰ ψόφου μεγάλου καὶ τραχείας ἀνακοπῆς χαλεπὴν ἐποίει τὴν βοήθειαν· ὥστε μόλις τῆς ἡμέρας ἤδη μαραινομένου τοῦ πνεύματος ἐκπεσεῖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, τῷ μὲν σώματι παντάπασιν ἀδυνάτως ἔχοντα, τόλμῃ δὲ καὶ ῥώμῃ τῆς ψυχῆς ἀνταίροντα πρὸς τὴν ἀπορίαν. ἅμα δὲ οἵ τε Μεσάπιοι καθ' οὓς ἐξεβράσθη, συνέθεον βοηθοῦντες ἐκ τῶν παρόντων προθύμως, καὶ προσεφέροντο τῶν σωζομένων ἐνίαις νεῶν· ἐν αἷς ἦσαν ἱππεῖς μὲν ὀλίγοι παντάπασι, πεζοὶ δὲ δισχιλίων ἐλάττους, ἐλέφαντες δὲ δύο.

Τούτους ἀναλαβὼν ὁ Πύρρος ἐβάδιζεν εἰς Τάραντα. καὶ τοῦ Κινέου προαγαγόντος εἰς συνάντησιν, ὡς ᾔσθετο τοὺς στρατιώτας, παρελθὼν οὐδὲν ἀκόντων οὐδὲ πρὸς βίαν ἔπραττε τῶν Ταραντίνων, ἕως ἀνεσώθησαν αἱ νῆες ἐκ τῆς θαλάττης, καὶ συνῆλθεν ἡ πλείστη τῆς δυνάμεως. τηνικαῦτα δὲ ὁρῶν τὸ πλῆθος ἄνευ μεγάλης ἀνάγκης μήτε σώζεσθαι δυνάμενον, μήτε σώζειν, ἀλλ' οἷον ἐκείνου προπολεμοῦντος οἴκοι καθῆσθαι περὶ λουτρὰ καὶ συνουσίας γινόμενον, ἀπέκλεισε μὲν τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς περιπάτους, ἐν οἷς ἀλύοντες ὑπὲρ τῶν πραγμάτων λόγῳ διεστρατήγουν, πότους δὲ καὶ κώμους καὶ θαλίας ἀκαίρους ἀνεῖλεν. ἐκάλει δὲ πρὸς τὰ ὅπλα, καὶ περὶ τοὺς καταλόγους τῶν στρα-

τευομένων

ventus & a terra reflavit, periculumque fuit ne prora navis adversa vi percussa undarum perfringeretur: horrendissimum autem præsentium malorum videbatur iterum sævienti eam pelago & flatui crebro varianti permittere, abjecit se in mare Pyrrhus. Ibi amici ejus & satellites pro se quisque certaverunt ad eum eripiendum enixe. At nox fluctusque ingenti cum fragore & aspero repercussu magnopere remorati sunt opem ferentes. Ita vix tandem luce orta cadente vento in terram evasit, corpore quidem prorsus invalidus, sed animi magnitudine & vi adversus difficultates reluctans. Simul Messapii, quorum in littus est ejectus, pro præsentibus facultatibus ad ferendum sedulo auxilium concurrerunt, ac nonnullas naves quæ ex tempestate emergebant collegerunt. In his equites erant perpauci, peditum duo millia minus, elephanti duo.

μετὰ τὴν μάχην δὲ εὐθὺς ἀνελάμβανε τὰς πόλεις. τῶν δὲ Αἰγαίων κρατήσας, τά τε ἄλλα χαλεπῶς ἐχρήσατο τοῖς ἀνθρώποις, καὶ φρουρὰν Γαλατικὴν ἐν τῇ πόλει κατέλιπε τῶν μετ' αὐτοῦ στρατευομένων. οἱ δὲ Γαλάται, γένος ἀπληστότατον χρημάτων ὄντες, ἐπέθεντο τῶν βασιλέων αὐτόθι κεκηδευμένων τοὺς τάφους ὀρύττειν, καὶ τὰ μὲν χρήματα διήρπασαν, τὰ δὲ ὀστᾶ πρὸς ὕβριν διέρριψαν. τοῦτο κούφως ἔδοξε καὶ ὀλιγώρως ἐνεγκεῖν ὁ Πύρρος, ἢ δι' ἀσχολίας τινὰς ὑπερθέμενος, ἢ παρεὶς ὅλως διὰ φόβον τὸ κολάσαι τοὺς βαρβάρους. ὅθεν ἤκουσε κακῶς ὑπὸ τῶν Μακεδόνων. οὔπω δὲ τῶν πραγμάτων αὐτῷ βεβαιότητα καὶ σύστασιν ἐχόντων μόνιμον, ἠωρεῖτο τῇ γνώμῃ πάλιν πρὸς ἑτέρας ἐλπίδας. καὶ τὸν μὲν Ἀντίγονον ἐφυβρίζων, ἀναίσχυντον ἐκάλει, μὴ λαμβάνοντα θοἰμάτιον, ἀλλ' ἔτι τὴν πορφύραν φοροῦντα. Κλεωνύμου δὲ τοῦ Σπαρτιάτου παραγενομένου, καὶ καλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα, προθύμως ὑπήκουσεν. ὁ δὲ Κλεώνυμος ἦν μὲν γένους βασιλικοῦ, δοκῶν δὲ βίαιος εἶναι καὶ μοναρχικὸς, οὔτε εὔνοιαν οὔτε πίστιν εἶχεν, ἀλλ' Ἀ-
ρεὺς

in tam multis prosperis rebus decus de Gallis partum faceret plurimi, pulcherrima & splendidissima spolia eis detracta in templo Minervæ Itonidis sacravit cum hoc epigrammate inscripto,

Hæc Pyrrhus Gallis detraxit scuta Molossus,
Suspendens aris dona Minerva tuis.
Nec mirum Antigoni turmas cita terga dedisse,
Æacidæ quum sint nunc quoque & ante viri.

Mox secundum pugnam urbes recepit. Ægeos, ubi habuit eos in potestate, cum alias tractavit acerbe, tum ubi præsidium Gallicum ex iis qui sequuti fuerant ipsum imposuit. Galli autem gens avarissima, regum ibi humatorum aggressi sunt monumenta aperire, thesauros diripuerunt, reliquias cum ludibrio dissipaverunt. Hoc Pyrrhus visus est ferre lente & solute, quod vel districtus negotiis id rejecerit in aliud tempus, vel plane ob timorem supplicium persequi a barbaris dissimulaverit. Unde male audivit apud Macedonas. Nondum rebus ejus stabilitis & ad perpetuitatem constitutis, novæ spes animum ejus erexerunt, atque Antigonum quidem per ludibrium vocavit impudentem, quod non sumeret pallium, sed purpuram adhuc gestaret. Porro quum Lacedæmonius Cleonymus eum adiisset, & Lacedæmonem invitaret, obsequutus est facile. Erat Cleonymus hic ex stirpe regia, sed quod animum præ se ferret violentum & imperiosum, non ferebant eum in oculis cives, neque fidem ei habebant, verum regnum obtinebat

2 Areus.

ρεὺς ἐβασίλευε. καὶ τοῦτο μὲν ἦν κοινὸν ἔγκλημα καὶ πρεσβύτερον αὐτοῦ πρὸς τοὺς πολίτας. γυναῖκα δὲ καλὴν καὶ γένους βασιλικοῦ, Χελιδωνίδα τὴν Λεωτυχίδου, πρεσβύτερος ὢν ἔγημεν ὁ Κλεώνυμος. ἡ δὲ Ἀκροτάτῳ τῷ Ἀρέως ἐπιμανεῖσα, μειρακίῳ καθ' ὥραν ἀκμάζοντι, λυπηρὸν ἐρῶντι τῷ Κλεωνύμῳ καὶ ἄδοξον ὁμοῦ παρεῖχε τὸν γάμον· οὐδένα γὰρ ἐλάνθανε Σπαρτιατῶν καταφρονούμενος ὑπὸ τῆς γυναικός. οὕτω δὲ τῶν κατ' οἶκον ἀνιαρῶν τοῖς πολιτικοῖς προσγενομένων, ὑπ' ὀργῆς καὶ βαρυθυμίας ἐπῆγε τῇ Σπάρτῃ τὸν Πύρρον, ἔχοντα δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους πεζούς, δισχιλίους δὲ ἱππεῖς, ἐλέφαντας δὲ εἰκοσιτέσσαρας· ὥστε τῷ μεγέθει τῆς παρασκευῆς εὐθὺς εἶναι κατάδηλον, οὐ Κλεωνύμῳ τὴν Σπάρτην, ἀλλὰ τὴν Πελοπόννησον ἑαυτῷ κτώμενος. ἐπεὶ τῷ γε λόγῳ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἔξαρνος ἦν τοὺς Λακεδαιμονίους πρεσβεύσαντας εἰς Μεγάλην πόλιν. ἔφη γὰρ ἐλευθερώσων τὰς ὑπ' Ἀντιγόνῳ πόλεις ἀφῖχθαι, καὶ νὴ Δία τοὺς νεωτέρους παῖδας εἰς Σπάρτην, εἰ μή τι κωλύοι, πέμψων, συντραφησομένους τοῖς Λακωνικοῖς ἔθεσιν, ὡς τούτῳ πλέον ἔχοιεν ἤδη τῶν πάντων βασιλέων. ταῦτα πλαττόμενος, καὶ παράγων τοὺς συντυγχάνοντας αὐτῷ καθ' ὁδόν, ὡς πρῶτον ἥψατο τῆς Λακωνικῆς, ἁρπαγὴν ἐποιεῖτο καὶ λεηλασίαν. ἐγκαλούντων δὲ τῶν πρέσβεων, ὅτι μὴ καταγγείλας πόλεμον ἐξενήνοχε πρὸς αὐτούς, Ἀλλ' οὐδ' ὑμᾶς, ἔφη, τοὺς Σπαρτιάτας ἴσμεν ὅ,τι ἂν μέλλητε ποιεῖν, ἑτέροις προλέγοντας. εἷς δὲ τῶν παρόντων ὄνομα Μανδρικίδας εἶπε, τῇ φωνῇ λακωνίζων, Αἰ μὲν ἐσσὶ τύ γε θεός, οὐδὲν μὴ πάθωμεν· οὐ γὰρ ἀδικοῦμεν· αἰ δ' ἄνθρωπος, ἔσεαι καὶ τεῦ καρρῶν ἄλλος.

Ἐκ

Areus. Hæc ei publica erat atque vetus cum civibus querela. Jam uxorem formosam & familiæ regiæ Chelidonidem, Leotychidis filiam, Cleonymus grandior natu duxerat. Quæ Acrotati amore Arei filii deperiens, adolescentis forma venusta, acerbas amanti marito juxtaque infames præbuit nuptias. Neque enim civem latebat ullum ab uxore eum fastidiri. Ita quum ad publicam domestica accessisset ægritudo, ira & animi dolore consultoribus, Pyrrhum Spartam attraxit. Habebat Pyrrhus peditum viginti quinque millia, equitum millia duo, elephantos quatuor & viginti. Unde docuit statim moles apparatus, non Cleonymo Spartam, sed Peloponnesum sibi quærere Pyrrhum. Nam verbis quidem id & apud ipsos inficiabatur Lacedæmonios, qui ad eum Megalopolim legati venerant. Ut enim quas tenebat Antigonus urbes, in libertatem assereret, ideo se ferebat adesse: & hercle ut minores filios Spartam, si liceret, mitteret, quo imbuerentur institutis Laconicis, atque ea re jam reges omnes excellerent. Hæc fingens & verba dans occurrentibus in via, ut primum attigit Laconiam, prædas egit & populatus est agrum. Querentibus legatis quod bellum prius quam id indixisset, moveret, Atqui etiam vos (inquit) novimus nos Spartiatas, quod instituistis, non prænuntiare aliis. Tum unus ex iis qui adstabant, Mandracidas nomine, Laconica lingua, Tu vero (infit) si Deus es, nihil nobis acciderit mali: nulla enim te lacessivimus injuria. Sin homo, existet & te potior alius.

Inde

Ἐκ τούτου κατέβαινεν ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα· καὶ τοῦ Κλεωνύμου κελεύοντος ἐξ ἐφόδου προσβαλεῖν, φοβηθεὶς ὁ Πύῤῥος, ὡς λέγεται, μὴ διαρπάσωσιν οἱ στρατιῶται τὴν πόλιν ἐν νυκτὶ προσπεσόντες, ἐπέσχεν, εἰπὼν ὅτι ταῦτα ποιήσουσι μεθ' ἡμέραν. αὐτοί τε γὰρ ἦσαν ὀλίγοι καὶ ἀπαράσκευοι διὰ τὸ αἰφνίδιον· ὁ δὲ Ἄρευς οὐκ ἐτύγχανε παρὼν, ἀλλ' ἐν Κρήτῃ Γορτυνίοις πολεμουμένοις βοηθῶν. καὶ τοῦτο δὴ μάλιστα τὴν πόλιν ἔσωσε δι' ἐρημίαν καὶ ἀσθένειαν καταφρονηθεῖσαν. ὁ μὲν γὰρ Πύῤῥος οὐδένα μαχεῖσθαι νομίζων, κατηυλίσατο· τοῦ δὲ Κλεωνύμου τὴν οἰκίαν οἵ τε φίλοι καὶ εἵλωτες οὕτως ἐκόσμησαν καὶ παρεσκεύασαν, ὡς δειπνήσοντος τοῦ Πύῤῥου παρ' αὐτῷ. γενομένης δὲ νυκτὸς, οἱ Λακεδαιμόνιοι πρῶτον μὲν ἐβουλεύσαντο τὰς γυναῖκας εἰς Κρήτην ἀποστέλλειν, αἱ δὲ ἀντέστησαν. Ἀρχιδαμία δὲ καὶ ξίφος ἔχουσα πρὸς τὴν γερουσίαν ἦλθεν, ἐγκαλοῦσα τοῖς ἀνδράσιν ὑπὲρ τῶν γυναικῶν, εἰ ζῆν αὐτὰς ἀξιοῦσι τῆς Σπάρτης ἀπολομένης. ἔπειτα τῷ στρατοπέδῳ τῶν πολεμίων παράλληλον ἔγνωσαν ἐμβαλόντες τάφρον, ἔνθεν καὶ ἔνθεν αὐτῆς στῆσαι τὰς ἁμάξας μέχρι τὸ μέσον τῶν τροχῶν καταχώσαντες, ὅπως ἕδραν ἔχουσαι δυσεκβίαστον, ἐμποδὼν ὦσι τοῖς θηρίοις. ἀρχομένοις δὲ ταῦτα πράττειν, ἧκον αὐτοῖς τῶν παρθένων καὶ γυναικῶν, αἱ μὲν ἱματίοις καταζωσάμεναι τοὺς χιτωνίσκους, αἱ δὲ μονοχίτωνες, συνεργασόμεναι τοῖς πρεσβυτέροις. τοὺς δὲ μαχεῖσθαι μέλλοντας ἐκέλευον ἡσυχάζειν, καὶ λαβοῦσαι μέτρον αὐταὶ καθ' αὑτὰς ἐξειργάσαντο τῆς τάφρου τὸ τρίτον μέρος. ἦν δὲ τὸ μὲν πλάτος αὐτῆς, πήχεων ἕξ, τὸ δὲ βάθος, τεττάρων, τὸ δὲ μῆκος, ὀκτα-

Inde Lacedæmonem movit, quam quum moneret Cleonymus ut ex itinere oppugnaret, veritus Pyrrhus (ut fertur) ne nocte irruentes milites urbem diriperent, distulit rem, dicens idem se insequenti die facturum. Siquidem & erant in urbe pauci, & ob repentinum hujus adventum imparati. Etiam rex aberat Areus, qui Gortyniis in Creta bello depressis suppetias ferebat. Atque hoc quidem urbem, quæ ob solitudinem & imbecillitatem despiciebatur, servavit potissimum. Siquidem Pyrrhus, quum arbitraretur gladium estricturum neminem, castra est metatus. Cleonymi autem domum ita adornaverant amici & Ilotæ, tanquam cœnaturus Pyrrhus apud eum esset. At Lacedæmonii primis tenebris fœminas primo deliberaverant in Cretam mittere, cæterum ipsæ repugnaverunt: Archidamia etiam gladium tenens venit in senatum, castigavitque nomine mulierum viros, quod vivendum sibi eversa putarent Sparta. Inde fossam statuerunt ex adverso hostium castris ducere, cujus ex utraque ora plaustra collocare, eaque usque ad medias rotas defodere, quo valide depacta belluis essent inexpugnabiles. Hoc opus aggredientibus adjungunt se virgines & matronæ, quæ partim tunicas succinxerant sindonibus, partim solis amictæ tunicis erant, eam operam una cum senibus subituræ. Illos qui præliaturi erant quietem jusserunt capere, sumptoque modo perfecerunt hæ per se tertiam partem fossæ. Fuit ea lata cubitos sex, quatuor alta, longa octo

ὀκτάπλεθρον, ὡς ἱστορεῖ Φύλαρχος· ὡς δ' Ἱερώνυμος, ἔλαττον. ἅμα δ' ἡμέρᾳ κινουμένων τῶν πολεμίων, τὰ ὅπλα τοῖς νέοις ὀρέγουσαι, καὶ παραδιδοῦσαι τὴν τάφρον, ἀμύνειν καὶ φυλάττειν ἐκέλευον, ὡς ἡδὺ μὲν νικᾶν ἐν ὀφθαλμοῖς τῆς πατρίδος, εὐκλεὲς δὲ θνήσκειν ἐν χερσὶ μητέρων καὶ γυναικῶν, ἀξίως τῆς Σπάρτης πεσόντας. ἡ δὲ Χελιδονὶς ἐκποδὼν οὖσα καθ' ἑαυτὴν, βρόχον εἶχεν ἐνημμένον, ὅπως ἐπὶ τῷ Κλεωνύμῳ μὴ γένοιτο τῆς πόλεως ἁλούσης.

Αὐτὸς μὲν οὖν ὁ Πύρρος ἐβιάζετο κατὰ στόμα τοῖς ὁπλίταις πρὸς ἀσπίδας πολλὰς τῶν Σπαρτιατῶν ἀντιπαρατεταγμένας, καὶ τάφρον οὐ περατὴν, οὐδὲ βάσιν ἀσφαλῆ τοῖς μαχομένοις παρέχουσαν ὑπὸ χαυνότητος. ὁ δὲ παῖς Πτολεμαῖος, ἔχων δισχιλίους Γαλάτας, καὶ Χαόνων λογάδας, περιελίξας τὴν τάφρον, ἐπειρᾶτο κατὰ τὰς ἁμάξας ὑπερβαίνειν. αἱ δὲ ὑπὸ βάθους καὶ πυκνότητος, οὐ μόνον τούτοις τὴν ἔφοδον, ἀλλὰ καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοις δύσεργον ἐποίουν τὴν βοήθειαν. ἀνασπώντων δὲ τῶν Γαλατῶν τοὺς τροχοὺς, καὶ ὑποσυρόντων τὰς ἁμάξας εἰς τὸν ποταμὸν, κατιδὼν τὸν κίνδυνον ὁ νεανίας Ἀκρότατος, καὶ τὴν τε πόλιν διαδραμὼν μετὰ τριακοσίων, περιῆλθε τὸν Πτολεμαῖον, οὐ συνορώμενος ὑπ' αὐτοῦ διά τινας συγκλινίας, ἕως προσέβαλε τοῖς ἐσχάτοις, καὶ μεταβαλόντας ἠνάγκαζε μάχεσθαι πρὸς ἑαυτὸν ὠθουμένους ὑπ' ἀλλήλων, εἴς τε τὴν τάφρον καὶ περὶ τὰς ἁμάξας πίπτοντας· ἄχρι οὗ φόνῳ πολλῷ μόλις ἀνεκόπησαν. ἐθεῶντο δὲ οἵ τε πρεσβύτεροι, καὶ τῶν γυναικῶν τὸ πλῆθος ἀριστεύοντα τὸν Ἀκρότατον. ἐπεὶ δ' ἀπῄει πάλιν διὰ τῆς πόλεως ἐπὶ

τὴν

octo jugera, ut Phylarchus tradit: ut Hieronymus, minus. Ubi diluxit, quum moverent se hostes, subministraverunt arma juvenibus, fossamque tradiderunt, hortantes ut eam defenderent & tuerentur. Pulchrum esse in conspectu patriæ vincere, & in matrum conjugumque manibus occumbere gloriosum, cadentes, ut deceret Spartiatas. Chelidonis de medio recesserat, solaque agebat, & restim collo injecerat, ne urbe capta in potestatem veniret Cleonymi.

At ipse Pyrrhus a fronte connitebatur cum gravi armatura perrumpere confertos clypeatos sibi objectos Spartiatarum, & fossam inexsuperabilem, quæ cedens non sinebat vestigium figere pugnantes firmum. Filius ejus Ptolemæus cum duobus millibus Gallorum & delectis Chaonibus circummissa fossa tentabat plaustra superare. Quæ quod depressa essent altius & conferta, non modo horum impressionem, sed Lacedæmoniis quoque difficilem reddebant defensionem. Jam evellentibus rotas Gallis atque in flumen detrahentibus plaustra, cernens periculum juvenis Acrotatus percurrit cum trecentis urbem, ac Ptolemæum circumvenit, neque prius ab eo ob loca cava conspectus est, quam terga militum ejus cæderet: ac convertere eos coegit signa, & secum pugnare. Quæ res effecit ut sese mutuo impellerent, in fossam prociderent, atque in plaustra incurrerent, quousque ægre sunt ingenti cæde summoti. Acrotatum & senes & mulierum caterva præclare certantem contemplati sunt. Quum jam media urbe stationem suam repeteret

cru-

τὴν αὐτοῦ τάξιν αἵματος κατάπλεως καὶ γαῦρος, ὑπὸ τῆς νίκης ἐπηρμένος, καὶ μείζων ἔδοξε γεγονέναι καὶ καλλίων ταῖς Λακαίναις, καὶ τὴν Χελιδωνίδα τοῦ ἔρωτος ἐζήλουν. τῶν δὲ πρεσβυτέρων τινὲς ἐπηκολούθουν βοῶντες, Ὤχεο, Ἀκρότατε, καὶ οἶφε τὰν Χελιδωνίδα· μόνον παῖδας ἀγαθοὺς τᾷ Σπάρτᾳ ποίει. κατὰ δὲ τὸν Πύῤῥον αὐτὸν ἰσχυρᾶς μάχης συνεστώσης, ἄλλοι τε λαμπρῶς ἠγωνίζοντο, καὶ Φύλλιος ἐπὶ πλεῖστον ἀντισχὼν, καὶ πλείστους ἀποκτείνας τῶν βιαζομένων, ὡς ᾔσθετο τραυμάτων πλήθει παραλυόμενον ἑαυτὸν, ἐκστάς τινι τῶν ἐπιτεταγμένων τῆς χώρας, ἔπεσεν ἐντὸς τῶν ὅπλων, ὥστε μὴ γενέσθαι τὸν νεκρὸν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις.

Νυκτὸς δὲ ἡ μάχη διεκρίθη· καὶ κοιμώμενος ὁ Πύῤῥος, ὄψιν εἶδε τοιαύτην. ἐδόκει βάλλεσθαι κεραυνοῖς ὑπ' αὐτοῦ τὴν Λακεδαίμονα, καὶ φλέγεσθαι πᾶσαν, αὐτὸς δὲ χαίρειν. ὑπὸ δὲ τῆς χαρᾶς ἐξεγειρόμενος, τούς τε ἡγεμόνας ἐκέλευεν ἐν παρασκευῇ τὸν στρατὸν ἔχειν, καὶ τοῖς φίλοις διηγεῖτο τὸν ὄνειρον, ὡς ληψόμενος κατὰ κράτος τὴν πόλιν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι θαυμαστῶς ἐπείθοντο· Λυσιμάχῳ δὲ οὐκ ἤρεσκεν ἡ ὄψις, ἀλλ' ἔφη δεδιέναι, μὴ, καθάπερ τὰ βαλλόμενα τοῖς κεραυνοῖς ἀνέμβατα μένει χωρία, καὶ τῷ Πύῤῥῳ προσημαίνῃ τὸ θεῖον ἀνείσοδον ἔσεσθαι τὴν πόλιν. ὁ δὲ Πύῤῥος εἰπὼν ὅτι ταῦτα μέν ἐστι πυλαϊκῆς ὀχλαγωγίας, καὶ ἀσοφίαν ἔχοντα πολλὴν, ἐκεῖνο δὲ δεῖ, τὰ ὅπλα διὰ χειρῶν ἔχοντας, ὑποβάλλειν ἑαυτοῖς,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ Πύῤῥου,

ἐξά-

cruentus & exultans elatusque victoria, celsior ac pulchrior est Lacænis visus, Chelidonidemque quod talem haberet amatorem, prædicaverunt beatam. Præterea grex senum sequutus conclamavit, Perge Acrotate, & complectere Chelidonidem: tantum bonam prolem Spartæ procrea. Quo porro se agebat Pyrrhus, acre certamen extitit. Ibi cum alii insigniter præliabantur, tum Phyllius perdiu restitit hostibus, magnamque stragem gradum inferentium dedit. Ut vero vulnerum multitudine sensit fatiscere se, uni subsidiariorum loco suo concesso, in medio cecidit armatorum, ne hostes corpore ejus potirentur.

Nox autem prœlium diremit. Quiescenti tale somnium est Pyrrho oblatum. Videbatur ei Lacedæmon fulmine ab ipso icta inflammari tota, atque ipse inde exultare. Lætitia excitatus imperat ducibus, ut milites habeant instructos, somniumque exponit amicis, quasi urbem esset expugnaturus. Cui quum alii mirifice assentirentur, non placuit Lysimacho visum. Vereri ait se, ne ut loca quæ fulmine afflantur, manent inaccessa, ita Pyrrho Deus non ingressurum significaret eum urbem. Huic ubi Pyrrhus respondit, meras eas esse præstigias atque incertitudinis plenas, illud vero in manibus arma tenentem sibi quemque subjicere debere,

Optimum id augurium, pro Pyrrho exponere vitam,

sur-

ἐξανέστη, καὶ προσῆγεν ἅμ' ἡμέρᾳ τὸν στρατόν. ἠμύνοντο δὲ προθυμίᾳ καὶ ἀρετῇ παρὰ δύναμιν οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ παρῆσαν αἱ γυναῖκες, ὀρέγουσαι βέλη, καὶ σιτία καὶ ποτὸν τοῖς δεομένοις προσφέρουσαι, καὶ ἀναλαμβάνουσαι τοὺς τιτρωσκομένους. τήν τε τάφρον οἱ Μακεδόνες χοῦν ἐπειρῶντο, πολλὴν συμφοροῦντες ὕλην, ὑφ' ἧς ὅπλα καὶ σώματα νεκρῶν ἐπιχεομένης ἀπεκρύπτετο. καὶ πρὸς τοῦτο τῶν Λακεδαιμονίων βοηθούντων, ὤφθη παρὰ τὴν τάφρον καὶ τὰς ἁμάξας ὁ Πύρρος ἵππῳ βιαζόμενος εἰς τὴν πόλιν. κραυγῆς δὲ τῶν κατὰ τοῦτο τεταγμένων γινομένης, καὶ δρόμου καὶ ἀλαλαγμοῦ τῶν γυναικῶν, ἤδη διεξελαύνοντι τῷ Πύρρῳ, καὶ προσκειμένῳ τοῖς κατὰ πρόσωπον, ἐξήλατο Κρητικῷ βέλει πληγεὶς ὁ ἵππος ὑπὸ τὴν γαστέρα, καὶ κατέβαλε δυσθανατῶν τὸν Πύρρον εἰς τόπους ὀλισθηροὺς καὶ κατάντεις. θορυβουμένων δὲ περὶ τοῦτον τῶν ἑταίρων, ἐπέδραμον οἱ Σπαρτιᾶται, καὶ χρώμενοι τοῖς βέλεσιν, ἐξέωσαν ἅπαντας. ἐκ τούτου καὶ τὴν ἄλλην μάχην ἔπαυσεν, οἰόμενος ἐνδώσειν τι τοὺς Λακεδαιμονίους, σχεδὸν ἁπάντων κατατετρωμένων αὐτοῖς, πεπτωκότων δὲ πολλῶν. ἡ δ' ἀγαθὴ τύχη τῆς πόλεως, εἴτε πεῖραν ἀρετῆς λαμβάνουσα τῶν ἀνδρῶν ἐφ' ἑαυτῆς, εἴθ' ὅσην ἐν ἀπόροις ἔχει δύναμιν, ἀπόδειξιν διδοῦσα, μοχθηρὰς ἤδη τῶν Λακεδαιμονίων ἐχόντων τὰς ἐλπίδας, Ἀμεινίαν τε Φωκέα τῶν Ἀντιγόνου στρατηγῶν ἐκ Κορίνθου βοηθήσοντα παρεισήγαγε μετὰ ξένων· καὶ τούτων ἄρτι δεδεγμένων, ὁ βασιλεὺς αὐτοῖς Ἀρεὺς ἧκεν ἐκ Κρήτης, δισχιλίους στρατιώτας κομίζων. αἵ τε δὴ γυναῖκες εὐθὺς ἐπὶ τὰς οἰκίας ἐσκεδάσθησαν, οὐδὲν ἔτι πολυπραγμονεῖν ἀξιοῦσαι τῶν πολεμικῶν· καὶ τοὺς παρ'

ἡλι-

ſurgit, & primo diluculo exercitum admovet urbi. Lacedæmonii impigre & ſupra vires defendunt ſe. Præſto ſunt fœminæ, tela ſuggerunt, cibum & potum petentibus adminiſtrant, vulneratos excipiunt. Illinc Macedones complere moliuntur foſſam, materiam affatim congerunt, qua injecta arma & cadavera cæſorum contecta ſunt. Eo dum occurrunt Lacedæmonii, cernunt Pyrrhum foſſam ſuperaſſe & plauſtra, atque irrumpere equo in urbem. Quum clamorem qui ea parte erant locati, ederent, mulieresque diſcurrerent, & ululatum tollerent, perrumpente Pyrrho & reſiſtentibus inſtante, equus ejus ſagitta Cretica infra ventrem ictus eſt. Quo vulnere concitus, doloris magnitudine Pyrrhum in loca lubrica & præcipitia effudit. Tumultuantibus qui circa eum erant amicis, accurrerunt Spartiatæ, telorumque vi omnes exegere. Tum receptui cecinit, Lacedæmonios arbitratus, quod ſaucii omnes, multi eorum interfecti eſſent, fore infractiores. Enimvero proſpera urbis fortuna, ſive civium virtutem in ſeipſa periclitans, ſive quantam in rebus perditis vim habeat, oſtentans, ſpe jam abſciſſa Lacedæmoniorum, Phocenſem Aminiam ducem Antigoni cum auxilio militum externorum introduxit ex Corintho in urbem. Commodum hi recepti urbe erant, quum ex Creta rex Areus cum duobus millibus militum advenit. Ibi fœminæ extemplo domos ſuas dilapſæ, non immiſcuerunt ſe ultra rebus bellicis,

Ooo 2 illique,

ἡλικίαν ἐν τοῖς ὅπλοις ὑπ' ἀνάγκης γενομένους ἀφέντες, αὐτοὺς ἐπὶ τὴν μάχην ἔταξαν.

Τὸν δὲ Πύρρον ἔσχεν μέν τις ἀλκὴ καὶ φιλοτιμία μᾶλλον διὰ τοὺς προγεγονότας, κρατῆσαι τῆς πόλεως· ὡς δὲ οὐδὲν ἐπέραινε, πληγὰς λαβὼν ἀπέστη, καὶ τὴν χώραν ἐπόρθει, διανοούμενος αὐτόθι χειμάσαι. τὸ δὲ χρεὼν ἦν ἄφυκτον. ἐν γὰρ Ἄργει στάσις ἦν Ἀριστέου πρὸς Ἀρίστιππον. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀρίστιππος ἐδόκει χρῆσθαι φίλῳ τῷ Ἀντιγόνῳ, φθάσας ὁ Ἀριστέας ἐκάλει τὸν Πύρρον εἰς τὸ Ἄργος. ὁ δὲ ἐλπίδας ἐξ ἐλπίδων ἀεὶ κυλίνδων, καὶ ταῖς μὲν εὐτυχίαις ἐπ' ἄλλας χρώμενος ἀφορμαῖς, ἃ δὲ ἔπταιεν ἑτέροις βουλόμενος ἀναπληροῦν πράγμασιν, οὔτε ἧτταν οὔτε νίκην ὅρον ἐποιεῖτο τοῦ ταράττεσθαι καὶ ταράττειν. εὐθὺς οὖν ἀνεζεύγνυεν ἐπὶ τὸ Ἄργος. ὁ δὲ Ἄρευς ἐνέδρας τε πολλὰς ὑφεὶς, καὶ καταλαβὼν τὰ χαλεπώτατα τῆς ὁδοῦ, περιέκοπτε τοὺς Γαλάτας καὶ τοὺς Μολοσσοὺς ὀπισθοφυλακοῦντας. τῷ δὲ Πύρρῳ προείρητο μὲν ἐκ τῶν ἱερῶν ἀλόβων γενομένων ἀπὸ τοῦ μάντεως, ἀποβολή τινος τῶν ἀναγκαίων. παρὰ δὲ τὸν καιρὸν τότε τῷ θορύβῳ καὶ τῷ κινήματι τὸν λογισμὸν ἐκκρουσθεὶς, ἐκέλευσε τὸν υἱὸν Πτολεμαῖον λαβόντα τοὺς ἑταίρους παραβοηθεῖν· αὐτὸς δὲ θᾶττον ἐκ τῶν στενῶν ἐφελκόμενος τὴν στρατιὰν ὑπῆγεν. ὀξείας δὲ περὶ τὸν Πτολεμαῖον μάχης γενομένης, καὶ τῶν ἐπιλέκτων Λακεδαιμονίων, ὧν Εὔαλκος ἡγεῖτο, τοῖς μαχομένοις πρὸς αὐτοὺς συμπλεκομένων, ἀνὴρ πλήκτης καὶ δραμεῖν ὀξὺς, Ὄροισσος ὄνομα, Κρὴς Ἀπτεραῖος, ἐκ πλαγίου παραδραμὼν, ἀγωνιζόμενον ἐκθύμως τὸν νεανίσκον ἐπάταξε καὶ κατέ-

illique, demissis quos in arma præter ætatem coegerat necessitas, ad pugnam se accinxerunt.

Porro pervicacia quædam & ambitio Pyrrhum magis ob ea quæ accesserant auxilia, ad expugnandam impellebat urbem. Ubi nihil successit, detrimento afflictus destitit cœpto, agrosque depopulatus est, in animo habens ibidem hybernare. At fatum inevitabile fuit. Argis factio adversus Aristippum Aristeæ erat. Quum autem intercedere familiaritas putaretur inter Aristippum & Antigonum, maturat Aristeas Pyrrhum Argos accire. Ille spem ex spe volvens, & rebus secundis ad alias utens occasiones, ac sicubi titubasset, rebus aliis sarcire laborans, neque clade neque victoria terminum faciebat sui & aliorum fatigandorum. Contendit igitur e vestigio Argos. Areus vero crebris insidiis positis atque viis insessis asperrimis, Gallos & Molossos, qui agmen claudebant, atterebat. Prænuntiaverat autem Pyrrho aruspex jocinore sine capite invento, unius necessariorum ejus jacturam. Ibi tamen urgente temporis necessitate oblitus ex tumultu & jactatione prædictionis, imperat Ptolemæo assumptis familiaribus subsidium ferre laborantibus. Ipse ocyus exercitum ex angustiis extrahens progreditur. Interea acris circa Ptolemæum coorta pugna, ac dum delecti Lacedæmonii, quos Evalcus ductabat, manus conserunt cum hostibus, Orœsus quidam Cretensis, Aptera ortus, vir impiger & pernix, prætercurrit, ac strenue dimicantem in latus percussit & occidit ju-

κατέβαλε. πεσόντος δὲ ἐκείνου καὶ τροπῆς γινομένης τῶν περὶ αὐτὸν, οἱ Λακεδαιμόνιοι διώκοντες καὶ κρατοῦντες, ἔλαθον εἰς τὸ πεδίον συμβαλόντες, καὶ ἀπολειφθέντες ὑπὸ τῶν ὁπλιτῶν· ἐφ' οὓς ὁ Πύρρος, ἄρτι τὸν θάνατον τοῦ παιδὸς ἀκηκοὼς καὶ περιπαθῶν, ἐπέστρεψε τοὺς ἱππεῖς τῶν Μολοσσῶν. καὶ πρῶτος εἰσελάσας, ἐνεπίμπλατο φόνου τῶν Λακεδαιμονίων, ἀεὶ μὲν τις ἄμαχος καὶ δεινὸς ἐν τοῖς ὅπλοις φαινόμενος, τότε δ' ὑπερβάλλων τόλμῃ καὶ βίᾳ τοὺς προτέρους ἀγῶνας. ἐπεὶ δὲ ἐπέβαλε τῷ Εὐάλκῳ τὸν ἵππον, ὁ μὲν ἐκ πλαγίου παραστὰς, μικρὸν ἐδέησε τῷ ξίφει τὴν ἐπὶ τῆς ἡνίας χεῖρα διακόψαι τοῦ Πύρρου, τὴν δὲ ἡνίαν πατάξας ἀπέκοψεν. ὁ δὲ Πύρρος, ἅμα τῇ πληγῇ τοῦ δόρατος διελάσας ἐκεῖνον, ἀπερρύη τοῦ ἵππου, καὶ πεζὸς ἤδη πάντας ἐπὶ τῷ Εὐάλκῳ μαχομένους ἀπέκτεινε τοὺς λογάδας. καὶ μέγα τοῦτο τῇ Σπάρτῃ παρανάλωμα τοῦ πολέμου πέρας ἔχοντος ἐποίησεν ἡ φιλοτιμία τῶν ἀρχόντων.

Ὁ δὲ Πύρρος, ὥσπερ ἐναγισμόν τινα τῷ παιδὶ τελέσας, καὶ λαμπρὸν ἐπιτάφιον ἀγωνισάμενος, καὶ πολὺ τῆς λύπης ἐν τῷ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀφεὶς θυμῷ, προῆγεν ἐπὶ τὸ Ἄργος· καὶ τὸν Ἀντίγονον ἤδη πυνθανόμενος ἐπὶ τῶν ἄκρων ὑπὲρ τοῦ πεδίου καθῆσθαι, περὶ τὴν Ναυπλίαν ἐστρατοπέδευσε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ κήρυκα πρὸς τὸν Ἀντίγονον ἔπεμψε, λυμεῶνά τε καλῶν, καὶ προκαλούμενος εἰς τὸ πεδίον καταβάντα διαγωνίσασθαι περὶ τῆς βασιλείας. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, τὴν μὲν αὐτοῦ στρατηγίαν οὐχ ὅπλων μᾶλλον ἢ καιρῶν εἶναι, τῷ δὲ Πύρρῳ πολλὰς ὁδοὺς ἀνεῷχθαι πρὸς θάνατον, εἰ ζῆν μὴ σχολά-

juvenem. Ad cujus casum terga vertentem ejus catervam dum insequuntur & cædunt Lacedæmonii, relicto peditatu conjecerunt se imprudentes in campum. In quos Pyrrhus, nuntiata modo filii nece, ingenti percitus dolore, Molossorum equitatum convertit, atque ipse ante alios invectus cæde se satiavit Lacedæmoniorum. Semper quidem invictum ostendit se & terribilem in armis, cæterum tunc certamina priora audacia & strenuitate superavit. Ut autem equum Evalco adegit, deflectens Evalcus in latus, pene amputavit gladio manum Pyrrhi sinistram, verum delato in habenas ictu, has incidit: Pyrrhus vero trajecit eum lancea, atque cum ictu equo delapsus est, & pedes jam, omnes qui ad corpus protegendum Evalci pugnabant, contrucidavit delectos. Atque hoc quod non fuit exiguum detrimentum belli jam confecti nequicquam invexit pertinacia ducum.

Pyrrhus autem postquam filio quasi inferias dedit, magnificamque edidit tanquam ludos funebres pugnam, ac magnam partem mœroris in iram effudit hostilem, movit Argos. Quum Antigonum jam consedisse accepisset in locis editis campo eminentibus, castra prope Naupliam est metatus. Insequenti die, misso ad Antigonum caduceatore, consceleratum eum appellavit, provocavitque ut in planitiem descenderet, atque de regno secum decerneret. Ille vero ductum suum respondit non armorum magis quam temporum esse: Pyrrho si vitæ pœniteret, multas patere ad interitum

λάζει. πρὸς δὲ ἀμφοτέρους πρέσβεις ἧκον ἐξ Ἄργους, ἀπαλλάττεσθαι δεόμενοι, καὶ τὴν πόλιν ἐᾶν μηδετέρου γενομένην, εὔνουν δὲ οὖσαν ἀμφοτέροις. ὁ μὲν οὖν Ἀντίγονος ἐπείθετο, καὶ τὸν υἱὸν ἐδίδου τοῖς Ἀργείοις ὅμηρον· ὁ δὲ Πύῤῥος ὡμολόγει μὲν ἀπαλλαγήσεσθαι, μὴ παρέχων δὲ πίστιν, ὑποπτότερος ἦν. γίνεται δὲ σημεῖον αὐτῷ τε τῷ Πύῤῥῳ μέγα· τῶν γὰρ βοῶν τεθυμένων αἱ κεφαλαὶ κείμεναι χωρὶς ἤδη, τάς τε γλώττας ὤφθησαν προβάλλουσαι καὶ περιλιχμώμεναι τὸν ἑαυτῶν φόνον, ἔν τε τῇ πόλει τῶν Ἀργείων ἡ τοῦ Λυκείου προφῆτις Ἀπόλλωνος ἐξέδραμε βοῶσα, νεκρῶν ὁρᾶν καὶ φόνου κατάπλεων τὴν πόλιν, τὸν δ' ἀετὸν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα χωροῦντα, εἶτα φροῦδον εἶναι.

Σκότους δὲ πολλοῦ προσμίξας ὁ Πύῤῥος τοῖς τείχεσι, καὶ πύλην εὑρὼν, ἣν Διαμπερὲς καλοῦσιν, ἀνεῳγμένην ὑπὸ τοῦ Ἀριστέου αὐτοῖς, ἄχρι μὲν τοῦ παρεισπεσεῖν τοὺς Γαλάτας τοὺς παρ' αὐτοῦ καὶ τὴν ἀγορὰν καταλαβεῖν ἐλάνθανε· τῆς δὲ πύλης τοὺς ἐλέφαντας οὐ δεχομένης, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς πύργους αὐτῶν ἀφαιρούντων, εἶτα πάλιν ἐν σκότει καὶ θορύβῳ περιτιθέντων, καὶ γενομένης διατριβῆς, οἱ Ἀργεῖοι συναισθόμενοι, πρὸς τὴν ἀσπίδα καὶ τοὺς ὀχυροὺς τόπους ἀνέθεον, καὶ τὸν Ἀντίγονον ἐκάλουν πέμποντες. ὁ δὲ, αὐτὸς μὲν ἐγγὺς προσελάσας ἐφήδρευε, τοὺς δὲ στρατηγοὺς καὶ τὸν υἱὸν εἰσέπεμψε συχνὴν βοήθειαν ἄγοντας. ἧκε δὲ καὶ Ἄρευς ἔχων χιλίους Κρῆτας, καὶ Σπαρτιάτας τοὺς ἐλαφροτάτους. καὶ πάντες ἅμα τοῖς Γαλάταις προσβαλόντες, εἰς πολὺν θόρυβον κατέστησαν αὐτούς. ὁ δὲ Πύῤῥος εἰσιὼν μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ

βοῆς

interitum vias. Utrumque autem adierunt legati Argivorum, ut abſcederent orantes, neque civitatem utriuſque ſtudioſam in poteſtatem ſinerent recidere alterius. Antigonus quidem aſſenſus eſt, deditque Argivis filium obſidem. Pyrrhus vero quum recepiſſet ſe caſtra inde moturum, nec daret pignus, ſuſpectior erat. Porro ipſi tum Pyrrho magnum prodigium factum eſt. Namque boum, qui immolati erant, ſejuncta jam a corpore capita linguas viderunt exerentia, & circumlabentia ſuum proprium ſanguinem. In urbe Argis Lycei ſacerdos Apollonis procurrit in publicum clamitans, cadaveribus & cruore conſpicere ſe urbem manantem, procedere ad certamen aquilam, mox evaneſcere.

At Pyrrhus multa de nocte ad muros venit. Portam, quam Diamperes vocant, reperit ab Ariſtea ſibi patefactam, nec quouſque Galli, quos ſecum habebat, inſinuaſſent ſe in urbem, forumque occupaſſent, ſenſit adventum ejus quiſquam. Elephantos quia non capiebat porta, atque ideo turres eis detraherent, mox eas reponerent in tenebris cum ſtrepitu, inter hanc moram re percepta recurrunt ad Aſpidem & partes urbis munitiores Argivi, & Antigonum per nuntios accerſunt. Ille ipſe quidem exercitu prope admoto ſubſtitit imminens in occaſionem: duces vero filiumque cum magno ſubſidio in urbem ſubmiſit. Adfuit Areus quoque cum mille Cretenſibus & expeditiſſimis Spartiatis. Qui omnes Gallos ſimul adorti magnopere eos conſternavere. Pyrrhus autem cum ululatu & fremitu

βοῆς παρὰ τὴν Κυλάραβιν, ὡς οἱ Γαλάται τοῖς περὶ αὐτὸν ἀντηλάλαξαν, οὐχ ἰταμὸν οὐδὲ θαρραλέον εἴκασε, ταραττομένων δὲ εἶναι τὴν φωνὴν καὶ πονούντων. ἐπῆγεν οὖν θᾶττον, ὠθῶν τοὺς πρὸ αὐτοῦ τῶν ἱππέων δυσοδοῦντας ἐν τοῖς ὑπονόμοις, ὧν ἡ πόλις ἐστὶ μεστή, καὶ κινδυνεύοντας. ἦν δὲ καὶ ἀσάφεια πολλὴ τῶν δρωμένων καὶ παραγγελλομένων ἐν νυκτομαχίᾳ, καὶ πλάναι καὶ διασπασμοὶ περὶ τοὺς στενωπούς, καὶ στρατηγίας οὐδὲν ἔργον ὑπὸ σκότους καὶ βοῆς ἀκρίτου καὶ στενότητος· ἀλλὰ διέτριβον ἄλλως περιμένοντες ἀμφότεροι τὴν ἡμέραν. ἤδη δὲ διαλάμποντος, ἥ τε ἀσπὶς ὅπλων περίπλεως πολεμίων ὀφθεῖσα τὸν Πύρρον διετάραξε, καὶ τῆς ἀγορᾶς ἐν πολλοῖς ἀναθήμασι κατιδὼν λύκον χαλκοῦν καὶ ταῦρον οἷον εἰς μάχην συνιόντας ἀλλήλοις, ἐξεπλάγη, χρησμόν τινα πρὸς ἑαυτὸν ἀνενεγκὼν παλαιόν, ὡς ἀποθανεῖν αὐτῷ πεπρωμένον, ὅταν λύκον ἴδῃ ταύρῳ μαχόμενον. ταῦτα δὲ Ἀργεῖοι πάθους ὑπομνήματα παλαιοῦ γεγονότος παρ' αὐτοῖς λέγουσι. Δαναῷ γὰρ, ὅτε πρῶτον ἐπέβη τῆς χώρας κατὰ τὰ Πυράμια τῆς Θυρεάτιδος, εἰς Ἄργος πορευομένῳ, λύκον φανῆναι ταύρῳ μαχόμενον. θέμενον δὲ τὸν Δαναὸν ὡς ὁ λύκος εἴη πρὸς αὐτοῦ, (ξένον γὰρ ὄντα τοῖς ἐγχωρίοις ἐπιτίθεσθαι, καθάπερ αὐτὸν) ἐφορᾶν τὴν μάχην, καὶ τοῦ λύκου κρατήσαντος, Ἀπόλλωνι Λυκίῳ προσευξάμενον ἐπιχειρῆσαι καὶ περιγενέσθαι, στάσει Γελάνορος, ὃς τότε τῶν Ἀργείων ἐβασίλευεν, ἐκπεσόντος. τὸ μὲν οὖν ἀνάθημα τοῦτον εἶχε τὸν λόγον.

Πρὸς

mitu ad Cylarabin ingressus, ubi Galli globo suo clamorem reddiderant, non fidentium & alacrium, sed trepidantium & laborantium conjecit eum esse. Propere igitur antecedentes impellens equites, qui ægre per cloacas, quas habet urbs frequentes, incedebant, atque in periculo versabantur, accurrit. Erat in prœlio nocturno magna eorum quæ agebantur & imperabantur cæcitas, errationes, & divulsiones per vicos, neque dari ullum imperatoriæ arti locum per tenebras & ancipitem strepitum angustiasque poterat, sed ita tempus ducebant, diem utrique operientes. Ubi jam diluxit, Aspidem contemplatus Pyrrhus armorum plenam hostilium perculsus est. Quumque aspiceret in foro inter ornamenta caetera æneum lupum & taurum velut ad pugnam commissos, obtorpuit: quod subiret eum vetus oraculum, in fatis esse ut occumberet, ubi lupum pugnantem spectaret cum tauro. Hoc vetusti monumentum casus apud se memorant Argivi locatum. Siquidem Danao, quum primum in eam oram appelleret, in Pyramiis Thyreatidis Argos petenti lupum visum cum tauro certantem. Danaum vero, qui statuit lupum ab se stare, quod indigenas externus, sicut ipse, aggrederetur, spectatorem se præbuisse pugnæ. Quum victoriam obtinuisset lupus, voto facto Apollini Lyceo, adortum urbem fuisse, eaque potitum, ejecto per seditionem Gelanore, qui tunc apud Argivos regnabat. Ac statua ea de causa posita fuerat.

Hoc

Πρὸς δὲ τὴν ὄψιν ὁ Πύῤῥος, ἅμα καὶ τὸ μηδὲν ὧν προχωρεῖν ἤλπιζεν, ἀθυμῶν, ἀναστρέφειν διενοεῖτο, τὰς δὲ πύλας στενὰς οὔσας φοβούμενος, ἔπεμψε πρὸς τὸν υἱὸν Ἕλενον μετὰ τῆς πολλῆς δυνάμεως ἔξω καταλελειμμένον· κελεύων τοῦ τείχους διασκάπτειν καὶ δέχεσθαι τοὺς ἐκπίπτοντας, ἂν ἐνοχλῶσιν οἱ πολέμιοι. σπουδῇ δὲ καὶ θορύβῳ τοῦ πεμφθέντος οὐδὲν σαφὲς ἀπαγγέλλοντος, ἀλλὰ καὶ διαμαρτίας γενομένης, τῶν θηρίων τὰ λοιπὰ καὶ στρατιώτας ἀναλαβὼν ὁ νεανίσκος τοὺς κρατίστους, εἴσω διὰ τῶν πυλῶν ἐχώρει τῷ πατρὶ βοηθήσων. ἔτυχε δὲ ὁ Πύῤῥος ἀναστρέφων ἤδη. καὶ μέχρι μὲν ἡ ἀγορὰ παρεῖχεν ὑπεξάγοντι χώραν καὶ μαχομένῳ, ἐκ μεταβολῆς ἠμύνετο τοὺς ἐπιφερομένους· ἐπεὶ δὲ τῆς ἀγορᾶς εἰς τὸν στενωπὸν ἐξωσθεὶς τὸν ἐπὶ τὴν πύλην ἀνήκοντα, συνέπιπτε τοῖς ἐπιβοηθοῦσιν ἐξ ἐναντίας προσφερομένοις, οἱ μὲν οὐχ ὑπήκουον ὑποχωρεῖν βοῶντος αὐτοῦ, τοὺς δὲ καὶ πάνυ προθύμους ὄντας εἶργον οἱ κατόπιν ἀπὸ τῆς πύλης ἐπιχεόμενοι. καὶ γὰρ ὁ μέγιστος ἐλέφας ἐν τῇ πύλῃ πλάγιος περιπεσὼν καὶ βρυχώμενος, ἐμποδὼν ἔκειτο τοῖς ἀποστρεφομένοις. καὶ τῶν προεισεληλυθότων ἕτερος, ᾧ Νίκων ὄνομα ἦν, ἀποῤῥυέντα τὸν ἐπιστάτην ὑπὸ τραυμάτων ζητῶν ἀναλαβεῖν, καὶ φερόμενος πρὸς τοὐναντίον τοῖς ὑπεξάγουσιν, ἀνέμιξε φίλους ὁμοῦ καὶ πολεμίους ὠθουμένους ὑπ' αὐτοῦ. καὶ περιέπιπτον ἀλλήλοις, ἕως εὑρὼν νεκρὸν, ἀνείλετο τῇ προβοσκίδι, καὶ τοῖς ὀδοῦσιν ἀμφοτέροις ὑπολαβὼν, ἀνέστρεψε πάλιν ὥσπερ ἐμμανὴς ἀνατρέπων

Hoc spectaculo Pyrrhus, simul quod nihil eorum quæ expectaverat progrederetur, dejectus cogitabat se recipere. Verum portarum angustias timens, Heleno filio, qui extra urbem fuerat cum magna parte copiarum relictus, imperavit per nuntios, ut muri partem dirueret & exciperet exeuntes, si hostes urgerent. Cæterum quod præ festinatione & trepidatione nuntius nihil certi nuntiaret, atque interveniret insuper error, reliquas belluas & milites fortissimos quosque trahens secum adolescens, in urbem per portam ad ferendam parenti opem pergit. Jam regrediebatur Pyrrhus, & quoad recipienti se & prœlianti forum spatium dabat, rejecit subinde instantes. At postquam ex foro in viam angustiorem, quæ ad portam ferebat, extrusus incurrit in eos qui ei subsidio veniebant ex adverso occurrentes, alii ut cederent vociferantem non exaudiebant, aliis perquam impigre obsequentibus obstabant illi qui pone a porta affluebant. Siquidem maximus elephas in porta per transversum prolapsus stridensque impedimento jacebat resilientibus, & alter eorum qui ante ingressi oppidum fuerant (Niconem dicebant) quærens rectorem, qui defluxerat ex vulnerum multitudine, attollere, objecit se obviam pedem referentibus, impulsuque suo socios & hostes una confudit: qui incurrerunt in se mutuo, donec repertum cadaver proboscide sustulit, atque eo ambobus excepto dentibus, retro se retulit, ac furibundus obvios quosque prostravit exani-

πων καὶ διαφθείρων τοὺς ἐντυγχάνοντας. οὕτω δὲ θλιβομένων καὶ συμπιλουμένων πρὸς ἀλλήλους, οὐδεὶς οὐδὲν ἑαυτῷ καθ' ἕνα χρῆσθαι δυνατὸς ἦν, ἀλλ' ὥσπερ ἓν σῶμα συγγεγομφωμένον ἑαυτῷ, τὸ πᾶν πλῆθος ἐλάμβανε πολλὰς ἀποκλίσεις καὶ μεταβολὰς ἐπ' ἀμφότερα. καὶ μάχαι μὲν ὀλίγαι πρὸς τοὺς ἐπιλαμβανομένους ἀεὶ τῶν πολεμίων ἢ προσκειμένους ὄπισθεν, πλεῖστα δὲ ἑαυτοὺς εἰργάζοντο κακά. σπασάμενον γὰρ τὸ ξίφος ἢ κλίναντα λόγχην οὐκ ἦν ἀναλαβεῖν, οὐδὲ καταθέσθαι πάλιν· ἀλλ' ἐχώρει δι' ὧν ἔτυχε τὰ τοιαῦτα, καὶ περιπίπτοντες ἀλλήλοις ἔθνησκον.

Ὁ δὲ Πύρρος ἐφορῶν τὸν περιέχοντα χειμῶνα καὶ κλύδωνα, τὴν μὲν στεφάνην, ᾗ διάσημον ἦν τὸ κράνος, ἀφελὼν, ἔδωκε τινὶ τῶν ἑταίρων· αὐτὸς δὲ τῷ ἵππῳ πεποιθὼς, εἰς τοὺς ἑπομένους τῶν πολεμίων ἐνέβαλε, καὶ δόρατι πληγεὶς διὰ τοῦ θώρακος οὐ καιρίαν πληγὴν οὐδὲ μεγάλην, ἐπέστρεψε κατὰ τοῦ πατάξαντος, ὃς ἦν Ἀργεῖος, οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ἀλλὰ πενιχρᾶς καὶ πρεσβυτέρας υἱὸς γυναικός. αὕτη τότε θεωμένη τὴν μάχην, ὥσπερ αἱ λοιπαὶ γυναῖκες, ἀπὸ τοῦ τέγους, ὡς ἐπέγνω συνεστῶτα τῷ Πύρρῳ τὸν υἱὸν, ἐκπαθὴς γενομένη πρὸς τὸν κίνδυνον, ἄρασα κεραμίδα ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἀφῆκεν ἐπὶ τὸν Πύρρον. ἐμπεσούσης δὲ τῇ κεφαλῇ κατὰ τοῦ κράνους, καὶ τῶν σφονδύλων πρὸς τὴν βάσιν τοῦ τραχήλου συντριβέντων, αἵ τε ὄψεις συνεχύθησαν αὐτοῦ, καὶ προήκαντο τὰς ἡνίας αἱ χεῖρες. αὐτὸς δὲ κατενεχθεὶς παρὰ τὸν τοῦ Λικυμνίου σηκόν.

mavitque. Ita conferti & constricti inter se aquum essent, nihil administrari per quenquam viritim poterat, sed, velut unum corpus in se compactum, universus globus multa capiebat in utramque partem momenta & volumina. Parum quidem erat cum inferentibus se subinde hostibus aut a tergo imminentibus certaminis, sed maximam sibimet ipsi calamitatem inferebant. Quippe ensem qui strinxerat, aut lanceam inclinaverat, non erat recipiendi recondendive facultas, verum eis temere obvium quemque transfodiebant, incurrentesque in sese mutuo occumbebant.


Pyrrhus autem præsentem tempestatem & fluctum contemplatus, coronam, qua erat insignis galea sua, detractam tradit uni ex amicis. Inde fretus equo in hostes invehitur vestigiis inhærentes, ac lancea per loricam ictus, vulnere accepto haud lethali vel magno, convertit se in eum a quo vulneratus fuerat. Argivus ille erat, non illustri ex domo, sed pauperculæ anus filius. Ea quum prœlium, sicut mulieres reliquæ, spectaret ex tecto, cernens cum Pyrrho filium congressum, & vehementer commota periculo ejus, tegulam ambabus manibus sustulit, eamque in Pyrrhum libravit. Hac in caput qua tectum casside erat delata, & vertebris ad basim cervicis collisis, visus ejus est caligine obductus, frænum defluxit e manibus, ipse prolapsus ex equo ad Licymnii monu-


σηκὸν ἔπεσεν, ὑπὸ τῶν πολλῶν ἀγνοούμενος. Ζώπυρος δέ τις τῶν παρὰ Ἀντιγόνῳ στρατευομένων, καὶ δύο ἢ τρεῖς ἕτεροι προσδραμόντες καὶ κατανοήσαντες, εἴς τινα θυρῶνα παρείλκυσαν αὐτὸν ἀρχόμενον ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέρεσθαι. σπασαμένου δὲ τοῦ Ζωπύρου μάχαιραν Ἰλλυρικὴν, ὡς τὴν κεφαλὴν ἀποτεμοῦντος, ἐνέβλεψε δεινὸν, ὥστε τὸν Ζώπυρον περίφοβον γενόμενον, καὶ τὰ μὲν τρέμοντα ταῖς χερσὶ, τὰ δ' ἐπιχειροῦντα, θορύβου δὲ καὶ ταραχῆς μεστὸν ὄντα, μὴ κατ' ὀρθὸν, ἀλλὰ παρὰ τὸ στόμα καὶ τὸ γένειον ἀποτέμνοντα, βραδέως καὶ μόλις ἀποσπάσαι τὴν κεφαλήν. ἤδη δὲ σύνδηλον ἦν τὸ γεγονὸς πλείοσι, καὶ προσδραμὼν ὁ Ἀλκυονεὺς ᾔτησε τὴν κεφαλὴν ὡς κατανοήσων. λαβὼν δὲ ἀφίππευσε πρὸς τὸν πατέρα, καὶ καθεζομένῳ μετὰ τῶν φίλων προσέβαλε. θεασάμενος δὲ καὶ γνοὺς ὁ Ἀντίγονος, τὸν μὲν υἱὸν ἀπήλασε τῇ βακτηρίᾳ παίων, καὶ καλῶν ἐναγῆ καὶ βάρβαρον· αὐτὸς δὲ τὴν χλαμύδα προσθέμενος τοῖς ὄμμασιν ἐδάκρυσεν, Ἀντιγόνου τοῦ πάππου μνησθεὶς, καὶ Δημητρίου πατρὸς, οἰκείων παραδειγμάτων εἰς τύχης μεταβολήν. τὴν μὲν οὖν κεφαλὴν καὶ τὸ σῶμα τοῦ Πύῤῥου κοσμήσας ἔκαυσεν. ἐπεὶ δὲ ὁ Ἀλκυονεὺς τῷ Ἑλένῳ περιτυχὼν ταπεινῷ, καὶ χλαμύδιον λιτὸν ἀμπεχομένῳ, φιλανθρώπως ἐνέτυχε, καὶ τῷ πατρὶ προσήγαγεν, ἰδὼν ὁ Ἀντίγονος, Βελτίονα μὲν, εἶπεν, ὦ παῖ, ταῦτα τῶν προτέρων· ἀλλ' οὐδὲ νῦν ὀρθῶς, τῷ μὴ περιελεῖν τὴν ἐσθῆτα ταύτην, ἣ μᾶλλον ἡμᾶς καταισχύνει τοὺς κρατεῖν δοκοῦντας.

monumentum in terram concidit. Vulgus autem non cognovit eum. Cæterum Zopyrus quidam, qui merebat ſub Antigono, duo præterea vel tres concurrentes, ubi illum eſſe animadverterunt, in veſtibulum quoddam raptaverunt incipientem ſe ex ictu colligere. Zopyrum vero, qui gladium Illyricum ad caput ſuum decidendum ſtrinxerat, ita intuitus eſt torve, ut ille expaveſcens, partim tremulis manibus, partim moliendo, terroriſque & ſtuporis plenus, non directo ſed ſecundum os & mentum detruncaret, ac vix longo ſpatio demeret caput. Innotuerat jam caſus hic multis. Itaque accurrens Alcyoneus poſtulavit caput, ut ſi inſpicere vellet. Ubi accepit, ad patrem advectus abjecit id ad pedes ejus cum amicis conſidentis. Qui ut caput aſpexit & agnovit, filium abegit incuſſo baculo, nefarium & barbarum vocans, ac chlamyde oculis admota illacrymavit, avi Antigoni & patris Demetrii, domeſticorum exemplorum ad fortunæ vices, recordatus. Caput & truncum Pyrrhi cremavit magnifice. Quum vero Alcyoneus Helenum, in quem inciderat, abjectum atque obſoleta opertum chlamydula benigne appellaſſet, & ad patrem adduxiſſet; Antigonus, ubi id vidit, Melius (inquit) ſic fili, quam ante: ſed tamen nec nunc quidem recte; quod veſtem hanc, quæ nos magis, qui videmur victores, dedecorat, non detraxeris. Inde

δοκοῦντας. ἐκ τούτου φιλοφρονησάμενος, καὶ κοσμήσας τὸν Ἕλενον, ἀπέστειλεν εἰς Ἤπειρον, καὶ τοῖς φίλοις τοῦ Πύῤῥου πρᾴως ἐνετύγχανε, τοῦ στρατοπέδου καὶ τῆς δυνάμεως πάσης κύριος γενόμενος.


comiter exceptum & ornatum in Epirum remisit Helenum, amicosque Pyrrhi, castris & exercitu toto in potestatem suam redactis, humaniter tractavit.





Apud Ful. Urſin:　　　　G. V. Gucht Sculp.

ΓΑΙΟΣ ΜΑΡΙΟΣ.



ΑΙΟΥ Μαρίου τρίτον οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν ὄνομα, καθάπερ οὐδὲ Κοΐντου Σερτωρίου τοῦ κατασχόντος Ἰβηρίαν, οὐδὲ Λευκίου Μομμίου τοῦ Κόρινθον ἑλόντος. ὁ γὰρ Ἀχαϊκὸς τούτῳ γε τῆς πράξεως ἐπώνυμον γέγονεν, ὡς ὁ Ἀφρικανὸς Σκιπίωνι, καὶ ὁ Μακεδονικὸς Μετέλλῳ. δι᾽ ὃ καὶ μάλιστα Ποσειδώνιος ἐλέγχειν οἴεται τοὺς τὸ τρίτον ὄνομα Ῥωμαίοις κύριον εἶναι νομίζοντας, οἷον τὸν Κάμιλλον, καὶ τὸν Μάρκελλον, καὶ τὸν Κάτωνα· γίνεσθαι γὰρ ἀνωνύμους τοὺς ἀπὸ μόνων τῶν δυοῖν προσαγορευομένους. λανθάνει δὲ αὐτὸν ὅτι τούτῳ τῷ λόγῳ πάλιν αὐτὸς ἀνωνύμους ποιεῖται τὰς γυναῖκας. οὐδεμιᾷ γὰρ γυναικὶ τίθεται τῶν ὀνομάτων τὸ πρῶτον, ὅπερ οἴεται κυρίως ὄνομα Ῥωμαίοις ὑπάρχειν ὁ Ποσειδώνιος. τῶν δὲ ἄλλων, τὸ μὲν κοινὸν, ἀπὸ συγγενείας, τοὺς Πομπηΐους, καὶ τοὺς Μαλλίους, καὶ τοὺς Κορνηλίους, ὥσπερ ἂν Ἡρακλείδας τις εἴποι καὶ Πελοπίδας· τὸ δὲ προσηγορικὸν, διὰ ἐπιθέτου

πρὸς

C. Marii non extat tertium nomen, ſicut nec Q. Sertorii, qui Hiſpaniam tenuit, nec L. Mommii, qui expugnavit Corinthum. Nam Achaicus ei cognomen ex rebus geſtis partum eſt, ut Africanus Scipioni & Macedonicus Metellô. Quo potiſſimum convincere Poſidonius arbitratur ſe illos qui nomen Romanorum cenſent tertium proprium eſſe, velut Camillum, Marcellum, Catonem: quippe ſic nomine caruiſſe eos quibus duo duntaxat nomina fuere. Cæterum fallit eum quod e diverſo hac ratione fœminas ſpoliet nomine. Nulli enim primum nomen fœminæ datum eſt, quod proprium Poſidonius Romanis exiſtimat. Reliquorum, alterum commune ex gente eſſe, Pompeios, Manlios, Cornelios, ut ſi Heraclidas dicas & Pelopidas, appellativum alterum ex appoſito,

mu-

πρὸς τὰς φύσεις ἢ τὰς πράξεις, ἢ τὰ τοῦ σώματος εἴδη καὶ πάθη τίθεσθαι, τὸν Μακρῖνον, καὶ τὸν Τορκουᾶτον, καὶ τὸν Σύλλαν, οἷόν ἐστιν ὁ Μνήμων, ἢ ὁ Γρυπός, ἢ ὁ Καλλίνικος. εἰς μὲν οὖν ταῦτα πολλὰς δίδωσιν ἐπιχειρήσεις ἡ τῆς συνηθείας ἀνωμαλία.

Τῆς δὲ ὄψεως τοῦ Μαρίου λιθίνην εἰκόνα κειμένην ἐν Ῥαβέννῃ τῆς Γαλατίας ἐθεώμεθα, πάνυ τῇ λεγομένῃ περὶ τὸ ἦθος στρυφνότητι καὶ πικρίᾳ πρέπουσαν. ἀνδρώδης γὰρ φύσει καὶ πολεμικὸς γενόμενος, καὶ στρατιωτικῆς μᾶλλον ἢ πολιτικῆς παιδείας μεταλαβών, ἄκρατον ἐν ταῖς ἐξουσίαις τὸν θυμὸν ἔσχε. λέγεται δὲ μήτε γράμματα μαθεῖν Ἑλληνικά, μήτε γλώττῃ πρὸς μηδὲν Ἑλληνίδι χρῆσθαι τῶν σπουδῆς ἐχομένων· ὡς γελοῖον γράμματα μανθάνειν ὧν οἱ διδάσκαλοι δουλεύοιεν ἑτέροις· μετὰ δὲ τὸν δεύτερον θρίαμβον, ἐπὶ ναοῦ τινὸς καθιερώσει θέας Ἑλληνικὰς παρέχων, εἰς τὸ θέατρον ἐλθών, καὶ μόνον καθίσας, εὐθὺς ἀπαλλαγῆναι. ὥσπερ οὖν Ξενοκράτει τῷ φιλοσόφῳ, σκυθρωποτέρῳ δοκοῦντι τὸ ἦθος εἶναι, πολλάκις εἰώθει λέγειν ὁ Πλάτων, ὦ μακάριε Ξενόκρατες, θῦε ταῖς Χάρισιν· οὕτως εἴ τις ἔπεισε Μάριον θύειν ταῖς Ἑλληνικαῖς Μούσαις καὶ Χάρισιν, οὐκ ἂν εὐπρεπεστάταις στρατηγίαις καὶ πολιτείαις ἀμορφοτάτην ἐπέθηκεν κορωνίδα, ὑπὸ θυμοῦ καὶ φιλαρχίας ἀώρου, καὶ πλεονεξιῶν ἀπαρηγορήτων, εἰς ὠμότατον καὶ ἀγριώτατον γῆρας ἐξοκείλας. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῶν πράξεων αὐτῶν εὐθὺς θεωρείσθω.

Γενόμενος δὲ γονέων παντάπασιν ἀδόξων, αὐτουργῶν δὲ καὶ πενήτων, πατρὸς

πατρὸς

mutuatum a natura vel factis, vel a corporis figuris & affectibus, ceu Macrinum, Torquatum, Syllam: cujuſcemodi eſt Mnemon, vel Grypus, vel Callinicus. Cæterum contra hæc multas argumentationes præbeat conſuetudinis diverſitas.

Porro faciei Marii Ravennæ vidimus in Gallia poſitum ſimulacrum, ſtatuam marmoream, quæ mire morum ejus acerbitatem & amarulentiam refert. Nam natura quum virilis & bellicoſus eſſet, atque diſciplina imbutus militari potius quam civili, impotenti iracundia fuit in imperiis. Dicitur autem neque literas Græcas guſtaſſe, neque Græcam linguam ulla in re ſeria uſurpaſſe: quaſi ridiculum foret literas addiſcere eas, quarum aliis ſervirent præceptores. Poſt ſecundum triumphum, quum in ædis cujuſdam ſacræ dedicatione ſpectacula Græco more ederet, ingreſſus theatrum aſſediſſe tantum, mox diſceſſiſſe. Ut igitur ad Xenocratem philoſophum, quem eſſe apparebat ingenio horridiore, crebro dicere Plato ſolebat, Age Xenocrates, Gratiis ſacrifica: ita ſi Marium quis induxiſſet ut Muſis & Gratiis Græcis ſacra faceret, non rebus clariſſimis domi militiæque geſtis fœdiſſimum impoſuiſſet faſtigium: qui ex iracundia atque intempeſtiva ambitione avaritiaque inexplebili in funeſtiſſimam & efferatiſſimam ſenectutem impegit. Cæterum hæc in ipſis actionibus ejus ſtatim liquebunt.

Parentes ejus prorſus obſcuri, operarii & inopes fuere. Pater fuit ei cognominis,

ma-

τρὸς μὲν ὁμωνύμου, μητρὸς δὲ, Φουλκινίας, ὀψέ ποτε πόλιν εἶδε, καὶ τῶν ἐν πόλει διατριβῶν ἐγεύσατο, τὸν δὲ ἄλλον χρόνον ἐν κώμῃ Κιῤῥαιάτωνι τῆς Ἀρπίνης δίαιταν εἶχε, πρὸς μὲν ἀστεῖον καὶ γλαφυρὸν βίον, ἀγροικοτέραν, σώφρονα δὲ, καὶ ταῖς πάλαι Ῥωμαίων τροφαῖς ἐοικυῖαν. πρώτην δὲ στρατείαν στρατευσάμενος ἐπὶ Κελτίβηρας, ὅτε Σκιπίων Ἀφρικανὸς Νομαντίαν ἐπολιόρκει, τὸν στρατηγὸν οὐκ ἐλάνθανεν ἀνδρείᾳ τῶν ἄλλων νέων διαφέρων, καὶ τὴν μεταβολὴν τῆς διαίτης, ἣν ὑπὸ τρυφῆς καὶ πολυτελείας διεφθαρμένοις ἐπῆγε τοῖς στρατεύμασιν ὁ Σκιπίων, εὐκολώτατα προσδεχόμενος. λέγεται δὲ καὶ πολέμιον ἄνδρα συστὰς καταβαλεῖν ἐν ὄψει τοῦ στρατηγοῦ. διὸ ταῖς τε ἄλλαις προσήγετο τιμαῖς ὑπ' αὐτοῦ, καί ποτε λόγου μετὰ δεῖπνον ἐμπεσόντος ὑπὲρ στρατηγῶν, καὶ τῶν παρόντων ἑνός, εἴτε ἀληθῶς διαπορήσαντος, εἴτε πρὸς ἡδονὴν ἐρομένου τὸν Σκιπίωνα, τίνα δὴ τοιοῦτον ἕξει μετ' ἐκεῖνον ἡγεμόνα καὶ προστάτην ὁ Ῥωμαίων δῆμος, ὑπερκατακειμένου τοῦ Μαρίου τῇ χειρὶ τὸν ὦμον πατάξας ἠρέμα ὁ Σκιπίων, τάχα δὲ τοῦτον, εἶπεν. οὕτως ἐκφυὴς ἦν, ὁ μὲν ἐκ μειρακίου φανῆναι μέγας, ὁ δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὸ τέλος νοῆσαι.

Τὸν δ' οὖν Μάριον ὑπὸ ταύτης λέγεται μάλιστα τῆς φωνῆς, ὥσπερ ὑπὸ θείας κληδόνος, ἐπαρθέντα ταῖς ἐλπίσιν, ὁρμῆσαι πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ τυχεῖν δημαρχίας, Καικιλίου Μετέλλου σπουδάσαντος, οὗ τὸν οἶκον ἐξ ἀρχῆς καὶ πατρόθεν ἐθεράπευεν. ἐν δὲ τῇ δημαρχίᾳ νόμον τινὰ περὶ ψηφοφορίας γράφοντος αὐτοῦ, δοκοῦντα τῶν δυνατῶν ἀφαιρεῖσθαι τὴν περὶ τὰς

κρί-

mater Fulvia dicta. Sero tandem urbem vidit, vitamque gustavit urbanam. Reliquum ætatis in vico agri Arpinatis Cirræatone egit. Vita horridior fuit, ab urbanisque & civilibus moribus alienior, frugalis autem atque priscis Romanorum institutis accommodatior. Prima stipendia bello Celtiberico sub Scipione Africano, quum obsideret Numantiam, fecit. Neque ejus virtus inter juvenes præcellens alios fefellit imperatorem, ac quod disciplinæ mutationem, quam deliciis luxuque perditis militibus Scipio imposuit, hic facillime amplecteretur. Dicitur insuper cum hoste congressus in conspectu imperatoris eum dejecisse: unde & aliis honoribus est ab illo evectus, & quum sermo esset aliquando a cœna illatus de imperatoribus, atque ex convivis unus, sive serio ambigeret, sive assentandi causa rogaret Scipionem, quemnam post ipsum populus Romanus talem ducem & principem esset habiturus, Scipio manu humero Marii, qui supra eum cubabat, leniter percusso, Hunc fortassis, inquit. Tanta fuit indoles in Mario, ut in adolescente jam futura magnitudo eluceret; in Scipione, ut ex rudimentis intelligeret finem.

Fertur hac præsertim voce Marius, quasi divino oraculo, in spem erectus, ad rempub. se contulisse, ac Cæcilii Metelli favore, in cujus familiæ clientela perpetuo a patre usque fuerat, tribunus plebis factus. In tribunatu quum legem ferret de suffragiis, quæ privare primores videbatur potentia quam in judiciis obtinebant, repugnavit

κρίσεις ἰσχύν, ἐνστάμενος Κόττας ὁ ὕπατος, συνέπεισε τὴν βουλὴν τῷ μὲν νόμῳ μάχεσθαι, τὸν δὲ Μάριον καλεῖν, λόγον ὑφέξοντα. καὶ τοῦ δόγματος τούτου γραφέντος, εἰσελθὼν ἐκεῖνος οὐκ ἔπαθεν νέου πάθος, ἀπὸ μηδενὸς λαμπροῦ προεληλυθότος ἄρτι πρὸς τὴν πολιτείαν, ἀλλ' ἑαυτῷ διδοὺς ἤδη φρονεῖν ἡλίκον ἔδωκαν αἱ μετέπειτα πράξεις, ἠπείλησε τὸν Κότταν ἀπάξειν εἰς τὸ δεσμωτήριον, εἰ μὴ διαγράψειε τὸ δόγμα. τοῦ δὲ πρὸς Μέτελλον τραπομένου, καὶ γνώμην ἐρωτῶντος, Μέτελλος μὲν ἀναστὰς συνηγόρει τῷ ὑπάτῳ, Μάριος δὲ τὸν ὑπηρέτην μεταπεμψάμενος ἔξωθεν, ἐκέλευσεν ἀπάγειν αὐτὸν τὸν Μέτελλον εἰς τὸ δεσμωτήριον. ἐκείνου δὲ τοὺς ἄλλους ἐπικαλουμένου δημάρχους, ἐβοήθει μὲν οὐδείς, ἡ δὲ σύγκλητος εἴξασα προήκατο τὸ δόγμα. καὶ λαμπρὸς ἐξελάσας ὁ Μάριος εἰς τὸ πλῆθος ἐπεκύρωσε τὸν νόμον, δόξας ἄκαμπτος μὲν εἶναι πρὸς φόβον, ἄτρεπτος δὲ ὑπ' αἰδοῦς, δεινὸς δὲ κατὰ τῆς βουλῆς ἀνίστασθαι, χάριτι τῶν πολλῶν δημαγωγῶν. οὐ μὴν ἀλλὰ ταύτην μὲν ταχέως μετέστησεν ἑτέρῳ πολιτεύματι τὴν δόξαν. νόμου γὰρ εἰσφερομένου περὶ σίτου διανομῆς, τοῖς πολίταις ἐναντιωθεὶς ἐρρωμενέστατα, καὶ κρατήσας, εἰς τὸ ἴσον ἑαυτὸν κατέστησε τῇ τιμῇ πρὸς ἀμφοτέρους, ὡς μηδετέροις παρὰ τὸ συμφέρον χαριζόμενος.

Μετὰ δὲ τὴν δημαρχίαν, ἀγορανομίαν τὴν μείζονα παρήγγειλε. δύο γάρ εἰσι τάξεις ἀγορανομιῶν, ἡ μὲν ἀπὸ τῶν δίφρων τῶν ἀγκυλοπόδων, ἐφ' ὧν καθεζόμενοι χρηματίζουσιν, ἔχουσα τοὔνομα τῆς ἀρχῆς· τὴν δ' ὑποδεεστέραν, δημοτικὴν καλοῦσιν. ὅταν δὲ τοὺς ἐντιμοτέρους ἕλωνται, περὶ τῶν ἑτέρων πά-

pugnavit ei Cotta consul, fuitque autor senatui ut legem oppugnaret, & Marium ad rationem reddendam facti sui vocaret. Hoc senatusconsulto perscripto, ingressus curiam ille, non gessit se ut juvenis, qui nullis subsidiis gloriæ modo rempub. attigisset, sed sumptis jam spiritibus tantis, quantos ei res gestæ dederunt sequentes, minatus est Cottæ, nisi induxisset senatusconsultum, se eum in carcerem ducturum. Ubi convertit se ille ad Metellum & sententiam rogavit, exsurgens Metellus assensus est consuli. Marius ibi accito lictori ducere in vincula præcepit ipsum Metellum; quo alios tribunos appellante, nemo fuit ei auxilio : ita cedens senatus antiquavit decretum. Marius itaque inclytus in concionem egressus legem pertulit, habitusque est adversus metum obstinatus, & inflexibilis pudore, ac commodorum plebis fore contra patres defensor insignis. At tamen hanc opinionem alia actione cito invertit. Nam quum ferretur lex frumentaria, eam invitis civibus enixissime oppugnavit & abrogavit. Unde parem honorem est utrobique meritus, qui neutri parti quod damnosum foret reipublicæ largiretur.

A tribunatu ædilitatem majorem petivit. Duo enim ordines sunt ædilitatis: altera a sellis curulibus, quæ incurvis erant pedibus, ex quibus munia magistratus explicabant, nomen traxit : altera inferior, plebis dicitur. Ubi ædiles curules creaverunt, mox de ædilibus

πάλιν τὴν ψῆφον λαμβάνουσιν. ὡς οὖν ὁ Μάριος φανερὸς ἦν λειπόμενος ἐν ἐκείνῃ, ταχὺ μεταστὰς αὖθις ἤτει τὴν ἑτέραν. δόξας δὲ θρασὺς εἶναι καὶ αὐθάδης, ἀπέτυχε· καὶ δυσὶν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ περιπεσὼν ἀποτεύξεσιν, ὃ μηδεὶς ἔπαθεν ἄλλος, οὐδὲ μικρὸν ὑφήκατο τοῦ φρονήματος. ὕστερον δὲ οὐ πολλῷ στρατηγίαν μετελθὼν, ὀλίγον ἐδέησεν ἐκπεσεῖν· ἔσχατος δὲ πάντων ἀναγορευθεὶς δίκην ἔσχε δεκασμοῦ. μάλιστα δὲ ὑποψίαν παρέσχε Κασσίου Σαβάκωνος οἰκέτης, ὀφθεὶς ἐντὸς τῶν δρυφάκτων, ἀναμεμιγμένος τοῖς φέρουσι τὰς ψήφους. ὁ γὰρ Σαβάκων ἦν ἑταῖρος ἐν τοῖς μάλιστα Μαρίου. κληθεὶς οὖν οὗτος ὑπὸ τῶν δικαστῶν, ἔφη, διὰ τὸ καῦμα διψήσας, ὕδωρ ψυχρὸν αἰτῆσαι, καὶ τὸν οἰκέτην ἔχοντα ποτήριον εἰσελθεῖν εἰς αὐτὸν, εἶτ' εὐθὺς οἴχεσθαι πιόντος. οὗτος μὲν οὖν ὑπὸ τῶν μετὰ ταῦτα τιμητῶν ἐξέπεσε τῆς βουλῆς, ἐπιτήδειος εἶναι παθεῖν τοῦτο δόξας, ἢ διὰ τὴν ψευδομαρτυρίαν, ἢ διὰ τὴν ἀκρασίαν. ἐπὶ δὲ τὸν Μάριον καὶ Γάϊος Ἑρέννιος μάρτυς εἰσαχθεὶς, οὐκ ἔφη πάτριον εἶναι καταμαρτυρεῖν πελατῶν, ἀλλὰ τὸν νόμον ἀφιέναι ταύτης τῆς ἀνάγκης τοὺς πάτρωνας· οὕτω γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς προστάτας καλοῦσι· τοῦ δὲ Ἑρεννίων οἴκου τοὺς Μαρίου γονεῖς καὶ Μάριον αὐτὸν ἐξ ἀρχῆς γεγονέναι πελάτας. ἀποδεξαμένων δὲ τὴν ἀπόρρησιν τῆς μαρτυρίας τῶν δικαστῶν, αὐτὸς ἀντεῖπεν ὁ Μάριος πρὸς τὸν Ἑρέννιον, ὡς, ὅτε πρῶτος ἄρχων ἀνηγορεύθη, τὸν πελάτην ἐκβεβηκώς. ὅπερ ἦν οὐ παντάπασιν ἀληθές. ἀρχὴ γὰρ οὐ πᾶσα τοῦ νέμειν προστάτην ἀπαλλάσσει τοὺς τυχόντας αὐτοὺς καὶ γένος, ἀλλ' ἣ τὸν ἀγκυλόποδα δίφρον ὁ νόμος δίδωσιν.

bus plebis ineunt ſuffragia. Ut Marius in ſuperiori ſe vidit præteriri, confeſtim tranſiit ad petendam ædilitatem plebis. Verum, quia nimium eum judicaverunt audacem & præfractum, repulſam tulit. Qui quamvis bis eodem die dejectus honore fuit, quod præter eum accidit nemini, nihil dimiſit tamen animos, ſed haud multo poſt præturæ candidatus pene repulſam eſt paſſus, ac licet noviſſimus omnium renuntiatus fuit, ambitus eſt poſtulatus. Suſpicionem movit potiſſimum Caſſii Sabaconis ſervus intra tabulata conſpectus inter eos qui ſuffragia ferebant: quippe erat imprimis neceſſarius Sabaco Marii. Hic a judicibus interrogatus reſpondit, quod ex æſtu ſitiſſet, frigidam ſe poſtulaviſſe, & ſervum cum poculo ad ſe ingreſſum, ſimul atque bibiſſet, abſceſſiſſe. Atque hic quidem ſenatu a proximis cenſoribus motus eſt, viſuſque vel ob falſum teſtimonium, vel ob intemperantiam merito notatus. C. Herennius quoque citatus teſtis, ait patronis ex lege non eſſe teſtimonii in clientem dictionem, ſed eſſe ab eo onere patronos ſolutos. Herennii autem familiæ ſemper parentes Marii atque Marium ipſum clientes fuiſſe. Quum reciperent teſtimonii recuſationem judices, Herennio ipſe reclamavit Marius, quod ſimul ut fuit primum magiſtratum nactus, clientelam exceſſiſſet. Id non erat undequaque verum. Neque enim liberat quilibet magiſtratus obſervantia patroni clientes eorumque poſteritatem, ſed curulis tantum. Veruntamen

σίν. οὐ μὴν ἀλλὰ ταῖς πρώταις ἡμέραις ἐν τῇ δίκῃ κακῶς πράττων ὁ Μάριος, καὶ χαλεπῶς χρώμενος τοῖς δικασταῖς, τῇ τελευταίᾳ παραλόγως ἀπέφυγεν, ἴσων τῶν ψήφων γενομένων.

τῶντο Ῥωμαῖοι μετὰ Μαλλίου καὶ Καιπίωνος πρότερον (Ἄμβρωνες δ' ὠνομάζοντο, καὶ πλῆθος ὑπὲρ τρισμυρίους αὐτοὶ καθ' αὐτοὺς ἦσαν) ἀναΐξαντες, ἐπὶ τὰς πανοπλίας ἐχώρουν, τὰ μὲν σώματα πλησμονῇ βεβαρημένοι, τοῖς δὲ φρονήμασι γαῦροι καὶ διακεχυμένοι πρὸς τὸν ἄκρατον, οὐκ ἀτάκτοις οὐδὲ μανιώδεσι φερόμενοι δρόμοις, οὐδὲ ἄναρθρον ἀλαλαγμὸν ἱέντες, ἀλλὰ κρούοντες ῥυθμῷ τὰ ὅπλα, καὶ συναλλόμενοι πάντες ἅμα τὴν αὐτῶν ἐφθέγγοντο πολλάκις προσηγορίαν Ἄμβρωνες· εἴτε ἀνακαλούμενοι σφᾶς αὐτοὺς, εἴτε τοὺς πολεμίους τῇ προδηλώσει προεκφοβοῦντες. τῶν δὲ Ἰταλικῶν πρῶτοι καταβαίνοντες ἐπ' αὐτοὺς Λίγυες, ὡς ἤκουσαν βοώντων καὶ συνῆκαν, ἀντεφώνουν καὶ αὐτοὶ τὴν πάτριον ἐπίκλησιν αὐτῶν εἶναι· σφᾶς γὰρ αὐτοὺς οὕτως ὀνομάζουσι κατὰ γένος Λίγυες. πυκνὸν οὖν καὶ παράλληλον ἀντήχει, πρὶν εἰς χεῖρας συνελθεῖν, τὸ ἀναφώνημα· καὶ τῶν στρατηγῶν ἑκατέροις ἀνὰ μέρος συναναφθεγγομένων, καὶ φιλοτιμουμένων πρῶτον ἀλλήλους τῷ μεγέθει τῆς βοῆς ὑπερβαλέσθαι, παρώξυνε καὶ διηρέθιζε τὸν θυμὸν ἡ κραυγή. τοὺς μὲν οὖν Ἄμβρωνας διέσπασε τὸ ῥεῖθρον· οὐ γὰρ ἔφθασαν εἰς τάξιν καταστῆναι διαβάντες, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις εὐθὺς μετὰ δρόμου τῶν Λιγύων προσπεσόντων, ἐν χερσὶν ἦν ἡ μάχη. τοῖς δὲ Λίγυσι τῶν Ῥωμαίων ἐπιβοηθούντων, καὶ φερομένων ἄνωθεν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, βιασθέντες ἐτράποντο, καὶ πλεῖστοι μὲν αὐτοῦ περὶ τὸ ῥεῖθρον ὠθούμενοι κατ' ἀλλήλων ἐπαίοντο, καὶ κατεπίμπλασαν φόνου καὶ νεκρῶν τὸν ποταμόν· τοὺς δὲ διαβάντας οἱ Ῥωμαῖοι μὴ τολμῶντας ἀναστρέφειν ἔκτεινον, ἄχρι τοῦ στρατοπέδου καὶ τῶν ἁμαξῶν φεύγοντας. ἐνταῦθα δὲ αἱ γυναῖ-

κες

ante Romani Manlio & Cæpione ducibus superati fuerant (Ambrones dicebantur, qui soli efficiebant plus triginta millia) exciti arma induebant. Hi, quanquam corpus crapula oneraverant, mero remissi tamen ferocem gerebant animum, neque incompositis vel lymphaticis ferebantur cursibus, neque ululatum inconditum edebant: sed concrepantes ad numerum armis, & simul cuncti tripudiantes, sive quo sese mutuo cohortarentur, sive ut hostes nominis denunciatione conterrerent, nomen suum intonabant identidem Ambrones. Primi ex Italicis, qui moverunt in eos, Ligures, ut clamorem acceperunt & intellexerunt, vetus id suum cognomen ex adverso clamaverunt esse. Ita enim se ipsi Ligures totius gentis vocabulo nominant. Atque adeo prius quam ad manus ventum est, frequens est ea reddita vicissim succlamatio. Et quum duces utrinque invicem clamorem adjuvarent, anniterenturque primum sese mutuo vocis magnitudine superare, stimulavit irritavitque animos vociferatio. Ambrones rivus divulsit. Nam antequam eo superato dirigere aciem valerent, irruentibus illico in antesignanos Liguribus, confligi comminus cœptum est. Liguribus quum Romani subvenirent, atque ex loco superiore in barbaros incumberent, vi pulsi hostes sunt. Multi horum in ripa rivi sese mutuo impellentes cæsi, flumenque cruore & cadaveribus repleverunt. Eos qui transmiserant, Romani frontem convertere in hostem non ausos, usque ad castra & plaustra effusos conciderunt. Ibi occurrentes cum gladiis & se-

κες ἀπαντῶσαι μετὰ ξιφῶν καὶ πελέκεων, δεινὸν τετριγυῖαι καὶ περίθυμον, ἠμύνοντο τοὺς φεύγοντας, ὁμοίως καὶ τοὺς διώκοντας, τοὺς μὲν, ὡς προδότας, τοὺς δὲ, ὡς πολεμίους· ἀναπεφυρμέναι μαχομένοις, καὶ χερσὶ γυμναῖς τούς τε θυρεοὺς τῶν Ῥωμαίων ἀποσπῶσαι, καὶ τῶν ξιφῶν ἐπιλαμβανόμεναι, καὶ τραύματα καὶ διακοπὰς σωμάτων ὑπομένουσαι μέχρι τελευτῆς ἀήττητοι τοῖς θυμοῖς. τὴν μὲν οὖν παραποταμίαν μάχην οὕτω κατὰ τύχην μᾶλλον, ἢ γνώμῃ τοῦ στρατηγοῦ γενέσθαι λέγουσιν.

Ἐπεὶ δὲ πολλοὺς τῶν Ἀμβρώνων οἱ Ῥωμαῖοι διαφθείραντες ἀνεχώρησαν ὀπίσω, καὶ σκότος ἐπέσχεν, οὐχ ὥσπερ ἐπ' εὐτυχήματι τοσούτῳ τὸν στρατὸν ἐδέξαντο παιᾶνες ἐπινίκιοι, καὶ πότοι κατὰ σκηνὰς, καὶ φιλοφροσύναι περὶ δεῖπνα, καὶ, τὸ πάντων ἥδιστον ἀνδράσιν εὐτυχῶς μεμαχημένοις, ὕπνος ἤπιος· ἀλλ' ἐκείνην μάλιστα τὴν νύκτα φοβερὰν καὶ ταραχώδη διήγαγον. ἦν μὲν γὰρ αὐτοῖς ἀχαράκωτον τὸ στρατόπεδον καὶ ἀτείχιστον· ἀπελείποντο δὲ τῶν βαρβάρων ἔτι πολλαὶ μυριάδες ἀήττητοι, καὶ συμμεμιγμένων τούτοις ὅσοι διαπεφεύγεσαν τῶν Ἀμβρώνων, ὀδυρμὸς ἦν διὰ νυκτὸς, οὐ κλαυθμοῖς οὐδὲ στεναγμοῖς ἀνθρώπων ἐοικὼς, ἀλλὰ θηρομιγής τις ὠρυγὴ καὶ βρύχημα μεμιγμένον ἀπειλαῖς καὶ θρήνοις, ἀναπεμπόμενον ἐκ πλήθους τοσούτου, τά τε πέριξ ὄρη καὶ τὰ κοῖλα τοῦ ποταμοῦ περιεφώνει. καὶ κατεῖχε φρικώδης ἦχος τὸ πεδίον, τοὺς δὲ Ῥωμαίους δέος, αὐτόν τε τὸν Μάριον ἔκπληξις, ἄκοσμόν τινα καὶ ταραχώδη νυκτομαχίαν προσδεχόμενον. οὐ μὴν ἐπῆλθον οὔτε νυκτὸς, οὔτε τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, ἀλλὰ συντάττοντες ἑαυτοὺς καὶ παρασκευαζόμενοι διε-

ſecuribus fœminæ horrendo & truci ſtridore juxta in fugientes & inſequentes incurrebant, in hos ut hoſtes, in illos ut proditores: quæ intermiſtæ pugnantibus, nudis manibus ſcuta Romanorum detrahebant ac gladios prehendebant, vulneraque & corporum diſſectiones perpetiebantur ad extremum animis invictæ. Ita fortuito magis quam conſilio imperatoris trans fluvium referunt pugnatum.

Poſtquam ingenti data Ambronum ſtrage, retro receperunt ſe Romani, & nox incubuit, non exceperunt (ut fieri ſolet) ex tanta victoria exercitum cantilenæ victoriales, non compotationes per tentoria, non invitationes in cœnis, nec, quod omnium eſt victoribus jucundiſſimum, placidus ſomnus; verum noctem illam multo tranſegerunt horrendiſſimam & infeſtiſſimam; quod caſtra neque vallo neque munimento ſepiviſſent, barbarorum autem reſiduæ eſſent innumeræ legiones nondum victæ, atque his admiſtorum, qui effugerant, Ambronum ejulatio per noctem eſſet, non ejulatibus aut gemitibus hominum aſſimilis, verum rugitus quidam pene belluinus, fremituſque minis & lamentationibus commiſtus redderetur ex tanta colluvie, unde circumjecti montes atque cava fluminis reſonarent, horrenduſque clangor occuparet campum: Romanos vero terror, atque Marium ipſum invaderet ſtupor, inconditum & tumultuarium prœlium nocturnum expectantes. Non tamen vel illa nocte vel poſtero die moverunt ſe, ſed in eo fuerunt ut ſe inſtruerent

διετέλουν. ἐν τούτῳ δὲ Μάριος (ἦσαν γὰρ ὑπὲρ κεφαλῆς τῶν βαρβάρων νάπαι περικλινεῖς, καὶ κατάσκιοι δρυμοῖς αὐλῶνες) ἐνταῦθα Κλαύδιον Μάρκελλον ἐκπέμπει μετὰ τρισχιλίων ὁπλιτῶν, ἐνεδρεῦσαι κελεύσας κρύφα, καὶ μαχομένοις ἐξόπισθεν ἐπιφανῆναι. τοὺς δὲ ἄλλους δειπνήσαντας ἐν ὥρᾳ καὶ κοιμηθέντας, ἅμ' ἡμέρᾳ συνέταττε, πρὸ τοῦ χάρακος ἀγαγὼν, καὶ προεξέπεμπε τοὺς ἱππέας εἰς τὸ πεδίον. θεασάμενοι δὲ οἱ Τεύτονες, οὐκ ἠνέσχοντο καταβαίνοντας αὐτοῖς ἐξ ἴσου διαγωνίζεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, ἀλλὰ σὺν τάχει καὶ δι' ὀργῆς ὁπλισάμενοι, τῷ λόφῳ προσέβαλλον. ὁ δὲ Μάριος ἑκασταχοῦ διαπέμπων τοὺς ἡγεμόνας, ἑστάναι καὶ καρτερεῖν παρεκάλει· πελασάντων δὲ εἰς ἐφικτὸν, ἐξακοντίσαι τοὺς ὑσσοὺς, εἶτα χρῆσθαι ταῖς μαχαίραις, καὶ τοῖς θυρεοῖς ἀντερείσαντας βιάζεσθαι. τῶν γὰρ τόπων ἐπισφαλῶν ὄντων ἐκείνοις, οὔτε τόνον ἕξειν τὰς πληγὰς, οὔτε ῥώμην τὸν συνασπισμὸν, ἐν περιτροπῇ καὶ σάλῳ τῶν σωμάτων ὄντων διὰ τὴν ἀνωμαλίαν. ταῦτα ἅμα παρῄνει, καὶ δρῶν ἑωρᾶτο πρῶτος· οὐδενὸς γὰρ ἤσκητο χεῖρον τὸ σῶμα, καὶ πάντας πολὺ τῇ τόλμῃ παρήλλαττεν.

Ὡς οὖν ἀντιστάντες αὐτοῖς οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ συμπεσόντες ἔσχον ἄνω φερομένους, ἐκθλιβόμενοι κατὰ μικρὸν ὑπεχώρουν εἰς τὸ πεδίον· καὶ τῶν πρώτων ἤδη καθισταμένων εἰς τάξιν ἐν τοῖς ἐπιπέδοις, βοὴ καὶ διασπασμὸς ἦν περὶ τοὺς ὄπισθεν. ὁ γὰρ καιρὸς οὐκ ἔλαθε τὸν Μάρκελλον, ἀλλὰ τῆς κραυγῆς ὑπὲρ τοὺς λόφους ἄνω φερομένης, ἀναστήσας τοὺς μετ' αὐτοῦ, δρόμῳ καὶ ἀλαλαγμῷ προσέπιπτε κατὰ νώτου, κτείνων τοὺς ἐσχάτους. οἱ δὲ τοὺς πρὸ αὐτῶν ἐπισπώμενοι,

ταχὺ

rent pararentque. Interea Marius, quod supra hostium caput saltus convexi essent, & opacæ nemoribus convalles, eum locum Claudium Marcellum occulte insidere cum tribus millibus militum, & pugnantibus se a tergo jubet ostendere: cæteros mature cibo somnoque refectos orta luce castris educit, & pro vallo instruit: provehi etiam equites imperat in planiciem. Id contemplati Teutones, non sustinuere dum conferrent ex æquo ipsi cum Romanis signa, sed raptim stimulante ira armati ad collem ruunt. Marius dimissis in omnem partem legatis, monuit milites ut consisterent & continerent se eo loco: ubi comminus venissent, emitterent pila; inde rem gererent gladiis, & scutis obnitentes urgerent hostem. Quum enim efficeret instabilem illorum gradum locus, neque libramentum ictus eorum docebat habituros, neque testudinem firmitatem, in supino tumulo per inæqualitatem fluctuantibus corporibus. Hæc & monuit, & exequi primus illis visus est. Nulli enim concedebat corporis dexteritate, & audacia multo omnibus antecellebat.

Ut igitur obluctantes illis Romani manusque conserentes ascendere molientes represserunt, impulsi paulatim pedem retulerunt in campum, & quum primi in planicie aciem jam direxissent, clamor & turbatio oriebatur apud novissimos. Neque enim fefellit Marcellum occasio, sed quum sublatus in colles fremitus esset, excitatis suis, cursu & clamore invasit terga hostium, conciditque postremos. Qui dum proximos in se convertunt,

brevi

ταχὺ πᾶν τὸ στράτευμα ταραχῆς ἐνέπλησαν· οὐ πολὺν τε χρόνον ἠνέσχοντο παιόμενοι διχόθεν, ἀλλὰ τὴν τάξιν λύσαντες ἔφυγον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διώκοντες, αὐτῶν μὲν ὑπὲρ δέκα μυριάδας ἢ ζῶντας εἷλον, ἢ κατέβαλον· σκηνῶν δὲ καὶ ἁμαξῶν καὶ χρημάτων κρατήσαντες, ὅσα μὴ διεκλάπη, Μάριον λαβεῖν ἐψηφίσαντο. καὶ δωρεᾶς ταύτης λαμπροτάτης τυχὼν, οὐδὲν ἄξιον ἔχειν ὧν ἐστρατήγησεν ἐνομίσθη, διὰ τὸ τοῦ κινδύνου μέγεθος. ἕτεροι δὲ περὶ τῆς δωρεᾶς τῶν λαφύρων οὐχ ὁμολογοῦσιν, οὐδὲ περὶ τοῦ πλήθους τῶν πεσόντων. Μασσαλιώτας μὲν λέγουσι τοῖς ὀστέοις περιθριγκῶσαι τοὺς ἀμπελῶνας, τὴν δὲ γῆν, τῶν νεκρῶν καταναλωθέντων ἐν αὐτῇ, καὶ διὰ χειμῶνος ὄμβρων ἐπιπεσόντων, οὕτως ἐκλιπανθῆναι, καὶ γενέσθαι διὰ βάθους περίπλεω τῆς σηπεδόνος ἐνδύσης, ὥστε καρπῶν ὑπερβάλλον εἰς ὥρας πλῆθος ἐξενεγκεῖν, καὶ μαρτυρῆσαι τῷ Ἀρχιλόχῳ, λέγοντι πιαίνεσθαι πρὸς τοῦ τοιούτου τὰς ἀρούρας. ἐπιεικῶς δὲ ταῖς μεγάλαις μάχαις ἐξαισίους ὑετοὺς ἐπικαταρρήγνυσθαι λέγουσιν, εἴτε δαιμονίου τινὸς τὴν γῆν καθαροῖς καὶ διιπετέσιν ἁγνίζοντος ὕδασι καὶ κατακλύζοντος, εἴτε τοῦ φόνου καὶ τῆς σηπεδόνος ἐξανιείσης ὑγρὰν καὶ βαρεῖαν ἀναθυμίασιν, ἢ τὸν ἀέρα συνίστησιν, εὔτρεπτον ὄντα καὶ ῥᾴδιον μεταβάλλειν ἀπὸ σμικροτάτης ἐπὶ πλεῖστον ἀρχῆς.

Μετὰ δὲ τὴν μάχην ὁ Μάριος, τῶν βαρβαρικῶν ὅπλων καὶ λαφύρων τὰ μὲν ἐκπρεπῆ καὶ ὁλόκληρα καὶ πομπικὴν ὄψιν τῷ θριάμβῳ δυνάμενα παρασχεῖν, ἐπέλεξε· τῶν δὲ ἄλλων ἐπὶ πυρᾶς μεγάλης κατασωρεύσας τὸ πλῆθος, ἔθυσε θυσίαν μεγαλοπρεπῆ. καὶ τοῦ στρατοῦ περιεστῶτος ἐν ὅπλοις ἐστε-

brevi totam aciem tumultu implent. Quia vero hinc inde cædebantur, non diu restiterunt, verum dissipatis ordinibus suis, verterunt se in fugam. At Romanus tergis eorum inhærens, plus centum millibus ex eis aut cepit aut contrucidavit. Tentoria, impedimenta, prædam, quæ interversa non essent, victores Mario attribuerunt: & quamvis hoc tam splendido dono auctum, non satis pro merito tamen ipsius consiliorum, ob periculi magnitudinem, existimaverunt remuneratum. Alii vero neque de dono manubiarum, neque de cæsorum numero adstipulantur. Massilienses autem vineas perhibent circumsepsisse ossibus: terram, ubi computruerunt in ea cadavera, superfusis hyeme imbribus ita pinguefactam atque in imo imbutam subeunte tabe, ut immensam vim æstate frugum redderet, & fidem faceret Archilochi dicto, qui ea ratione pinguescere arva ait. Jam fere magnis prœliis ferunt largas succedere pluvias, vel quod Deus aliquis tellurem puris & cœlestibus aquis lustret abluatque, vel quod cruor & sanies humidum & crassum exhalet vaporem, qui aerem versatilem atque ex levissima occasione in grande momentum mutatu promptum coagulet.

Secundum pugnam legit Marius ex armis & spoliis barbaricis elegantissima & inviolata, quæ speciem valebant triumpho magnificam præbere; reliquorum acervo in rogum accumulato, amplum sacrificium fecit, circumfusoque in armis & coronato exercitu, præcinctus de

ἐστεφανωμένος, περιζωσάμενος αὐτός, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἀναλαβὼν τὴν περιπόρφυρον, καὶ λαβὼν δᾷδα καιομένην, καὶ δι' ἀμφοτέρων τῶν χειρῶν ἀνασχὼν πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἔμελλεν ὑφήσειν τῇ πυρᾷ. καὶ προσελαύνοντες ἵπποις ἑωρῶντο φίλοι σὺν τάχει πρὸς αὐτὸν, ὥστε πολλὴν γενέσθαι σιωπὴν καὶ προσδοκίαν ἁπάντων. ἐπεὶ δὲ ἐγγὺς ἦσαν, ἀποπηδήσαντες ἐδεξιοῦντο τὸν Μάριον, εὐαγγελιζόμενοι τὸ πέμπτον αὐτὸν ὕπατον γενέσθαι, καὶ γράμματα περὶ τούτων ἀπέδωσαν. μεγάλης οὖν χαρᾶς τοῖς ἐπινικίοις προσγενομένης, ὅ,τε στρατὸς ὑφ' ἡδονῆς ἐνοπλίῳ τινὶ κρότῳ καὶ πατάγῳ συνηλάλαξαν, καὶ τῶν ἡγεμόνων τὸν Μάριον αὖθις ἀναδούντων δάφνης στεφάνοις, ἐνῆψε τὴν πυρὰν, καὶ τὴν θυσίαν ἐπετελείωσεν.

Ἡ δὲ μηθὲν ἐῶσα τῶν μεγάλων εὐτυχημάτων ἄκρατον εἰς ἡδονὴν καὶ καθαρὸν, ἀλλὰ μίξει κακῶν καὶ ἀγαθῶν ποικίλλουσα τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἢ τύχη τὶς, ἢ νέμεσις, ἢ πραγμάτων ἀναγκαία φύσις, οὐ πολλαῖς ὕστερον ἡμέραις ἐπήγαγε τῷ Μαρίῳ καὶ τὴν περὶ Κάτλου τοῦ συνάρχοντος ἀγγελίαν, ὥσπερ ἐν εὐδίᾳ καὶ γαλήνῃ νέφος αὖθις ἕτερον, φόβον καὶ χειμῶνα τῇ Ῥώμῃ περιστήσασα. ὁ γὰρ δὴ Κάτλος ἀντικαθήμενος τοῖς Κίμβροις, τὰς μὲν ὑπερβολὰς τῶν Ἄλπεων ἀπέγνω φυλάσσειν, μὴ, κατὰ πολλὰ τὴν δύναμιν μέρη διαιρεῖν ἀναγκαζόμενος, ἀσθενὴς γένοιτο· καταβὰς δ' εὐθὺς εἰς Ἰταλίαν, καὶ τὸν Ἀτισῶνα ποταμὸν λαβὼν πρὸ αὐτοῦ, καὶ φραξάμενος πρὸς τὰς διαβάσεις ἑκατέρωθεν ἰσχυροῖς χαρακώμασιν, ἔζευξε τὸν πόρον, ὡς ἐπιβοηθεῖν εἴη τοῖς πέραν, εἰ πρὸς τὰ φρούρια βιάζοιντο διὰ τῶν στενῶν οἱ βάρβαροι.

de more atque prætexta velatus ardentem ferebat facem, eamque ambabus manibus ad cœlum sustollens parabat subdere rogo, quum accurrentes ad eum citatis equis amici conspiciuntur: quæ res magnum silentium & expectationem omnium fecit. Quum illi ad eum venissent, desilierunt ex equis, atque eum amplexi, nuntiaverunt læti quintum consulatum, literasque ei de hoc reddidere. Ita quum magna gratulatione solennitas cumulata esset victorialis, hinc exercitus exultans plausu quodam militari & armorum crepitu personavit, hinc legatis alteram Mario coronam imponentibus, subdidit flammam rogo, & sacra peregit.

At sive fortuna quædam, sive Deorum invidia, sive necessaria rerum natura, quæ magnæ prosperitati nulli sincerum relinquit & liquidum gaudium, sed tristium & lætorum vitam humanam mixtura alternat, paucis post diebus incussit Mario de collega Catulo nuntium, qui terrorem & procellam Romæ novam quasi in tranquillo & sereno nubem circumfudit. Catulus enim obversus Cimbris, quum juga Alpium diffideret tueri se posse, ne multas in partes carpere coactus exercitum, vires diminueret, descendit confestim in Italiam, amnemque Athesim objecit hostibus, atque eum vallavit utrinque adversus transitum egregie, & ponte junxit, quo succurreret trans flumen, si præsidia barbari superatis angustiis premerent:

βάρων. τοῖς δὲ τοσοῦτον περιῆν ὑπεροψίας καὶ θράσους κατὰ τῶν πολεμίων, ὥστε ῥώμην καὶ τόλμαν ἐπιδεικνύμενοι, μᾶλλον ἢ πράττοντές τι τῶν ἀναγκαίων, γυμνοὶ μὲν ἠνείχοντο νιφόμενοι, καὶ διὰ πάγων καὶ χιόνος βαθείας τοῖς ἄκροις προσέβαινον, ἄνωθεν δὲ, τοὺς θυρεοὺς πλατεῖς ὑποτιθέντες τοῖς σώμασιν, εἶτα ἀφέντες αὐτοὺς, ὑπεφέροντο κατὰ κρημνῶν ὀλισθήματα καὶ λισσάδας ἀχανεῖς ἐχόντων. ὡς δὲ παραστρατοπεδεύσαντες ἐγγὺς καὶ κατασκεψάμενοι τὸν πόρον, ἤρξαντο χοῦν, καὶ τοὺς πέριξ λόφους ἀναρρηγνύντες, ὥσπερ οἱ γίγαντες, ἅμα δένδρα πρόρριζα καὶ κρημνῶν σπαράγματα καὶ γῆς κολωνοὺς ἐφόρουν εἰς τὸν ποταμὸν, ἐκθλίβοντες τὸ ῥεῦμα, καὶ τοῖς ἐρείδουσι τὰ ζεύγματα βάθροις ἐφιέντες βάρη μεγάλα, συρόμενα κατὰ ῥοῦν καὶ τινάσσοντα ταῖς πληγαῖς τὴν γέφυραν, ἀποδειλιάσαντες οἱ πλεῖστοι τῶν στρατιωτῶν ἐξέλιπον τὸ μέγα στρατόπεδον καὶ ἀνεχώρουν. ἔνθα δὴ Κάτλος ἔδειξεν ἑαυτὸν, ὥσπερ χρὴ τὸν ἀγαθὸν καὶ τέλειον ἄρχοντα, τὴν αὑτοῦ δόξαν ἐν ὑστέρῳ τῆς τῶν πολιτῶν τιθέμενος. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔπειθε τοὺς στρατιώτας μένειν, ἀλλ' ἑώρα περιδεῶς ἀναζευγνύοντας, ἄρασθαι κελεύσας τὸν ἀετὸν, εἰς τοὺς πρώτους τῶν ἀπερχομένων ὥρμησε δρόμῳ, καὶ πρῶτος ἡγεῖτο, βουλόμενος αὐτοῦ τὸ αἰσχρὸν, ἀλλὰ μὴ τῆς πατρίδος γενέσθαι, καὶ δοκεῖν μὴ φεύγοντας, ἀλλ' ἑπομένους τῷ στρατηγῷ ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν. οἱ δὲ βάρβαροι τὸ μὲν πέραν τοῦ Ἀτισῶνος φρούριον ἐπελθόντες ἔλαβον, καὶ τοὺς αὐτόθι Ῥωμαίους, ἄνδρας κρατίστους γενομένους, καὶ προκινδυνεύσαντας ἀξίως τῆς πατρίδος θαυμάσαντες, ὑποσπόνδους ἀφῆκαν, ὀμόσαντες τὸν χαλκοῦν ταῦρον, ὃν ὕστερον

ἁλόντα

rent. At illis tanta ferocia, tantus supererat hostium contemptus, ut virium & audaciæ potius ostentandæ causa quam quod necesse esset, vel operæ pretium facerent, nudo corpore nimbos nivis perferrent, per glaciem altamque nivem ad juga Alpium contenderent. Inde subjicientes corporibus lata scuta, ex summo se confragosarum rupium in immensum abruptarum fastigio demitterent. Ut vero castris in propinquo positis contemplati alveum fluminis, cœperunt eum obstruere, atque vicinos colles gigantum modo demolientes, simul evulsas radicitus arbores, rupium fragmenta, & terræ tumulos in fluvium ad elidendum ejus cursum congesserunt, atque in tigna, quibus fulciebantur juga pontis, ingentes moles immiserunt, earumque prono flumine decurrentium impressione concusserunt pontem: perculsi plerique milites magna castra deseruerunt, ac signa reliquere. Hic demonstravit Catulus, ut bono & consummato imperatori convenit, civium gloriæ suam se posthabere. Nam quum sistere nullis admonitionibus valeret militum fugam, sed præ-trepide cerneret eos se recipere, aquilam tolli jussit, cursuque ad primum agmen contendit abeuntium, ducemque se præbuit; quo suam faceret, non patriæ maculam, neque fugere, sed sequentes ducem viderentur abire. Barbari autem præsidium trans Athesim adorti ceperunt, militesque qui impositi fuerant, quum gessissent se fortissime, atque ex dignitate patriæ decertassent, reveriti virtutem eorum, datis induciis, demiserunt, æneum taurum jurati: quem

post

ἀλόντα μετὰ τὴν μάχην, εἰς τὴν Κάτλου φασὶν οἰκίαν, ὥσπερ ἀκροθίνιον τῆς νίκης, κομισθῆναι. τὴν δὲ χώραν ἔρημον βοηθείας ἐπιχυθέντες ἐπόρθουν.

Ἐπὶ τούτοις ἐκαλεῖτο Μάριος εἰς τὴν πόλιν· καὶ παραγενόμενος, πάντων αὐτὸν οἰομένων θριαμβεύσειν, καὶ τῆς βουλῆς προθύμως ψηφισαμένης, οὐκ ἠξίωσεν, εἴτε τοὺς στρατιώτας καὶ συναγωνιστὰς ἀποστερῆσαι τῆς φιλοτιμίας μὴ βουλόμενος, εἴτε πρὸς τὰ παρόντα θαρρύνων τὸ πλῆθος, ὡς τῇ τύχῃ τῆς πόλεως παρακατατιθέμενος τὴν τῶν πρώτων κατορθωμάτων δόξαν, ἐν τοῖς δευτέροις λαμπροτέραν ἀποδοθησομένην. διαλεχθεὶς δὲ τὰ πρέποντα τῷ καιρῷ, καὶ πρὸς τὸν Κάτλον ἐξορμήσας, τοῦτόν τε παρεθάρρυνε, καὶ τοὺς αὑτοῦ μετεπέμπετο στρατιώτας ἐκ Γαλατίας. ὡς δὲ ἀφίκοντο, διαβὰς τὸν Ἠριδανὸν, εἴργειν ἐπειρᾶτο τῆς ἐντὸς Ἰταλίας τοὺς βαρβάρους. οἱ δὲ, τοὺς Τεύτονας ἐκδέχεσθαι, καὶ θαυμάζειν ὡς βραδυνόντων φάσκοντες, ἀνεβάλλοντο τὴν μάχην· εἴτε ἀγνοοῦντες ὄντως τὴν ἐκείνων φθορὰν, εἴτε βουλόμενοι δοκεῖν ἀπιστεῖν. καὶ γὰρ τοὺς ἀγγέλλοντας ᾐκίζοντο δεινῶς, καὶ τὸν Μάριον ᾔτουν πέμψαντες, ἑαυτοῖς καὶ τοῖς ἀδελφοῖς χώραν, καὶ πόλεις ἱκανὰς ἐνοικεῖν. ἐρομένου δὲ τοῦ Μαρίου τοὺς πρέσβεις περὶ τῶν ἀδελφῶν, κἀκείνων ὀνομασάντων τοὺς Τεύτονας, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἐγέλασαν, ὁ δὲ Μάριος ἔσκωψεν εἰπὼν, Ἐᾶτε τοίνυν τοὺς ἀδελφούς· ἔχουσι γὰρ γῆν ἐκεῖνοι, καὶ διὰ παντὸς ἕξουσι, παρ᾽ ἡμῶν λαβόντες. οἱ δὲ πρέσβεις τὴν εἰρωνείαν συνιέντες, ἐλοιδόρουν αὐτὸν, ὡς δίκην ὑφέξοντα, Κίμβροις μὲν αὐτίκα, Τεύτοσι δὲ, ὅταν παραγένωνται. Καὶ μὴν πάρει-

post sub pugnam captum, in domum Catuli ferunt tanquam victoriæ primitias delatum fuisse. Agrum vero præsidio destitutum late vastaverunt.

Hac de causa revocatus Marius ad urbem est. Ut venit, quum omnes triumphum arbitrarentur ducturum, atque eum senatus volens decrevisset, ipse noluit, vel quod milites & periculorum consortes privare sua gloria nollet, vel quo populum in præsentia confirmaret, tanquam apud fortunam urbis deponens rerum prius gestarum decus, quod repositurus in secundis esset illustrius. Concione tempori conveniente habita, in castra profectus Catulum erexit, legionesque suas ex Gallia excivit. Quæ ubi advenere, trajecto Pado institit arcere barbaros ab Italia Cispadana. Hi Teutonas præstolari & morantes demirari se causantes, sive revera ignorabant cladem illorum, sive videri sibi simulabant incredibilem, conflictum distulerunt. Etenim laceraverunt fœde nuntios, & per legatos a Mario sibi fratribusque agrum & oppida poposcerunt, quæ ad sedes suas ponendas essent satis. Percunctante legatos Mario de fratribus, quum Teutonas illi nuncuparent, cæteri omnes risere, Marius vero respondit cavillo, Omittite fratres: habent enim a nobis illi datam terram, semperque habebunt. Percepto cavillo, proscinderunt eum legati convitio, daturum pœnas confestim Cimbris, & Teutonis etiam ubi advenissent. At, inquit,

4 præsto

πάρεισιν, ἔφη ὁ Μάριος, καὶ οὐκ ἔξει καλῶς ὑμῖν ἀπαλλαγῆναι πρότερον ἢ τοὺς ἀδελφοὺς ἀσπάσασθαι. καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐκέλευε τοὺς βασιλεῖς τῶν Τευτόνων προαχθῆναι δεδεμένους. ἑάλωσαν γὰρ ἐν ταῖς Ἄλπεσι φεύγοντες ὑπὸ Σικουανῶν.

Ὡς δὲ ἀπηγγέλθη ταῦτα τοῖς Κίμβροις, εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐχώρουν ἐπὶ τὸν Μάριον, ἡσυχάζοντα καὶ διαφυλάσσοντα τὸ στρατόπεδον. λέγεται δὲ εἰς ἐκείνην τὴν μάχην, πρῶτον ὑπὸ Μαρίου καινοτομηθῆναι τὸ περὶ τοὺς ὑσσούς. τὸ γὰρ εἰς τὸν σίδηρον ἔμβλημα τοῦ ξύλου, πρότερον μὲν ἦν δυσὶ περόναις κατειλημμένον σιδηραῖς· τότε δὲ ὁ Μάριος τὴν μὲν, ὥσπερ εἶχεν, εἴασε, τὴν δ' ἑτέραν ἐξελὼν, ξύλινον ἧλον εὔθραυστον ἀντ' αὐτῆς ἐνέβαλε· τεχνάζων προσπεσόντα τὸν ὑσσὸν τῷ θυρεῷ τοῦ πολεμίου, μὴ μένειν ὀρθὸν, ἀλλὰ τοῦ ξυλίνου κλασθέντος ἥλου, καμπὴν γίνεσθαι περὶ τὸν σίδηρον, καὶ παρέλκεσθαι τὸ δόρυ διὰ τὴν στρεβλότητα τῆς αἰχμῆς ἐνεχόμενον. Βοιῶριξ δὲ ὁ τῶν Κίμβρων βασιλεὺς ὀλιγοστὸς προσιππεύσας τῷ στρατοπέδῳ, προὐκαλεῖτο τὸν Μάριον ἡμέραν ὁρίσαντα καὶ τόπον προελθεῖν καὶ διαγωνίσασθαι περὶ τῆς χώρας. τοῦ δὲ Μαρίου φήσαντος οὐδέποτε Ῥωμαίους συμβούλοις κεχρῆσθαι περὶ μάχης τοῖς πολεμίοις, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χαριεῖσθαι τοῦτο Κίμβροις, ἡμέραν μὲν ἔθεντο τὴν ἀπ' ἐκείνης τρίτην, χώραν τε καὶ πεδίον τὸ περὶ Βερκέλλας, Ῥωμαίοις μὲν ἐπιτήδειον ἐνιππάσασθαι, τῶν δὲ ἀνάχυσιν τῷ πλήθει παρασχεῖν. τηρήσαντες οὖν τὸν ὡρισμένον χρόνον, ἀντιπαρετάσσοντο, Κάτλος μὲν, ἔχων δυσμυρίους καὶ τριακοσίους στρατιώτας· οἱ δὲ Μαρίου, δισχί-

præsto sunt, Marius, nec decet vos nisi salutatis abire fratribus. Sic fatus vinctos Teutonum reges produci imperat: nam in Alpibus fuerant a Sequanis de fuga retracti.

Quæ ut relata Cimbris sunt, moverunt e vestigio in Marium quiescentem & castra tuentem. Fama est ad eam pugnam novatum a Mario de pilis fuisse. Quippe hastile, qua injunctum ferro erat, ante fuerat fibulis duabus ferreis affixum. Tunc alteram non movit Marius, altera amota, clavum ligneum fragilem suffecit; eo nempe consilio, ut impactum hostis scuto pilum non maneret directum, sed fracto clavo ligneo secundum ferrum intortum redderetur, & hastile recurvata cuspide ex obliquo adhærescens dependeret. At Bœorix Cimbrorum rex, cum paucis ad castra provectus, lacessivit Marium, ut die & loco præfinito prodiret, & de solo dimicaret. Quum Marius respondisset, non esse moris Romani, ut pugnæ committendæ communicarent cum hostibus consilium, id Cimbris tamen se largiturum; diem statuerunt ab illo tertium, locum & campum apud Vercellas, qui Romanorum equitatui opportunus erat, atque ad illorum explicandam multitudinem accommodatus. Præstitutam igitur diem obierunt, aciesque infestas utrinque instruxerunt. Habebat Catulus sub signis viginti millia, trecentos milites: Mario parebant triginta

δισχίλιοι μὲν ἐπὶ τρισμυρίοις ἐγίνοντο, περιεῖχον δὲ τὸν Κάτλον ἐν μέσῳ νεμηθέντες εἰς ἑκάτερον κέρας, ὡς Σύλλας ἠγωνισμένος ἐκείνην τὴν μάχην γέγραφε. καί φασι τὸν Μάριον ἐλπίσαντα τοῖς ἄκροις μάλιστα καὶ κατὰ κέρας συμπεσεῖν εἰς τὰς φάλαγγας, ὅπως ἴδιος ἡ νίκη τῶν ἐκείνου στρατιωτῶν γένοιτο, καὶ μὴ μετάσχοι τοῦ ἀγῶνος ὁ Κάτλος, μηδὲ προσμίξειε τοῖς πολεμίοις, κόλπωμα τῶν μέσων, ὥσπερ εἴωθεν ἐν μεγάλοις μετώποις, λαμβανόντων, οὕτω διαστῆσαι τὰς δυνάμεις. ὅμοια καὶ τὸν Κάτλον αὐτὸν ἀπολογεῖσθαι περὶ τούτων ἱστοροῦσι, πολλὴν κατηγοροῦντα τοῦ Μαρίου κακοήθειαν πρὸς αὐτόν. τοῖς δὲ Κίμβροις τὸ μὲν πεζὸν ἐκ τῶν ἐρυμάτων καθ' ἡσυχίαν προῄει, βάθος ἴσον τῷ μετώπῳ ποιούμενον· ἑκάστη γὰρ ἐπεῖχε πλευρὰ σταδίους τριάκοντα τῆς παρατάξεως. οἱ δ' ἱππεῖς, μύριοι καὶ πεντακισχίλιοι τὸ πλῆθος ὄντες, ἐξήλασαν λαμπροί, κράνη μὲν εἰκασμένα θηρίων φοβερῶν χάσμασι καὶ προτομαῖς ἰδιομόρφοις ἔχοντες, ἃς ἐπαιρόμενοι λόφοις πτερωτοῖς εἰς ὕψος ἐφαίνοντο μείζους, θώραξι δὲ κεκοσμημένοι σιδηροῖς, θυρεοῖς δὲ λευκοῖς στίλβοντες. ἀκόντισμα δὲ ἦν ἑκάστῳ διβόλια. συμπεσόντες δὲ μεγάλαις ἐχρῶντο καὶ βαρείαις μαχαίραις.

Τότε δὲ οὐχὶ κατὰ στόμα προσεφέροντο τοῖς Ῥωμαίοις, ἀλλ' ἐκκλίνοντες ἐπὶ δεξιὰ, ὑπῆγον αὐτοὺς, κατὰ μικρὸν ἐμβάλλοντες εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τε καὶ τῶν πεζῶν ἐξ ἀριστερᾶς παρατεταγμένων. καὶ συνεῖδον μὲν οἱ τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ τὸν δόλον, ἐπισχεῖν δὲ τοὺς στρατιώτας οὐκ ἔφθησαν, ἀλλ' ἑνὸς ἐκβοήσαντος ὅτι φεύγουσιν οἱ πολέμιοι, πάντες ὥρμησαν διώκειν καὶ τὸ πε-

ζὸν

ginta duo millia, qui in cornua distributi mediam aciem, quam obtinebat Catulus, complectebantur. Ita Sylla, qui illi interfuit prœlio, literis prodidit. Marium autem ferunt alis sperantem se & cornibus in phalangem hostium incursurum, quo propria suorum militum victoria, atque exsors Catulus prœlii foret, neque congrederetur cum hostibus; ut in prominentibus solet frontibus & cornibus productis media acie sinum faciente, ad eum modum digessisse exercitus. Perinde Catulum quoque ipsum in his se aiunt defendisse, magnam invidiam adversus se Marii insectatum. Cimbrorum pedites ex castris composite processerunt, ac quadrata acie constiterunt. Siquidem latera aciei singula terna millia septingenti quinquaginta passus obtinebant. Equitum quindecim millia numero effuderunt se splendide. Galeas gerebant quæ repræsentarent sævarum belluarum rictus & inusitatas figuras, quas alatis fastigiantes cristis apparebant eminentiores. Loricis ferreis erant exculti, ac candidis micabant scutis, pro telo habebant singuli telum bipenne. Pede collato ingentibus utebantur & gravibus gladiis.

Ac tunc non in frontem incurrerunt Romanorum, sed deflectentes ad dextram processerunt, quo includerent eos inter ipsos & collocatos in sinistro cornu pedites suos. Haud fefellit quidem duces Romanos dolus: verum priusquam inhibere milites possent, ad unius vocem hostes fugam capere, omnes procurrerunt ad insectandum. Interim bar-

4

barorum

ζὸν ἐν τούτῳ τῶν βαρβάρων ἐπῄει, καθάπερ πέλαγος ἀχανὲς κινούμενον. ἐνταῦθα νιψάμενος ὁ Μάριος τὰς χεῖρας καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀνασχὼν, εὔξατο τοῖς θεοῖς κατ' ἑκατόμβης· ηὔξατο δὲ καὶ Κάτλος, ὁμοίως ἀνασχὼν τὰς χεῖρας, καθιερώσειν τὴν τύχην τῆς ἡμέρας ἐκείνης. τὸν δὲ Μάριον καὶ θύσαντα λέγεται, τῶν ἱερῶν αὐτῷ δειχθέντων, μέγα φθεγξάμενον εἰπεῖν, ἐμὴ νίκη. γινομένης δὲ τῆς ἐφόδου, πρᾶγμα νεμεσητὸν παθεῖν τὸν Μάριον οἱ περὶ Σύλλαν ἱστοροῦσι. κονιορτοῦ γὰρ ἀρθέντος, οἷον εἰκὸς, ἀπλέτου, καὶ τῶν στρατοπέδων ἀποκεκρυμμένων, ἐκεῖνον μὲν, ὡς τὸ πρῶτον ὥρμησε πρὸς τὴν δίωξιν ἐπισπασάμενον τὴν δύναμιν, ἀστοχῆσαι τῶν πολεμίων, καὶ παρενεχθέντα τῆς φάλαγγος ἐν τῷ πεδίῳ διαφέρεσθαι πολὺν ἤδη χρόνον· τῷ δὲ Κάτλῳ τοὺς βαρβάρους ἀπὸ τύχης συρραγῆναι, καὶ γενέσθαι τὸν ἀγῶνα κατ' ἐκεῖνον καὶ τοὺς ἐκείνου μάλιστα στρατιώτας, ἐν οἷς αὐτὸς ὁ Σύλλας τετάχθαι φησί· συναγωνίσασθαι δὲ τοῖς Ῥωμαίοις τὸ καῦμα καὶ τὸν ἥλιον ἀντιλάμποντα τοῖς Κίμβροις. δεινοὶ γὰρ ὄντες ὑπομεῖναι κρύη, καὶ τόποις ἐντεθραμμένοι σκιεροῖς, ὡς λέλεκται, καὶ ψυχροῖς, ἀνετρέποντο πρὸς τὸ θάλπος, ἱδρῶτά τε μετὰ ἄσθματος πολὺν ἐκ τῶν σωμάτων ἀφιέντες, καὶ τοὺς θυρεοὺς προβαλλόμενοι πρὸ τῶν προσώπων, ἅτε δὴ καὶ μετὰ τροπὰς θέρους τῆς μάχης γενομένης, ἃς ἄγουσι Ῥωμαῖοι πρὸ τριῶν ἡμερῶν τῆς νουμηνίας τοῦ νῦν μὲν Αὐγούστου, τότε δὲ Σεξτιλίου μηνός. ὤνησε δὲ καὶ πρὸς τὸ θαρρεῖν ὁ κονιορτὸς, ἀποκρύψας τοὺς πολεμίους. οὐ γὰρ κατεῖδον ἐκ πολλοῦ τὸ πλῆθος αὐτῶν, ἀλλὰ δρόμῳ τοῖς κατ' αὐτοὺς ἕκαστοι προσμίξαντες, ἐν χερσὶν ἦσαν,

ὑπὸ

barorum peditatus instar vasti pelagi agitati irruebat. Ibi lautas manus Marius ad cœlum tollens, Diis vovit immolaturum se centum boves: vovit & Catulus tensis item manibus, fortunæ ejus diei ædem. Marium etiam sacrificantem aiunt, quum exta ei porrecta essent, exclamasse, Mea est victoria. Quum concurreretur, Deorum invidiam adversus Marium autumat extitisse Sylla. Nam immenso excitato (ut est verisimile) pulvere, qui conspectum obtexit utrinque exercituum, illum quo primus eum tulit impetus ad insectandum, trahentem secum copias suas aberrasse ab hostibus, prævectumque aciem eorum diu in campo errasse: in Catulum vero barbaros forte magna cum vi delatos fuisse, prœliumque potissimum constitisse circa illum atque illius legiones, in quibus se ait Sylla stetisse. Profuisse Romanis calores solemque Cimbrorum oculis objectum. Qui enim facillime algores tolerabant in locis aliti opacis (uti diximus) & gelidis, succumbebant æstui. Manabant multo sudore corpora anhelantibus, ac scuta oculis prætendebant: quippe hæc post solstitium æstivum commissa est pugna, quem diem festum Romani tertio Calendas Augusti ut nunc vocant, ut illo tempore, Sextilis, agunt. Usui quoque ad animum excitandum pulvis, qui abscondebat hostes, Romanis fuit. Quippe non perviderunt ex longinquo multitudinem eorum, sed in adversos sibi cursu quisque delatus, ante dimicaverunt cum hostibus comminus, quam

ulla

ὑπὸ τῆς ὄψεως μὴ προεκφοβηθέντες. οὕτω δ' ἦσαν διάπονοι τὰ σώματα καὶ κατηθληκότες, ὡς μήτε ἱδροῦντά τινα, μήτε ἀσθμαίνοντα Ῥωμαίων ὀφθῆναι, διὰ πνίγους τοσούτου καὶ μετὰ δρόμου τῆς συῤῥάξεως γενομένης· ὥς τὸν Κάτλον αὐτὸν ἱστορεῖν λέγουσι, μεγαλύνοντα τοὺς στρατιώτας.

Τὸ μὲν οὖν πλεῖστον μέρος καὶ μαχιμώτατον τῶν πολεμίων αὐτοῦ κατεκόπη. καὶ γὰρ ἦσαν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διασπᾶσθαι τὴν τάξιν, οἱ πρόμαχοι μακραῖς ἁλύσεσι πρὸς ἀλλήλους συνεχόμενοι, διὰ τῶν ζωστήρων ἀναδεδεμένοι. τοὺς δὲ φεύγοντας ὤσαντες πρὸς τὸ χαράκωμα, τραγικωτάτοις ἐνετύγχανον πάθεσιν. αἱ γὰρ γυναῖκες ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν μελανείμονες ἐφεστῶσαι, τούς τε φεύγοντας ἔκτεινον, αἱ μὲν, ἄνδρας, αἱ δὲ, ἀδελφούς, αἱ δὲ, πατέρας· καὶ τὰ νήπια τῶν τέκνων ἀπάγχουσαι ταῖς χερσὶν, ἐῤῥίπτουν ὑπὸ τοὺς τροχοὺς καὶ τοὺς πόδας τῶν ὑποζυγίων· αὑτὰς δὲ ἀπέσφαττον. μίαν δέ φασιν ἐξ ἄκρου ῥυμοῦ κρεμαμένην, τὰ παιδία τῶν αὐτῆς σφυρῶν ἀφημμένα βρόχοις ἑκατέρωθεν ἠρτῆσθαι. τοὺς δὲ ἄνδρας, ἀπορίᾳ δένδρων, τοῖς κέρασι τῶν βοῶν, τοὺς δὲ, τοῖς σκέλεσι προσδεῖν τοὺς αὐτῶν τραχήλους· εἶτα κέντρα προσφέροντας, ἐξαλλομένων τῶν βοῶν, ἐφελκομένους καὶ πατουμένους ἀπόλλυσθαι. πλὴν, καίπερ οὕτως αὐτῶν διαφθαρέντων, ἑάλωσαν ὑπὲρ ἓξ μυριάδας, αἱ δὲ τῶν πεσόντων ἐλέγοντο δὶς τοσαῦται γενέσθαι. τὰ μὲν οὖν χρήματα διήρπασαν οἱ Μαρίου στρατιῶται, τὰ δὲ λάφυρα καὶ τὰς σημαίας καὶ τὰς σάλπιγγας εἰς τὸ Κάτλου στρατόπεδον ἀνενεχθῆναι λέγουσιν· ᾧ καὶ μάλιστα τεκμηρίῳ χρῆσθαι τὸν Κάτλον ὡς κατ' αὐτὸν ἡ νίκη γένοιτο. καὶ μέντοι καὶ τοῖς στρατιώταις, ὡς ἔοικεν, ἐμπεσού-

σης

ulla fuiſſent ex conſpectu trepidatione perculſi. Adeo autem obduruerant occaluerantque horum corpora ad labores, ut tanto in æſtu & acri concurſu nec ſudare nec ſuſpirare quenquem cerneres Romanorum. Quod ipſum perhibent Catulum in laudem militum ſuorum ſcripſiſſe.

Plurimi & fortiſſimi quique de exercitu hoſtium eodem loco conciſi ſunt. Etenim ne ordines disjicerentur, longis catenis anteſignani per balteos trajectis erant colligati. Quum autem effuſos ad caſtra ſummoviſſent, inciderunt in horrendiſſima ſpectacula. Fœminæ conſiſtebant in plauſtris pullatæ, fugienteſque, hæ viros, illæ fratres, parentes aliæ interficiebant: infantes ſuis ſtrangulabant manibus, & ſub rotas jumentorumque pedes projiciebant, mox trucidabant ſemet ipſæ. Unam memorant ex ſummo dependiſſe temone, quæ pueros ex cruribus ſuis annexos laqueis hinc inde ſuſpenderat. Viros arborum inopia cornibus boum, alios cruribus alligaſſe colla, mox eos ſtimulaſſe, quo exilientibus bobus raptati & obtriti interirent. Qui, quanquam ita ſibi conciliarent mortem, capti tamen ſunt plus ſexaginta millia. Cecidiſſe bis totidem referuntur. Prædam Marii milites diripuere: ſpolia, ſigna militaria, tubas in caſtra Catuli aiunt fuiſſe relata, quo potiſſimum indicio penes ſe victoriam fuiſſe, Catulum demonſtraſſe. Et vero etiam concertatione (ut videtur) inter milites orta,

le-

στῆς ἑορ[...], ᾑρέθησαν οἷον διαιτηταὶ πρέσβεις Παρμιτῶν παρόντες· οὓς οἱ Κάτλου διὰ τῶν πολεμίων νεκρῶν ἄγοντες, ἐπεδείκνυντο τοῖς ἑαυτῶν ὑσσοῖς διαπεπαρμένους. γνώριμοι δ' ἦσαν ὑπὸ γραμμάτων, τοὔνομα τοῦ Κάτλου περὶ τὸ ξύλον αὐτῶν ἐγχαραξάντος. οὐ μὴν ἀλλὰ τῷ Μαρίῳ προσετίθετο σύμπαν τὸ ἔργον, ἥ τε προτέρα νίκη καὶ τὸ πρᾶγμα τῆς ἀρχῆς. μάλιστα δὲ οἱ πολλοὶ κτίστην τε Ῥώμης τρίτον ἐκεῖνον ἀνηγόρευον, ὡς οὐχ ἥττονα τοῦ Κελτικοῦ τοῦτον ἀπεωσμένον τὸν κίνδυνον· εὐθυμούμενοί τε μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν ἕκαστοι κατ' οἶκον, ἅμα τοῖς Θεοῖς, καὶ Μαρίῳ δείπνου καὶ λοιβῆς ἀπήρχοντο, καὶ θριαμβεύειν μόνον ἠξίουν ἀμφοτέρους τοὺς θριάμβους. οὐ μὴν ἐθριάμβευσεν οὕτως, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Κάτλου, μέτριον ἐπὶ τηλικαύταις εὐτυχίαις βουλόμενος παρέχειν ἑαυτόν. ἔστι δὲ ὅτι καὶ τοὺς στρατιώτας φοβηθεὶς παρατεταγμένους, εἰ Κάτλος ἀπείργοιτο τῆς τιμῆς, μηδὲ ἐκεῖνον ἐᾶν θριαμβεύειν.

Πέμπτην μὲν οὖν ὑπατείαν διεῖπε· τῆς δὲ ἕκτης, ὡς οὐδὲ εἷς πρῶτος ὠρέγετο, θεραπείαις τὸν δῆμον ἀνελάμβανε, καὶ πρὸς χάριν ἐνδιδοὺς τοῖς πολλοῖς, οὐ μόνον παρὰ τὸν ὄγκον καὶ τὸ κοινὸν ἀξίωμα τῆς ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν, ὑγρός τις εἶναι βουλόμενος καὶ δημοτικός, ἥκιστα τοιοῦτος πεφυκώς. ἀλλ' ἦν, ὡς λέγουσι, πρὸς πολιτείαν καὶ τοὺς ἐν ὄχλοις θορύβους ὑπὸ φιλοδοξίας ἀτολμότατος· καὶ τὸ παρὰ τὰς μάχας ἀνέκπληκτον καὶ στάσιμον, ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀπέλιπεν αὐτόν, ὑπὸ τῶν τυχόντων ἐπαίνων καὶ ψόγων ἐξιστάμενον. καίτοι λέγεται Καμερίνων ἄνδρας ὁμοῦ χιλίους, διαπρεπῶς ἀγωνισαμένους ἐν τῷ πολέμῳ, δωρησάμενος πολιτεία,

legati Parmenſium, qui aderant, arbitri ſumpti. Quos per hoſtium ſtragem ducentes milites Catuli, pilis ſuis oſtenderunt confoſſos. Cognoſcebantur pila literis, quod Catuli nomen haſtili eorum incidiſſent. Mario tamen totum illud factum & ſuperior palma & conſulatus majeſtas adſcripſit. Atque adeo illum plebs urbana tertium Romæ conditorem appellavit, quod Gallico hoc non levius avertiſſet diſcrimen; lætique cum liberis & conjugibus quiſque domi in cœna Diis & Mario libaverunt, ſolique voluerunt utrumque triumphum decernere: quo tamen non eſt ille uſus. Cæterum, quo commendaret tantis rebus geſtis modeſtiam ſuam, una cum Catulo triumphavit. Ad hæc nonnihil milites illius formidabat obſtinatos, ſi Catulus eo honore ſpoliaretur, nec ſibi permittere triumphum.

Conſulatum tum quintum gerebat. Sextum conſulatum ut nemo alius affectavit primus. Prenſavit populum, obſequiiſque plebem captans, non ſolum præter faſtigium & publicam majeſtatem magiſtratus ſui, ſed & præter ſuum ipſius ingenium famam venabatur lenitatis & popularitatis, ad quas minime erat natura comparatus. Verum erat in rebus urbanis & concionalibus turbis præ ambitione trepidiſſimus, imperterrituſque in prœliis animus & firmitas deſerebat eum, quod ad quamvis laudem & vituperationem obſtupeſceret in concionibus. Et quidem dictitant, quum Camerinos uno tempore mille, qui fuerant ſtrenue prœliati, civitate donaſſet, non-

τείᾳ, δοκοῦντος εἶναι τούτου παρανόμου, καὶ τινων ἐγκαλούντων, εἰπεῖν ὅτι τοῦ νόμου διὰ τὸν τῶν ὅπλων ψόφον οὐ κατακούσειεν. οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον ἔοικεν ἐκπλήσσεσθαι καὶ δεδιέναι τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κραυγήν. ἐν μὲν γε τοῖς ὅπλοις ἀξίωμα καὶ δύναμιν εἶχε, διὰ τὴν χρείαν· ἐν δὲ τῇ πολιτείᾳ παρακοπτόμενος τὰ πρωτεῖα, κατέφευγεν ἐπὶ τὴν τῶν πολλῶν εὔνοιαν καὶ χάριν, ὑπὲρ τοῦ μέγιστος γενέσθαι, τὸ βέλτιστος εἶναι προϊέμενος. πᾶσι μὲν οὖν προσέκρουε τοῖς ἀριστοκρατικοῖς, μάλιστα δὲ ὀρρωδῶν τὸν Μέτελλον ἠχαριστημένον ὑπ' αὐτοῦ, καὶ φύσει δι' ἀρετὴν ἀληθῆ πολεμοῦντα τοῖς οὐ κατὰ τὸ βέλτιστον ὑποδυομένοις τὰ πλήθη, καὶ πρὸς ἡδονὴν δημαγωγοῦσιν, ἐπεβούλευε τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν τὸν ἄνδρα. καὶ πρὸς τοῦτο Γλαυκίαν καὶ Σατορνῖνον ἀνθρώπους θρασυτάτους, καὶ πλῆθος ἄπορον καὶ θορυβοποιὸν ὑπ' αὐτοῖς ἔχοντας, οἰκειωσάμενος, εἰσέφερε νόμους δι' αὐτῶν· καὶ τὸ στρατιωτικὸν ἐπάρας, κατεμίγνυε ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ κατεστασίαζε τὸν Μέτελλον. ὡς δὲ Ῥουτίλιος ἱστορεῖ, τὰ μὲν ἄλλα φιλαλήθης ἀνὴρ καὶ χρηστός, ἰδίᾳ δὲ τῷ Μαρίῳ προσκεκρουκώς, φησὶν ὡς καὶ τῆς ἕκτης ἔτυχεν ὑπατείας, ἀργύριον εἰς τὰς φυλὰς καταβαλὼν πολύ, καὶ πριάμενος, τὸν Μέτελλον ἐκκροῦσαι τῆς ἀρχῆς, Οὐαλέριον δὲ Φλάκκον ὑπηρέτην μᾶλλον ἢ συνάρχοντα τῆς ὑπατείας λαβεῖν. οὐδενὶ μέντοι τῶν πρὸ αὐτοῦ, πλὴν μόνῳ Κορβίνῳ Οὐαλερίῳ, τοσαύτας ὑπατείας ἔδωκεν ὁ δῆμος· ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης εἰς τὴν τελευταίαν ἔτη πέντε καὶ τεσσαράκοντα γενέσθαι λέγουσι, Μάριος δὲ μετὰ τὴν πρώτην τὰς πέντε ῥύμῃ μιᾶς τύχης διέδραμε.

Καὶ

quod, ut factum contra leges reprehendebant nonnulli, dixisse eum leges se per armorum crepitum exaudire non potuisse. Sed sane majorem in modum apparet eum strepitum perhorruisse & extimuisse concionalem. Siquidem conciliabat ei dignitatem & opes quod belli tempore utilis omnino esset: in toga vero, quia obtinere primas non potuit, ad benevolentiam & favorem decurrit multitudinis, quo esset primus, optimus esse nihil curans. Indignationem igitur omnium optimatium incurrit. Quum autem imprimis formidaret Metellum, in quem ingratus fuerat, & natura ex vera virtute eorum qui malis artibus multitudinem subibant blandiebanturque inimicum, machinatus est illum urbe pellere. Eam ad rem Glauciam & Saturninum sibi, homines audacissimos, qui egenam & turbulentam plebeculam tenebant, adscivit. Quibus interpretibus leges tulit, excitosque milites immiscuit ad evertendum Metellum concioni. Ut vero tradit Rutilius, vir alioqui verax & probus, sed Mario privatim infestus, etiam sextum consulatum magna vi distributa per tribus pecuniæ assequutus est, easque redemit, ut dejiceretur Metellus honore, & Valerium Flaccum asseclam potius quam collegam acciperet in consulatu. At nulli extra unum Valerium Corvinum populus toties consulatum suffragiis suis mandavit. Verum ille dicitur inter primum consulatum & postremum quinque & quadraginta annos interposuisse. Marius vero a primo quinque alios uno fortunæ impetu percurrit.

In

Καὶ μάλιστα περὶ τὴν τελευταίαν ἐφθονεῖτο, πολλὰ συνεξαμαρτάνων τοῖς περὶ τὸν Σατορνῖνον· ὧν ἦν καὶ ὁ Ὀνίου φόνος, ὃν ἀντιπαραγγέλλοντα δημαρχίαν ἀπέσφαξεν ὁ Σατορνῖνος. εἶτα δημαρχῶν, ἐπῆγε τὸν περὶ τῆς χώρας νόμον, ᾧ προσεγέγραπτο, τὴν σύγκλητον ὀμόσαι προσελθοῦσαν, ἦ μὴν ἐμμενεῖν οἷς ἂν ὁ δῆμος ψηφίσαιτο, καὶ πρὸς μηδὲν ὑπεναντιώσεσθαι. τοῦτο τοῦ νόμου τὸ μέρος περιπροσποιούμενος ἐν τῇ βουλῇ διώκειν ὁ Μάριος, οὐκ ἔφη δέξεσθαι τὸν ὅρκον, οὐδὲ ἄλλον οἴεσθαι σωφρονοῦντα. καὶ γὰρ εἰ μὴ μοχθηρὸς ἦν ὁ νόμος, ὕβριν εἶναι, τὰ τοιαῦτα τὴν βουλὴν διδόναι βιαζομένην, ἀλλὰ μὴ πειθοῖ μηδὲ ἑκοῦσαν. ταῦτα δ' οὐχ οὕτως φρονῶν ἔλεγεν, ἀλλὰ τῷ Μετέλλῳ ἀπάτην περιτιθεὶς ἄφυκτον. αὐτὸς μὲν γὰρ εἰς ἀρετῆς καὶ δεινότητος μερίδα τὸ ψεύσασθαι τιθέμενος, λόγον οὐδένα τῶν πρὸς τὴν σύγκλητον ὡμολογημένων ἕξειν ἔμελλε· τὸν δὲ Μέτελλον εἰδὼς βέβαιον ἄνδρα καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀρχὴν μεγάλης ἀρετῆς κατὰ Πίνδαρον ἡγούμενον, ἐβούλετο τῇ πρὸς τὴν σύγκλητον ἀρνήσει προληφθέντα, καὶ μὴ δεξάμενον τὸν ὅρκον, εἰς ἀνήκεστον ἐμβαλεῖν πρὸς τὸν δῆμον ἔχθραν. ὃ καὶ συνέβη. τοῦ γὰρ Μετέλλου φήσαντος μὴ ὀμόσειν, τότε μὲν ἡ βουλὴ διελύθη· μετὰ δὲ ἡμέρας ὀλίγας τοῦ Σατορνίνου πρὸς τὸ βῆμα τοὺς συγκλητικοὺς ἀνακαλουμένου, καὶ τὸν ὅρκον ὀμνύειν ἀναγκάζοντος, ὁ Μάριος παρελθών, γενομένης σιωπῆς, καὶ πάντων εἰς ἐκεῖνον ἀνηρτημένων, μακρὰ χαίρειν φράσας τοῖς ἐν τῇ βουλῇ νεανιευθεῖσιν ἀπὸ φωνῆς, οὐχ οὕτω πλατὺν ἔφη φορεῖν τὸν τράχηλον ὡς προαποφαίνεσθαι καθάπαξ εἰς πρᾶγμα τηλικοῦτον, ἀλλ' ὀμεῖσθαι καὶ τῷ νόμῳ

In noviſſimo autem conflavit invidiam ſibi, præcipue quod multorum facinorum ſe Saturnino conſortem præberet, in quibus fuit Numii cædes. Hunc tribunatus competitorem ſuum interfecit Saturninus. Inde factus tribunus, legem agrariam tulit, in qua erat hoc adjectum, ut ſenatus juraret in concione ſe id quod populus juſſiſſet, comprobaturum, neque ulla in re impugnaturum. Hoc legis caput in ſenatu improbare Marius ſubdole fingens, negavit ſe in legem juraturum, neque arbitrari alium qui ſaperet. Etenim niſi lex foret pernicioſa, nihil eſſe quod per contumeliam iſta cogeret ſenatum comprobare, non judicio ejus & voluntati permitteret. Hoc ille non quo ita ſentiret, dixit, verum ut impoſtura involveret Metellum inexplicabili. Ipſe namque qui pro virtute & ſagacitate mendacium haberet, nihil de ſua apud ſenatum profeſſione laborabat. Metellum vero, quem virum ſciebat conſtantem, & veritatem magnæ virtutis eſſe rudimenta (ut ait Pindarus) cenſentem, cogitavit ſua in curia recuſatione præoccupatum, quum nollet jurare, in odium populi inexpiabile conjicere: quod evenit. Nam quum affirmaſſet non juraturum ſe Metellus, mox ſenatus dimiſſus eſt. Paucis poſt diebus compellebat vocatos in roſtra patres Saturninus jurare in legem. Ibi procedens Marius ſilentio facto, quum omnes intendiſſent in illum oculos, præclaris ſuis in curia vocibus ſalutem dicens, negavit ſe tam latum habere collum, ut de re ita magna ante cognitionem ſententiam ferret, juraturumque & legi paritu-

νόμῳ πειθαρχήσειν, εἴπερ ἐστὶ νόμος. καὶ γὰρ τοῦτο προσέθηκε τὸ σοφὸν, ὥσπερ παρακάλυμμα τῆς αἰσχύνης. ὁ μὲν οὖν δῆμος ἡσθεὶς ὀμόσαντος, ἀνεκρότησε καὶ κατευφήμησε· τοὺς δὲ ἀρίστους κατήφεια δεινὴ καὶ μῖσος εἶχε τοῦ Μαρίου τῆς μεταβολῆς. ὤμνυσαν οὖν ἅπαντες ἐφεξῆς, δεδιότες τὸν δῆμον, ἄχρι Μετέλλου· Μέτελλος δὲ, καίπερ ἀντιβολούντων καὶ δεομένων τῶν φίλων ὀμόσαι, καὶ μὴ περιβαλεῖν ἑαυτὸν ἐπιτιμίοις ἀνηκέστοις, ἃ κατὰ τῶν μὴ ὀμνυόντων ὁ Σατορνῖνος εἰσέφερεν, οὐχ ὑφήκατο τοῦ φρονήματος, οὐδὲ ὤμοσεν, ἀλλ' ἐμμένων τῷ ἤθει, καὶ πᾶν παθεῖν δεινὸν ἐπὶ τῷ μηθὲν αἰσχρὸν ἐργάσασθαι παρεσκευασμένος, ἀπῆλθεν ἐκ τῆς ἀγορᾶς· διαλεγόμενος τοῖς περὶ αὐτὸν, ὡς τὸ κακόν τι πρᾶξαι, φαῦλον εἴη· τὸ δὲ καλὸν μὲν, ἀκινδύνως δὲ, κοινόν· ἴδιον δὲ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, τὸ μετὰ κινδύνων τὰ καλὰ πράσσειν. ἐκ τούτου ψηφίζεται Σατορνῖνος ἀποκηρύξαι τοὺς ὑπάτους, ὅπως πυρὸς καὶ ὕδατος καὶ στέγης εἴργηται Μέτελλος. καὶ τὸ φαυλότατον αὐτοῖς τοῦ πλήθους παρῆν ἕτοιμον ἀποκτιννύναι τὸν ἄνδρα· τῶν δὲ βελτίστων περιπαθούντων καὶ συντρεχόντων πρὸς τὸν Μέτελλον, οὐκ εἴα στασιάζειν δι' αὐτὸν, ἀλλὰ ἀπῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως, ἔμφρονι λογισμῷ χρησάμενος. Ἢ γὰρ ἀμεινόνων, ἔφη, τῶν πραγμάτων γινομένων, καὶ τοῦ δήμου μετανοήσαντος, ἀφίξομαι παρακαλούμενος· ἢ μενόντων ὁμοίων, ἀπηλλάχθαι κράτιστον. ἀλλὰ γὰρ ὅσης μὲν ἀπέλαυσεν εὐνοίας παρὰ τὴν φυγὴν καὶ τιμῆς Μέτελλος, ὃν δὲ τρόπον ἐν Ῥόδῳ φιλοσοφῶν διητήθη, βέλτιον ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γραφομένοις εἰρήσεται.

Μα-

turum, modo lex esset. Hanc enim cautionem pro impudentiæ colore adjecit. Lætus igitur populus quod jurasset, excepit eum plausu & lætis acclamationibus: principes vero ingens pudor & odium cepit Marii variationis. Itaque populi metu omnes ordine juraverunt, quousque ventum est ad Metellum. Qui, quamvis obsecrantibus & orantibus, ut juraret, necessariis, ne in pœnas gravissimas incurreret, quas in detrectantes comprehenderat in lege Saturninus, non decessit de gradu suo; verum in moribus suis perseverans, atque omnia acerba prius pati quam ullam in se maculam admittere paratus, discessit ex foro, disseruitque cum illis qui eum persequebantur, aliquid admittere sceleris turpe esse: bene autem agere citra periculum, vulgare: proprium vero boni viri vel cum periculo. Mox fert rogationem Saturninus, ut Metello aqua & igni interdicerent consules, & ne quis tecto eum reciperet. Et fæx plebis adhærebat eis, interficere Metellum parata. Quum fieret optimatium vehementer anxiorum ad Metellum concursus, vetans seditionem ipsius causa movere, sapienti consilio urbe cessit. Aut enim melioribus (inquit) rebus & populo ad pœnitentiam adducto revocabor domum, aut præstabit abesse hoc in statu manentibus. At enim quantum in Metellum exulantem studii & honoris collatum sit, quemadmodum etiam vacaverit Rhodi philosophiæ, exequemur in illius vita commodius.

Pro

Μάριος δὲ τὸν Σατορνῖνον ἀντὶ τῆς ὑπουργίας ταύτης ἐπὶ πᾶν προϊόντα τόλμης καὶ δυνάμεως περιορᾶν ἀναγκαζόμενος, ἔλαθεν οὐκ ἀνεκτὸν ἀπεργασάμενος κακὸν, ἀλλ᾽ ἄντικρυς ὅπλοις καὶ σφαγαῖς ἐπὶ τυραννίδα καὶ πολιτείας ἀνατροπὴν πορευόμενον. αἰδούμενος δὲ τοὺς κρατίστους, θεραπεύων δὲ τοὺς πολλοὺς, ἔργον ἀνελεύθερον ἐσχάτως ὑπέμεινε καὶ παλίμβολον. ἐλθόντων γὰρ ὡς αὐτὸν ὑπὸ νύκτα τῶν πρώτων ἀνδρῶν, καὶ παρακαλούντων ἐπὶ τὸν Σατορνῖνον, ἑτέραις θύραις ἐκεῖνον ὑπεδέξατο, τούτων ἀγνοούντων· εἶτα πρόφασιν λέγων πρὸς ἀμφοτέρους κοιλίας διάρροιαν, νῦν μὲν ὡς τούτους, νῦν δὲ ὡς ἐκεῖνον ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀνὰ μέρος διατρέχων, συνέκρουσε καὶ παρώξυνεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς βουλῆς καὶ τῶν ἱππέων συνισταμένων καὶ ἀγανακτούντων, ἐξήνεγκεν εἰς ἀγορὰν τὰ ὅπλα, καὶ καταδιωχθέντας αὐτοὺς εἰς τὸ Καπετώλιον, εἷλε δίψει· τοὺς γὰρ ὀχετοὺς ἀπέκοψεν. οἱ δὲ ἀπειπόντες ἐκεῖνον ἐκάλουν, καὶ παρέδωκαν σφᾶς αὐτοὺς διὰ τῆς λεγομένης δημοσίας πίστεως. ἐπεὶ δὲ παντοῖος γενόμενος ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τοὺς ἄνδρας, οὐδὲν ὤνησεν, ἀλλὰ κατιόντες εἰς ἀγορὰν ἀνῃρέθησαν· ἐκ τούτου τοῖς τε δυνατοῖς ἅμα καὶ τῷ δήμῳ προσκεκρουκὼς, τιμητείας παραπεσούσης, ἐπίδοξος ὢν οὐ μετῆλθεν, ἀλλ᾽ εἴασεν ἑτέρους ὑποδεεστέρους αἱρεθῆναι, δεδιὼς ἀποτυχεῖν. ἄλλως δὲ αὐτὸς ἐκαλλωπίζετο πολλοῖς μὴ θέλειν ἀπεχθάνεσθαι, τοὺς βίους αὐτῶν καὶ τὰ ἤθη πικρῶς ἐξετάζων.

Δόγματος δὲ εἰσφερομένου Μέτελλον ἀπὸ τῆς φυγῆς ἀνακαλεῖσθαι, πολλὰ καὶ διὰ λόγων καὶ δι᾽ ἔργων μάτην ἐναντιωθεὶς, τέλος ἀπεῖπε· καὶ δεξαμένου τὴν

Pro hoc obsequio Marius Saturnino ad omnem audaciam & vim progredienti connivere coactus, imprudens incendium excitavit non mediocre, sed quod plane armis & cædibus in tyrannidem & reipub. exitium erumpebat. Quum autem principes vereretur, & assentaretur plebi, facinus prorsus illiberale & veteratorium admisit. Nam quum sub noctem eum principes civitatis adiissent, atque in Saturninum concitarent, his insciis admisit illum altera janua. Mox alvi profluvium apud utrosque causans, modo ad hos, modo ad illum in ædibus transcurrit, eosque inter se commisit atque inflammavit. Tandem senatu & ordine equestri conspirantibus frendentibusque implevit forum armis, illosque in Capitolium compulsos siti cepit, quod interscidisset aquæ ductus. Itaque confecti evocaverunt illum, ac fide publica accepta, sese ei permiserunt. Qui, ut eos conservaret, quum in omnem sese vertisset speciem, nihil profecit: verum simul atque descenderunt in forum, necati sunt. Hinc principibus & populo juxta invisus, quum comitia creandis censoribus incidissent, contra omnium opinionem abstinuit petitione, timensque repulsam, alios permisit inferioris dignitatis creari. Atqui jactavit ille noluisse se vitam & mores acerbe excutiendo, multos offendere.

Quum lex rogaretur de Metelli reditu, postquam eam enixe verbis & factis incassum impedire conatus est, destitit ad postremum. Utque

τὴν γνώμην τοῦ δήμου προθύμως, οὐχ ὑπομένων κατερχόμενον ἰδεῖν τὸν Μέτελλον, ἐξέπλευσεν εἰς Καππαδοκίαν καὶ Γαλατίαν, λόγῳ μὲν ἀποδώσων ἃς εὔξατο τῇ μητρὶ τῶν Θεῶν θυσίας, ἑτέραν δὲ τῆς ἀποδημίας ἔχων ὑπόθεσιν, λανθάνουσαν τοὺς πολλούς. ἀφυὴς γὰρ ὢν πρὸς εἰρήνην καὶ ἀπολίτευτος, ηὐξημένος δὲ τοῖς πολέμοις, εἶτα κατὰ μικρὸν αὖθις ὑπ' ἀργίας καὶ ἡσυχίας ἀπομαραίνεσθαι τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν δόξαν οἰόμενος, ἐζήτει καινῶν πραγμάτων ἀρχάς. ἤλπιζε γὰρ, τοὺς βασιλεῖς συνταράξας, καὶ Μιθριδάτην ἐπίδοξον ὄντα πολεμήσειν ἀναστήσας καὶ παροξύνας, εὐθὺς ἐπ' αὐτὸν ἡγεμὼν αἱρεθήσεσθαι, καὶ νέων μὲν τὴν πόλιν θριάμβων, σκύλων δὲ Ποντικῶν καὶ πλούτου βασιλικοῦ τὸν οἶκον ἐμπλήσειν. διὸ καὶ Μιθριδάτου πάσῃ χρησαμένου θεραπείᾳ καὶ τιμῇ πρὸς αὐτὸν, οὐ καμφθεὶς οὐδὲ ὑπείξας, ἀλλ' εἰπὼν, ἢ μεῖζον, ὦ βασιλεῦ, πειρῶ δύνασθαι Ῥωμαίων, ἢ ποίει σιωπῇ τὸ προστασσόμενον, ἐξέπληξεν αὐτὸν, ὡς φήμης μὲν πολλάκις, παρρησίας δὲ τότε πρῶτον ἀκούσαντα Ῥωμαϊκῆς.

Ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ῥώμην, οἰκίαν ἐδείματο τῆς ἀγορᾶς πλησίον, εἴτε, ὡς αὐτὸς ἔλεγε, τοὺς θεραπεύοντας αὐτὸν ἐνοχλεῖσθαι μὴ βουλόμενος μακρὰν βαδίζοντας, εἴτε τοῦτο αἴτιον οἰόμενος εἶναι τοῦ πλείονας ἄλλους ἐπὶ θύρας αὐτοῦ φοιτᾶν. τὸ δὲ οὐκ ἦν ἄρα τοιοῦτον· ἀλλ' ὁμιλίας χάριτι καὶ πολιτικαῖς χρείαις ἑτέρων λειπόμενος, ὥσπερ ὄργανον πολεμικὸν ἐπ' εἰρήνης παρημελεῖτο. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἧττον ἤχθετο παρευδοκιμούμενος, σφόδρα δὲ αὐτὸν ἠνία Σύλλας, ἐκ τοῦ πρὸς ἐκεῖνον αὐξανόμενος φθόνου τῶν δυνα-

que propensa voluntate jussit populus rogationem, non sustinens revertentem aspicere Metellum, in Cappadociam & Galatiam navigavit; verbo quidem, ut vota Matri magnæ persolveret: verum itineris aliud, quod multitudinem præteriret, habebat argumentum. Inidoneus enim ad pacem, & civilium artium rudis, & qui per bella crevisset, otio post & quiete potentiam gloriamque suam ratus marcescere, consectabatur bellorum semina novorum. Sperabat enim ubi reges concivisset, & Mithridatem, quem apparebat arma moliri, excitasset lacessivissetque, ducem se contra illum fore creatum, novisque triumphis urbem, præda Pontica & opulentia regia expleturum domum suam. Quapropter quamvis eum omni officio & honore excepisset Mithridates, nihil flexus vel permotus est, sed ait, Aut enitere, rex, ut plus possis quam populus Romanus, aut obsequenter fac imperata. Quo dicto obstupuit Mithridates, ut qui nomen crebro, libertatem linguæ Romanæ tunc primum audivisset.

Regressus ad urbem, domum exstruxit propter forum, vel (ut ipse dicebat) ne clientibus suis esset longius ire grave, vel quod ea re crederet fore ut plures alii domum suam celebrarent. Id non erat tamen. Sed quia comitate & civilibus usibus non erat par aliis, seu instrumentum bellicum pacis tempore negligebatur. Atque illum quidem cæteri, qui luminibus officiebant gloriæ ejus, minus pungebant: Syllæ vero crescentem ex sua apud principes invidia splen-

δυνατῶν, καὶ τὰς πρὸς ἐκεῖνον διαφορὰς ἀρχὴν πολιτείας ποιούμενος. ἐπεὶ δὲ καὶ Βόκχος ὁ Νομάς, σύμμαχος Ῥωμαίων ἀναγεγραμμένος, ἔστησεν ἐν Καπετωλίῳ νίκας τροπαιοφόρους, καὶ παρ' αὐταῖς ἐν εἰκόσι χρυσαῖς Ἰουγούρθαν ἐγχειριζόμενον ὑπ' αὐτοῦ Σύλλα, τοῦτο ἐξέστησεν ὀργῇ καὶ φιλονεικίᾳ Μάριον, ὡς Σύλλα περισπῶντος εἰς ἑαυτὸν τὰ ἔργα, καὶ παρεσκευάζετο βίᾳ τὰ ἀναθήματα καταβάλλειν. ἀντεφιλονείκει δὲ Σύλλας, καὶ τὴν στάσιν ὅσον οὔπω φερομένην εἰς μέσον, ἀπέσχεν ὁ συμμαχικὸς πόλεμος ἐξαίφνης ἐπὶ τὴν πόλιν ἀναρραγείς. τὰ γὰρ μαχιμώτατα τῶν Ἰταλικῶν ἐθνῶν καὶ πολυανθρωπότατα κατὰ τῆς Ῥώμης συνέστησαν, καὶ μικρὸν ἐδέησε συγχέαι τὴν ἡγεμονίαν, οὐ μόνον ὅπλοις ἐρρωμένα καὶ σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τόλμαις στρατηγῶν καὶ δεινότησι χρησάμενα θαυμασταῖς καὶ ἀντιπάλοις.

Οὗτος ὁ πόλεμος τοῖς πάθεσι ποικίλος γενόμενος, καὶ ταῖς τύχαις πολυτροπώτατος, ὅσον Σύλλα προσέθηκε δόξης καὶ δυνάμεως, τοσοῦτον ἀφεῖλε Μαρίου. βραδὺς γὰρ ἐφάνη ταῖς ἐπιβολαῖς, ὄκνου τε περὶ πάντα καὶ μελλήσεως ὑπόπλεως, εἴτε τοῦ γήρως τὸ δραστήριον ἐκεῖνο καὶ θερμὸν ἐν αὐτῷ κατασβεννύντος (ἑξηκοστὸν γὰρ ἤδη καὶ πέμπτον ἔτος ὑπερέβαλλεν) εἴτε, ὡς αὐτὸς ἔλεγε, περὶ νεῦρα γεγονὼς νοσώδης, καὶ σώματι δύσεργος ὤν, ὑπέμενε παρὰ δύναμιν αἰσχύνῃ τὰς στρατείας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τότε μάχῃ τε μεγάλῃ νικήσας, ἑξακισχιλίους ἀνεῖλε τῶν πολεμίων, καὶ λαβὴν οὐδαμῆ παρέσχεν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ περιταφρευόμενος ἠνέσχετο, καὶ χλευαζόμενος καὶ καλούμενος οὐ παρωξύνθη. λέγεται δέ, Ποπλίου Σίλωνος, ὃς μέγιστον εἶχε τῶν πολε-

μίων

splendorem, qui actionum suarum tyrocinium ex dissensione instituit cum ipso suscepta, nequivit concoquere. Ut vero Bocchus rex Numidiæ quoque socius populi Romani appellatus, triumphales victorias in Capitolio dedicavit, & juxta traditi ab se Syllæ Jugurthæ aurea signa, id Marium, quasi hoc decus sibi vendicaret Sylla, furore & ambitione de statu mentis dejecit, molientique dejicere illi ea signa institit pertinaciter Sylla. Cæterum seditionem jamjam erumpentem bellum sociale, quod repente circumstetit urbem, compressit. Siquidem conspiraverunt contra populum Romanum bellicosissimi Italiæ populi validissimique, qui tantum non totum imperium everterunt, non armis modo floreque juventutis pollentes, verum etiam animis & artibus ducum succincti mirificis & paribus.

Hoc bellum, quod cladium varietate & fortunæ vicissitudine fuit ut nullum aliud insigne, quantum Syllæ adjecit splendoris & opum, tantum Mario detraxit. Nam ad hostes occupandos lentum se segnitieique & cunctationis ostendit ubique plenum, vel quod senio strenuitas illa atque ardor in eo elanguesceret, (jam enim annum quintum & sexagesimum excesserat) vel, quod dictitabat ipse, nervis laborans & inhabilis corpore expeditiones supra vires susciperet præ pudore. Verum enimvero etiam tum ingenti prœlio fudit hostes, ac sex millia concidit, neque ipse sibi nocendi ullam ansam præbuit illis usquam. Immo circumvallari se est passus, & quum insultarent ei provocarentque, non commotus est. Sed fama est, quum Silo Popedius, cujus apud hostes maxima

erat

μίων ἀξίωμα καὶ δύναμιν, εἰπόντος πρὸς αὐτὸν, εἰ μέγας εἶ στρατηγὸς, ὦ Μάριε, διαγώνισαι καταβὰς, ἀποκρίνασθαι, σὺ μὲν οὖν εἰ μέγας εἶ στρατηγὸς, ἀνάγκασόν με διαγωνίσασθαι μὴ βουλόμενον. πάλιν δέ ποτε, τῶν μὲν πολεμίων καιρὸν ἐπιχειρήσεως παραδιδόντων, τῶν δὲ Ῥωμαίων ἀποδειλιασάντων, ὡς ἀνεχώρησαν ἀμφότεροι, συναγαγὼν εἰς ἐκκλησίαν τοὺς στρατιώτας, Ἀπορῶ, φησὶ, πότερον εἴπω τοὺς πολεμίους ἀνανδροτέρους, ἢ ὑμᾶς. οὔτε γὰρ ἐκεῖνοι τὸν νῶτον ὑμῶν, οὔτε ὑμεῖς ἐκείνων τὸ ἰνίον ἰδεῖν ἐδυνήθητε. τέλος δὲ ἀφῆκεν τὴν στρατηγίαν, ὡς ἐξαδυνατῶν τῷ σώματι διὰ τὴν ἀσθένειαν.

Ἐπεὶ δὲ ἤδη τῶν Ἰταλικῶν ἐγκεκλικότων, ἐμνηστεύοντο πολλοὶ τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον ἐν Ῥώμῃ διὰ τῶν δημαγωγῶν, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα Σουλπίκιος δήμαρχος, ἀνὴρ θρασύτατος, παραγαγὼν Μάριον, ἀπεδείκνυεν ἀνθύπατον στρατηγὸν ἐπὶ Μιθριδάτην. καὶ ὁ δῆμος διέστη, τῶν μὲν αἱρουμένων τὰ Μαρίου, τῶν δὲ Σύλλαν καλούντων, καὶ τὸν Μάριον ἐπὶ θερμὰ κελευόντων εἰς Βαίας βαδίζειν, καὶ τὸ σῶμα θεραπεύειν, ὑπό τε γήρως καὶ ῥευμάτων ἀπειρηκὸς, ὡς αὐτὸς ἔλεγε. καὶ γὰρ ἦν ἐκεῖ περὶ Μισήνους τῷ Μαρίῳ πολυτελὴς οἰκία, τρυφὰς ἔχουσα καὶ διαίτας θηλυτέρας ἢ κατ᾽ ἄνδρα πολέμων τοσούτων καὶ στρατειῶν αὐτουργόν. ταύτην λέγεται μυριάδων ἑπτὰ ἡμίσους Κορνηλία πρίασθαι· χρόνου δ᾽ οὐ πάνυ πολλοῦ γενομένου, Λεύκιος Λεύκολλος ὠνεῖται μυριάδων πεντήκοντα καὶ διακοσίων. οὕτως ταχέως ἀνέδραμεν ἡ πολυτέλεια, καὶ τοσαύτην ἐπίδοσιν τὰ πράγματα πρὸς τρυφὴν ἔλαβεν. οὐ μὴν ἀλλὰ Μάριος

erat autoritas & potentia, increparet eum dicens, Si magnus dux es Mari, descende ad certamen, eum respondisse, Immo tu, si magnus es dux, coge me dimicare invitum. Alio tempore quum occasionem hostis dedisset rei bene gerendæ, & pavore correpti pedem retulissent Romani, ut receperunt se utrinque in castra, concione militum advocata, Hæreo, (inquit) hostes an vos ignaviores dicam: quippe neque terga vestra illi, nec vos illorum aspicere occiput sustinuistis. Denique quasi languescens corporis imbecillitate deposuit imperium.

Porro quum rebus jam inclinatis Italorum multi Romæ per eos qui apud populum valebant, bellum Mithridaticum ambirent, Sulpitius tribunus plebis, homo audacissimus, præter omnium expectationem protraxit Marium, proconsulemque & ducem adversus Mithridatem nominavit. Populus autem distractus est in factiones: alii in partes Marii discedebant: Syllam designabant alii; Marium Baias ire jubebant ad balnea, & corpus curare senio & fluxionibus (ut ipse confitebatur) elanguescens. Etenim villam ibi in Misenensi Marius amœnam & mollius habebat instructam, quam conveniret viro qui tot bella & expeditiones sua opera perpetraverat. Eam ferunt septuaginta quinque millibus denariorum Corneliam emisse, nec multo interlapso spatio, Lucius Lucullus quingentis millibus & ducentis est licitatus. Adeo adolevit brevi luxuria, tantumque civitas incrementi ad luxum cepit. Atque Marius

ριος φιλοτίμως πάνυ καὶ μειρακιωδῶς ἀποτριβόμενος τὸ γῆρας καὶ τὴν ἀσθένειαν, ὁσημέραι κατέβαινεν εἰς τὸ πεδίον, καὶ μετὰ τῶν νεανίσκων γυμναζόμενος, ἐπεδείκνυε τὸ σῶμα κοῦφον μὲν ὅπλοις, ἔποχον δὲ ταῖς ἱππασίαις, καίπερ οὐκ εὐσταλὴς γεγονὼς ἐν γήρᾳ τὸν ὄγκον, ἀλλ᾽ εἰς σάρκα περιπληθῆ καὶ βαρεῖαν ἐνδεδωκώς. ἐνίοις μὲν οὖν ἤρεσκε ταῦτα πράττων, καὶ κατιόντες ἐθεῶντο τὴν φιλοτιμίαν αὐτοῦ καὶ τὰς ἁμίλλας· τοῖς δὲ βελτίστοις ὁρῶσιν, οἰκτείρειν ἐπῄει τὴν πλεονεξίαν, καὶ τὴν φιλοδοξίαν, ὅτι πλουσιώτατος ἐκ πένητος, καὶ μέγιστος ἐκ μικροῦ γεγονὼς, ὅρον οὐκ οἶδεν εὐτυχίας, οὐδὲ θαυμαζόμενος ἀγαπᾷ καὶ ἀπολαύων ἐν ἡσυχίᾳ τῶν παρόντων, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐνδεὴς ἁπάντων, εἰς Καππαδοκίαν καὶ τὸν Εὔξεινον Πόντον ἄρας ἐκ θριάμβων καὶ δόξης ἐκφέρει τοσοῦτον γῆρας, Ἀρχελάῳ καὶ Νεοπτολέμῳ τοῖς Μιθριδάτου σατράπαις διαμαχούμενος. αἱ δὲ πρὸς ταῦτα τοῦ Μαρίου δικαιολογίαι παντάπασιν ἐφαίνοντο ληρώδεις. ἔφη γὰρ ἐθέλειν τὸν υἱὸν ἀσκῆσαι παρὼν αὐτὸς ἐπὶ στρατείας.

Ταῦτα τὴν πόλιν ἐκ πολλῶν χρόνων ὕπουλον γεγενημένην καὶ νοσοῦσαν ἀνέρρηξεν, εὐφυέστατον εὑρόντος ὄργανον Μαρίου πρὸς τὸν κοινὸν ὄλεθρον τὸ Σουλπικίου θράσος· ὃς διὰ τἆλλα πάντα θαυμάζων καὶ ζηλῶν τὸν Σατορνῖνον, ἀτολμίαν ἐπεκάλει τοῖς πολιτεύμασιν αὐτοῦ καὶ μέλλησιν. αὐτὸς δὲ μὴ μέλλων, ἑξακοσίους μὲν εἶχε περὶ αὐτὸν τῶν ἱππικῶν, οἷον δορυφόρους, καὶ τούτους ἀντισύγκλητον ὠνόμαζεν. ἐπελθὼν δὲ μεθ᾽ ὅπλων ἐκκλησιάζουσι τοῖς ὑπάτοις, τοῦ

rius perquam ambitiose atque pueriliter senectute & infirmitate dissimulata corporis, descendit quotidie in campum, & in caterva adolescentium exercitans se, agile in armis corpus & equi patiens ostendit, quamvis non esset ob tumorem ventris in senectute expeditus, sed obesus evasisset & corpulentus. Quæ quum faceret, placebat aliquibus, qui descendentes in campum certationes ejus & contentiones spectabant: meliores vero id contemplantes, miseratio subiit avaritiæ & cupiditatis gloriæ istius, qui ex tenuissimo opulentissimus, atque ex humili factus maximus, nullam fœlicitatis metam sciret, neque in honore esse & frui in otio præsentibus facultatibus esset contentus, sed quasi omnium rerum egenus, in Cappadociam & Pontum Euxinum ex triumphis & gloria ætatem deportaret tam gravem, cum Archelao & Neoptolemo Mithridatis satrapis digladiaturus. Quod vero hic Marius prætexebat, omnino videbatur ridiculum. Filium suum velle ostendebat ipsemet præsens in exercitu exercere.

Hoc civitatem jampridem vomica tumidam & affectam dirupit, quum instrumentum ad perniciem publicam Marius accommodatissimum invenisset Sulpitii insolentiam. Qui quum omnia Saturnini extolleret & æmularetur alia, timiditatem in illius actionibus & cunctationem reprehendebat. Hic nullam moram faciens, sexcentis equitibus Romanis cinctus quasi stipatoribus erat, quos nominabat Contrasenatum. Habentibus concionem consulibus, cum armatis superveniens, alterius,

τοῦ μὲν ἑτέρου φυγόντος ἐκ τῆς ἀγορᾶς τὸν υἱὸν ἐγκαταλαβὼν ἀπέσφαξε· Σύλλας δὲ περὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Μαρίου διωκόμενος οὐδενὸς ἂν προσδοκήσαντος εἰσέπεσε· καὶ τοὺς μὲν διώκοντας ἔλαθε δρόμῳ παρενεχθέντας, ὑπ' αὐτοῦ δὲ Μαρίου λέγεται κατὰ θύρας ἑτέρας ἀσφαλῶς ἀποπεμφθεὶς διεκπεσεῖν εἰς τὸ στρατόπεδον. αὐτὸς δὲ Σύλλας ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν οὔ φησι καταφυγεῖν πρὸς τὸν Μάριον, ἀλλ' ἀπαχθῆναι βουλευσόμενος ὑπὲρ ὧν Σουλπίκιος ἠνάγκαζεν αὐτὸν ἄκοντα ψηφίσασθαι, περιέχων ἐν κύκλῳ ξίφεσι γυμνοῖς, καὶ συνελάσας πρὸς τὸν Μάριον· ἄχρις οὗ προελθὼν ἐκεῖθεν εἰς ἀγορὰν, ὡς ἠξίουν ἐκεῖνοι, τὰς πράξεις ἔλυσε. γενομένων δὲ τούτων, ὅ, τε Σουλπίκιος ἤδη κρατῶν ἐπεχειροτόνησε τῷ Μαρίῳ τὴν στρατηγίαν· ὅ, τε Μάριος ἐν παρασκευῇ τῆς ἐξόδου καθειστήκει, καὶ δύο χιλιάρχους ἐξέπεμψε παραληψομένους τὸ Σύλλα στράτευμα. Σύλλας δὲ τοὺς στρατιώτας παροξύνας (ἦσαν δὲ τρισμυρίων ἱππεῖς, καὶ πεντακισχιλίων οὐ μείους ὁπλῖται) προήγαγεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην. τοὺς δὲ χιλιάρχους οὓς ἔπεμψε Μάριος, προσπεσόντες οἱ στρατιῶται διέφθειραν. πολλοὺς δὲ καὶ Μάριος ἐν Ῥώμῃ τῶν Σύλλα φίλων ἀνῃρήκει, καὶ δούλοις ἐλευθερίαν ἐκήρυττεν ἐπὶ συμμαχίᾳ· λέγονται δὲ τρεῖς μόνοι προσγενέσθαι. μικρὰ δ' ἀντιστὰς εἰσελάσαντι τῷ Σύλλᾳ, καὶ ταχέως ἐκβιασθεὶς, ἔφυγε. τῶν δὲ περὶ αὐτὸν, ὡς πρῶτον ἐξέπεσε τῆς πόλεως, διασπαρέντων, σκότους ὄντος, εἴς τι τῶν ἐπαυλίων αὐτοῦ Σολώνιον κατέφυγε. καὶ τὸν μὲν υἱὸν ἔπεμψεν ἐκ τῶν Μουκίου τοῦ πενθεροῦ χωρίων, οὐ μακρὰν ὄντων, τὰ ἐπιτήδεια ληψόμενον· αὐτὸς δὲ καταβὰς εἰς Ὠστίαν, φίλου τινὸς Νουμερίου πλοῖον αὐ-

rius, qui subduxerat ex foro, filium deprehensum ibi occidit: Sylla, quum insequerentur ipsum, præter omnium expectationem conjecit se in domum Marii, ac quum fefellisset eos qui consectabantur ipsum, atque illi præterlati domum essent, dicitur averso ostio ab ipso Mario emissus in castra evasisse. Sylla in commentariis negat se ad Marium confugisse, sed abductum fuisse eo ad deliberandum de iis quæ Sulpitius nolentem adigebat ut comprobaret, undique districtis gladiis circumfundens se, & ad Marium trahens, quoad illinc ad forum profectus, justitium pro illorum voluntate solvit. His gestis omnia tenens decrevit Sulpitius Mario eam provinciam. Jam Marius parans se ad expeditionem, misit duos tribunos qui exercitum Syllæ acciperent. At Sylla concitatis militibus (erant hi non minus triginta millia peditum & quinque equitum) ad urbem movit. Tribunos, quos miserat Marius, corripuerunt milites & confoderunt. Interfecit ex altera parte Marius Romæ multos Syllæ necessarios: servosque, ut opera eorum uteretur, vocavit ad pileum, verum solos tres ferunt se Mario junxisse. Irrumpenti Syllæ quum restitisset paulisper, cito, urgente illo, profugit. Ejus caterva, ut primum elapsus urbe est, dissipata, primis tenebris recepit se in villam quandam suam Salonium. Filium misit, ut viaticum sumeret, ad prædia Mutii soceri ipsius propinqua: inde Ostiam delatus, ubi amicus ejus Numerius pa-

αὐτῷ παρεσκευάσαντο, οὐκ ἀναμείνας τὸν υἱὸν, ἀλλὰ Γράνιον ἔχων μετ' αὐτοῦ τὸν πρόγονον, ἐξέπλευσεν. ὁ δὲ νεανίας, ὡς ἦλθεν εἰς τὰ χωρία τοῦ Μουκίου, καὶ λαμβάνων τι καὶ συσκευαζόμενος, ἡμέρας καταλαβούσης, οὐ παντάπασι τοὺς πολεμίους διέλαθεν, ἀλλ' ἦλθον ἱππεῖς ἐλαύνοντες καθ' ὑπόνοιαν ἐπὶ τὸν τόπον· οὓς ὁ τῶν ἀγρῶν ἐπιμελητὴς προειδόμενος, ἔκρυψε τὸν Μάριον ἐν ἁμάξῃ κυάμους ἀγούσῃ, καὶ βοῦς ὑποζεύξας, ἀπήντα τοῖς ἱππεῦσιν, εἰς πόλιν ἐλαύνων τὴν ἅμαξαν. οὕτω δὲ πρὸς τὴν οἰκίαν τῆς γυναικὸς ὁ Μάριος διακομισθεὶς, καὶ λαβὼν ὅσων ἐδεῖτο, νυκτὸς ἐπὶ θάλασσαν ἧκε, καὶ νεὼς ἐπιβὰς εἰς Λιβύην πλεούσης ἀπεπέρασεν.

Ὁ δὲ πρεσβύτης Μάριος, ὡς ἀνήχθη, πνεύματι φορῷ κομιζόμενος παρὰ τὴν Ἰταλίαν, ἐφοβήθη Γεμίνιόν τινα τῶν ἐν Ταρρακίνῃ δυνατῶν, ἐχθρὸν αὐτοῦ, καὶ τοῖς ναύταις προεῖπεν εἴργεσθαι Ταρρακίνης. οἱ δὲ ἐβούλοντο μὲν αὐτῷ χαρίζεσθαι, τοῦ δὲ πνεύματος εἰς πελάγιον μεθισταμένου, καὶ κλύδωνα κατάγοντος πολὺν, οὔτε τὸ πορθμεῖον ἐδόκει περικλυζόμενον ἀνθέξειν, τοῦ τε Μαρίου δυσφοροῦντος καὶ κακῶς ἔχοντος ὑπὸ ναυτίας, μόλις ἀντιλαμβάνονται τῶν περὶ τὸ Κίρκαιον αἰγιαλῶν. τοῦ δὲ χειμῶνος αὐξανομένου, καὶ τῶν σιτίων ὑπολειπόντων ἐκβάντες, ἐπλάζοντο πρὸς οὐδένα σκοπὸν, ἀλλ' οἷα συμβαίνει ταῖς μεγάλαις ἀπορίαις, ἀεὶ φεύγειν ἐκ τοῦ παρόντος ὡς χαλεποτάτου, καὶ τὰς ἐλπίδας ἔχειν ἐν τοῖς ἀδήλοις. ἐπεὶ πολεμία μὲν ἐκείνοις ἡ γῆ, πολεμία δὲ ἡ θάλασσα, φοβερὸν δὲ ἦν ἀνθρώποις περιπεσεῖν, δι' ἔνδειαν τῶν ἀναγκαίων. οὐ μὴν ἀλλ' ὀψέ που βωτῆρσιν ὀλίγοις ἐντυγχάνουσιν, οἳ δοῦναι

μὲν

raverat ei navigium, non expectato filio, sed privigno comite Granio, navem solvit. Filius, ut in prædia Mutii venit, dum sumit aliquid & componit, luce oppressus non omnino fefellit hostes, sed aderant equites suspicione illuc ducti: quibus prævisis abdidit villicus Marium in plaustro fabis onusto, junctisque bobus plaustrum ad urbem agens equitibus occurrit. Ita ad uxorem domum demum deportatus Marius, acceptis necessariis, venit nocte ad mare, ac conscensa navi, quæ Africam petebat, transmisit.

Senior Marius, ut in altum venit, secundo vento prævectus Italiam, Geminium quendam, cujus Tarracinæ magnæ erant opes, alienum ab se formidavit, nautisque denuntiavit ut declinarent Tarracinam. Cupiebant illi quidem morem Mario gerere, verum surgente a mari vento, magnosque volvente fluctus, nec navigium vim undarum sustinere videbatur posse, offensoque jactatione Mario atque nausea affecto, ingenti labore littora ad Circeios tenuere. Tempestate autem insurgente & exspirantibus necessariis, descenderunt in terram. Ibi in incertum vagabantur. Cæterum, quod accidere in magnis perplexitatibus solet, semper defugere, ut acerbissima, præsentia, & spes ancipites subjicere: quando hostilis erat terra, hostile mare, formidolosum in homines incidere, formidolosum non incidere rerum inopia necessariarum, sero tandem in bubulcos paucos incidunt, qui, quod darent petentibus,

μὲν οὐδὲν ἔχον αὐτοῖς δεομένοις, γνωρίσαντες δὲ τὸν Μάριον, ἐκέλευον ἀπαλλάττεσθαι τὴν ταχίστην· ὀλίγον γὰρ ἔμπροσθεν αὐτόθι κατὰ ζήτησιν αὐτοῦ συχνοὺς ἱππέας ὀφθῆναι διεξελαύνοντας. ἐν παντὶ δὴ γεγονὼς ἀπορίας, μάλιστα δὲ νηστείᾳ τῶν περὶ αὐτὸν ἀπαγορευόντων, τότε μὲν ἐκτραπόμενος τῆς ὁδοῦ, καὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς ὕλην βαθεῖαν, ἐπιπόνως διενυκτέρευσε. τῇ δ' ὑστεραίᾳ συνηγμένος ὑπ' ἐνδείας, καὶ τῷ σώματι, πρὶν ἐκλελύσθαι παντάπασι, χρήσασθαι βουλόμενος, ἐχώρει παρὰ τὸν αἰγιαλόν, ἐπιθαρσύνων τοὺς ἑπομένους, καὶ δεόμενος μὴ προαποκάμνειν τῆς τελευταίας ἐλπίδος, ἐφ' ἣν ἑαυτὸν φυλάττει μαντεύμασι παλαιοῖς πιστεύων. νέος γὰρ ὢν ἔτι παντελῶς, καὶ διατρίβων κατ' ἀγρόν, ὑποδέξασθαι τῷ ἱματίῳ καταφερομένην ἀετοῦ νεοττιάν, ἑπτὰ νεοττοὺς ἔχουσαν. ἰδόντας δὲ τοὺς γονεῖς καὶ θαυμάσαντας, διαπυνθάνεσθαι τῶν μάντεων· τοὺς δὲ εἰπεῖν, ὡς ἐπιφανέστατος ἀνθρώπων ἔσοιτο, καὶ τὴν μεγίστην ἡγεμονίαν καὶ ἀρχὴν ἑπτάκις αὐτῷ λαβεῖν ἀναγκαῖον εἴη. ταῦτα οἱ μὲν ἀληθῶς τῷ Μαρίῳ συντυχεῖν οὕτω λέγουσιν· οἱ δὲ τοὺς τότε καὶ παρὰ τὴν ἄλλην φυγὴν ἀκούσαντας αὐτοῦ καὶ πιστεύσαντας, ἀναγράψαι πρᾶγμα κομιδῇ μυθῶδες. ἀετὸς γὰρ οὐ τίκτει πλείονα τῶν δυοῖν· ἀλλὰ καὶ Μουσαῖον ἐψεῦσθαι λέγουσιν, εἰπόντα περὶ τοῦ ἀετοῦ, ὡς

—— τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλυβάζει.

τὸ μέντοι πολλάκις ἐν τῇ φυγῇ καὶ ταῖς ἐσχάταις ἀπορίαις Μάριον εἰπεῖν ὡς ἄχρις ἑβδόμης ὑπατείας πρόεισιν, ὁμολογούμενόν ἐστιν.

Ἤδη

bus, nihil habebant, sed agnitum monuerunt Marium, ut recederet quam ocyssime. Nam paulo ante globum equitum, qui investigabant eum, illac transvehere conspectos. Tum undequaque afflictus, præsertim quod comites sui languescerent inedia, in præsens via declinavit, conjecitque se in profundam sylvam, ibique magnis in ærumnis pernoctavit. Postero die fame pressus, & viribus uti cupiens, antequam prorsus fatiscerent, perrexit secundum littus, confirmans comites ne prorsus fatiscerent ante spem illam extremam, cui veteribus fretus vaticiniis se reservaret. Siquidem admodum se juvenem, quum ruri ageret, delabentem aquilæ nidum cum septem pullis toga excepisse. Quod ubi vidissent parentes sui, miraculo rei consuluisse aruspices, quos omnium mortalium respondisse ipsum fore clarissimum, ac fatale esse ut summum imperium & magistratum septies caperet. Id alii revera ita dictitant contigisse: alii hos, qui tunc & per reliquam fugam hoc acceperant ex illo & crediderant, rem perquam fabulosam literis mandasse. Quippe plura ova aquilam quam duo non parere: immo Musæum quoque arguunt mendacii, qui de aquila dixerit,

Ova parit tria, & excludit duo, nutrit at unum.

Atqui crebro in exilio Marium atque extremis in angustiis ad septimum consulatum aspiraturum se, in confesso est jactasse.

Quum

Ἤδη δὲ Μιντούρνης πόλεως Ἰταλικῆς ὅσον εἴκοσι σταδίων ἀπέχοντες, ὁρῶσιν ἱππέων ἴλην πρόσωθεν ἐλαύνοντας ἐπ' αὐτούς, καὶ κατὰ τύχην ὁλκάδας δύο φερομένας. ὡς οὖν ἕκαστος ποδῶν εἶχε καὶ ῥώμης, καταδραμόντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν, καὶ καταβαλόντες ἑαυτοὺς προσενήχοντο ταῖς ναυσί· καὶ λαβόμενοι τῆς ἑτέρας οἱ περὶ τὸν Γράνιον, ἀπεπέρασαν εἰς τὴν ἀντικρὺ νῆσον, Ἠναρεία καλεῖται, αὐτὸν δὲ Μάριον, βαρὺν ὄντα τῷ σώματι καὶ δυσμεταχείριστον, οἰκέται δύο μόλις καὶ χαλεπῶς ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ἐξάραντες, εἰς τὴν ἑτέραν ἔθεντο ναῦν, ἤδη τῶν ἱππέων ἐφεστώτων, καὶ διακελευομένων ἀπὸ γῆς τοῖς ναύταις κατάγειν τὸ πλοῖον, ἢ τὸν Μάριον ἐκβαλόντας, αὐτοὺς ἀποπλεῖν ὅποι χρήζοιεν. ἱκετεύοντος δὲ τοῦ Μαρίου καὶ δακρύοντος, οἱ κύριοι τῆς ὁλκάδος, ὡς ἐν ὀλίγῳ, πολλὰς ἐπ' ἀμφότερα τῆς γνώμης τροπὰς λαβόντες, ὅμως ἀπεκρίναντο τοῖς ἱππεῦσι μὴ προέσθαι τὸν Μάριον. ἐκείνων δὲ πρὸς ὀργὴν ἀπελασάντων, αὖθις ἑτέρων γενόμενοι λογισμῶν, κατεφέροντο πρὸς τὴν γῆν· καὶ περὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Λίριος ποταμοῦ, διάχυσιν λιμνώδη λαμβάνοντος, ἀγκύρας βαλλόμενοι, παρεκάλουν αὐτὸν ἐκβῆναι, καὶ τροφὴν ἐπὶ γῆς λαβεῖν, καὶ τὸ σῶμα θεραπεῦσαι κεκακωμένον, ἄχρις οὗ φορὰ γένηται· γίγνεσθαι δὲ τὴν εἰωθυῖαν ὥραν, τοῦ πελαγίου μαραινομένου, καὶ τῶν ἑλῶν αὔραν ἀναδιδόντων ἐπιεικῶς διαρκῆ. ταῦτα πεισθεὶς ὁ Μάριος ἔπραττε, καὶ τῶν ναυτῶν ἐξελομένων αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν, κατακλινεὶς ἔν τινι πόᾳ, πορρωτάτω τοῦ μέλλοντος εἶχε τὴν διάνοιαν. οἱ δὲ εὐθὺς ἐπιβάντες ἐπὶ τὴν ναῦν, καὶ τὰς ἀγκύρας ἀναλαβόντες ἔφυγον, ὡς οὔτε καλὸν ἐκδοῦναι τὸν Μάριον

Quum jam non plus duo millia quingentos passus ab oppido Italiæ Minturnis abesset, alam equitum conspiciunt procul ipsos versus advehentes, ac forte naves duas onerarias, quæ erant in cursu. Quantum igitur sufficere pedes & vires valuerunt, decurrerunt ad mare, abjeceruntque se & adnatarunt ad naves. Assequutus Granius alteram, in adversam insulam (Ænaria dicitur) trajecit. Marium vero, corpore gravem & parum tractabilem, duo servi multo labore & ægre super aquam efferentes imposuerunt in alteram navem, quum jam assisterent equites, atque ex terra præciperent, appellerent navem, aut ejecto Mario, quo visum esset, navigarent. Ibi quum supplex & lacrymabundus oraret Marius dominos navis, illi postquam momento identidem hinc inde consilium variarunt, dederunt equitibus tamen responsum, non projecturos se Marium. Ubi illi frendentes abiere, mutato iterum consilio terram petentes ad ostia Liris fluvii, ubi in paludes diffunditur, jactis ancoris, hortati sunt eum ut ascenderet in terram, atque ibi cibo se reficeret corpusque vexatum curaret, dum afflaret ventus. Id fieri demonstrabant stata hora, quum ventus marinus caderet, & auram ederent paludes sufficientem. Eorum consilium exequutus est Marius. Expositus a nautis in terram, decubuit in prato quodam, nec quicquam minus quam id quod impenderet, venit ei in mentem. At illi e vestigio conscenderunt, ancorisque solutis fugam intendere, quasi neque tradere Marium ipsis

Μαρίῳ αὐτοῖς, οὔτε σώζειν ἀσφαλές. οὕτω δὴ πάντων ἔρημος ἀπολειφθείς, πολὺν μὲν χρόνον ἄναυδος ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἔκειτο. μόλις δέ πως ἀναλαβὼν ἑαυτὸν ἐπορεύετο ταλαιπώρως ἀνοδίαις· καὶ διεξελθὼν ἕλη βαθέα καὶ τάφρους ὕδατος καὶ πηλοῦ γεμούσας, ἐπιτυγχάνει καλύβῃ λιμνουργοῦ γέροντος, ᾧ προσπεσὼν ἱκέτευε γενέσθαι σωτῆρα καὶ βοηθὸν ἀνδρός, εἰ διαφύγοι τὰ παρόντα, μείζονας ἐλπίδων ἀμοιβὰς ἀποδώσοντος. ὁ δὲ ἄνθρωπος, εἴτε πάλαι γινώσκων, εἴτε πρὸς τὴν ὄψιν ὡς κρείττονα θαυμάσας, ἀναπαύσασθαι μὲν ἔφη δεομένῳ τὸ καλύβιον ἐξαρκεῖν· εἰ δέ τινας ὑποφεύγων πλάζοιτο, κρύψειν αὐτὸν ἐν τόπῳ μᾶλλον ἡσυχίαν ἔχοντι. τοῦ δὲ Μαρίου δεηθέντος οὕτω ποιεῖν, ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς τὸ ἕλος, καὶ πτῆξαι κελεύσας ἐν χωρίῳ κοίλῳ παρὰ τὸν ποταμόν, ἐπέβαλλε τῶν τε καλάμων πολλοὺς, καὶ τῆς ἄλλης ἐπιφέρων ὕλης, ὅση κούφη καὶ περιπτύσσειν ἀβλαβῶς δυναμένη.

Χρόνου δὲ οὐ πολλοῦ διαγενομένου, ψόφος αὐτῷ καὶ θόρυβος ἀπὸ τῆς καλύβης προσέπεσεν. ὁ γὰρ Γεμίνιος ἐκ Ταῤῥακίνης ἔπεμψε πολλοὺς ἐπὶ τὴν δίωξιν. ὧν ἔνιοι κατὰ τύχην ἐκεῖ προσελθόντες, ἐξεφόβουν καὶ κατεβόων τοῦ γέροντος ὡς ὑποδεξαμένου καὶ κατακρύπτοντος πολέμιον Ῥωμαίων. ἐξαναστὰς οὖν ὁ Μάριος, καὶ ἀποδυσάμενος, καθῆκεν ἑαυτὸν εἰς τὴν λίμνην, ὕδωρ παχὺ καὶ τελματῶδες ἔχουσαν. ὅθεν οὐ διέλαθε τοὺς ζητοῦντας, ἀλλ' ἀνασπασθεὶς βορβόρου κατάπλεως καὶ γυμνός, εἰς Μιντούρνας ἀνήχθη καὶ παρεδόθη τοῖς ἄρχουσιν. ἦν γὰρ εἰς ἅπασαν ἤδη πόλιν ἐξενηνεγμένον παράγγελμα

ipsis foret honestum, neque expediret servare. Ita ab omnibus desertus, diu in littore mutus jacuit. Ubi ægre collegit se aliquantulum, per loca invia perrexit ærumnose, superatisque profundis paludibus ac fossis, quæ aqua limoque erant oppletæ, incidit in senis, qui paludem colebat, tugurium. Ad hujus pedes abjiciens se, precatus est ut salutem & opem sibi ferret: eum se virum esse, qui, si fortunam devitasset præsentem, majorem spe ipsius gratiam esset relaturus. Homo, sive jamdudum cognoverat eum, sive majestate viri commovebatur, si quiete opus haberet, sufficere ostendit casam suam: quod si timore aliquorum vagaretur, se loco quietiore eum abditurum. Id ut faceret Mario orante, abduxit eum in paludem, ac loco cavo propter amnem demittere se jusso multam arundinem injecit, aliamque aggessit materiam, quæ levis nec imposita eum esset offensura.

Brevi post strepitus a tugurio & tumultus est ad eum delatus. Geminius enim ex Terracina misit complures ad eum investigandum. Quorum nonnulli eo forte delati, conterruerunt & perculerunt senem, quod hostem populi Romani recepisset & abscondisset. Igitur exsurrexit Marius, rejectisque quibus intectus erat, in paludem quæ crassam & cœnosam aquam continebat, abjecit se. Ita non fefellit eos qui ipsum investigabant, sed extractus est lutulentus & nudus, Minturnasque retractus & magistratibus traditus. Jam enim per omnia oppida publicatum edictum fuerat, ut pub-

μα περὶ τοῦ Μαρίου, δημοσίᾳ διώκειν καὶ κτείνειν τοὺς λαβόντας. ὅμως δὲ βουλεύσασθαι πρότερον ἐδόκει τοῖς ἄρχουσι· καὶ κατατίθενται τὸν Μάριον εἰς οἰκίαν Φαννίας γυναικός, οὐκ εὐμενῶς δοκούσης ἔχειν πρὸς αὐτὸν ἐξ αἰτίας παλαιᾶς. ἦν γὰρ ἀνὴρ τῇ Φαννίᾳ Τίννιος· τούτου διαστᾶσα τὴν φερνὴν ἀπῄτει λαμπρὰν οὖσαν. ὁ δὲ μοιχείαν ἐνεκάλει, καὶ γίνεται Μάριος ὑπατεύων τὸ ἕκτον δικαστής. ἐπεὶ δὲ τῆς δίκης λεγομένης, ἐφαίνετο καὶ τὴν Φαννίαν ἀκόλαστον γεγονέναι, καὶ τὸν ἄνδρα τοιαύτην εἰδότα λαβεῖν καὶ συμβιῶσαι πολὺν χρόνον, ἀμφοτέρους δυσχεράνας, τὸν μὲν ἄνδρα τὴν φερνὴν ἐκέλευσεν ἀποδοῦναι, τῆς δὲ γυναικὸς ἀτιμίας ἕνεκα τῇ καταδίκῃ χαλκοῦς τέσσαρας προσετίμησεν. οὐ μὴν ἥγε Φαννία τότε πάθος γυναικὸς ἠδικημένης ἔλαβεν, ἀλλ' ὡς εἶδε τὸν Μάριον, πορρωτάτω γενομένη τοῦ μνησικακεῖν, ἐκ τῶν παρόντων ἐπεμελεῖτο, καὶ παρεθάρρυνεν αὐτόν. ὁ δὲ κἀκείνην ἐπῄνει καὶ θαρρεῖν ἔφασκε· σημεῖον γὰρ αὐτῷ γεγονέναι χρηστόν. ἦν δὲ τοιοῦτον. ὡς ἀγόμενος πρὸς τῇ οἰκίᾳ τῆς Φαννίας ἐγεγόνει, τῶν θυρῶν ἀνοιχθεισῶν, ὄνος ἔνδοθεν ἐχώρει δρόμῳ πιόμενος ἀπὸ κρήνης ἐγγὺς ἀπορρεούσης. προσβλέψας δὲ τῷ Μαρίῳ λαμυρόν τι καὶ γεγηθός, ἔστη πρῶτον ἐναντίον, εἶτα φωνὴν ἀφῆκε λαμπρὰν, καὶ παρεσκίρτησε παρ' αὐτὸν ὑπὸ γαυρότητος. ἐξ οὗ συμβαλὼν ὁ Μάριος, ἔφασκεν ὡς διὰ θαλάσσης αὐτῷ μᾶλλον ἢ διὰ γῆς ὑποδείκνυσι σωτηρίαν τὸ δαιμόνιον· τὸν γὰρ ὄνον οὐ προσέχοντα τῇ ξηρᾷ τροφῇ, πρὸς τὸ ὕδωρ ἀπ' αὐτῆς τραπέσθαι. ταῦτα διαλεχθεὶς τῇ Φαννίᾳ, καθ' αὑτὸν ἀνεπαύετο, τὴν θύραν τοῦ δωματίου προσθεῖναι κελεύσας.

Βου-

publice Marium persequerentur & interficerent inventum. Ante tamen deliberare visum est magistratibus. Interim Marium in custodiam ducunt ad domum Fanniæ, quæ mulier minus æqua Mario ex veteri causa dicebatur. Fannia in matrimonio fuerat cum Tinnio, quæ quum divortio facto dotem, quæ lauta erat, repetebat, ille adulterium ei objecit, ac causa ad Marium sextum consulem delata est. Ea in judicio agitata, quum Fanniam constaret impudicam fuisse, & virum qui talem sciret esse, eam duxisse, diuque cum ea in matrimonio vixisse, ambos improbavit, virumque jussit dotem ei restituere, mulieri infamiæ damnatæ quatuor asses mulctam dixit. Fannia tamen id temporis non gessit se adversus Marium sicut læsa mulier, sed ut eum aspexit, nihil minus quam ignominiæ memor suæ, pro copia præsenti curam ejus habuit, eumque allevavit. Hic vicissim laudavit illam, ac magno animo demonstravit se esse, quod bonum omen accepisset. Id fuit hujuscemodi: Quum esset ad ædes Fanniæ adductus, foribus patefactis asinus e domo ad vicinum fontem potaturus procurrit. Intuitus blande & hilariter Marium, constitit primum ei ex adverso, deinde vocem misit claram, atque in prætereundo eum lascive ex lætitia subsiliit. Inde Marius conjectura ducta, Deos ait mari potius quam terra incolumitatem sibi ostendere. Asinum enim nihil arido nutrimento motum ad aquam se inde convertisse. Hæc quum narrasset Fanniæ, jussit januam cubiculi obserari, ac solus jam quieti se dedit.

At

Βουλευομένοις δὲ τοῖς ἄρχουσι καὶ συνέδροις τῶν Μιντουρνησίων, ἔδοξε μὴ μέλλειν, ἀλλὰ διαχρήσασθαι τὸν ἄνδρα. καὶ τῶν μὲν πολιτῶν οὐδεὶς ὑπέστη τὸ ἔργον, ἱππεὺς δὲ Γαλάτης τὸ γένος, ἢ Κίμβρος, ἀμφοτέρως γὰρ ἱστορεῖται, λαβὼν ξίφος, ἐπεισῆλθεν αὐτῷ. τοῦ δὲ οἰκήματος, ἐν ᾧ ἔτυχε μέρει κατακείμενος, οὐ πάνυ λαμπρὸν φῶς ἔχοντος, ἀλλ' ὄντος ἐπισκίου, λέγεται τὰ μὲν ὄμματα τοῦ Μαρίου φλόγα πολλὴν ἐκβάλλοντα τῷ στρατιώτῃ φανῆναι, φωνὴν δὲ μεγάλην ἐκ τοῦ ἐπισκίου γενέσθαι, Σὺ δὴ τολμᾷς ἄνθρωπε Γάϊον Μάριον ἀναιρεῖν; ἐξῆλθεν οὖν εὐθὺς ὁ βάρβαρος φυγῇ, καὶ τὸ ξίφος ἐν μέσῳ καταβαλὼν, ἐχώρει διὰ θυρῶν, τοῦτο μόνον βοῶν, οὐ δύναμαι Γάϊον Μάριον ἀποκτεῖναι. πάντας οὖν ἔκπληξις ἔσχεν, εἶτα οἶκτος καὶ μετάνοια τῆς γνώμης, καὶ κατάμεμψις ἑαυτῶν, ὡς βούλευμα βεβουλευκότων ἄνομον καὶ ἀχάριστον, ἐπ' ἀνδρὶ σωτῆρι τῆς Ἰταλίας, ᾧ μὴ βοηθῆσαι δεινὸν ἦν. Ἴτω δ' οὖν ὅπη χρῄζοι φυγὰς, ἀνατλησόμενος ἀλλαχόθι τὸ πεπρωμένον. ἡμεῖς δὲ εὐχώμεθα μὴ νεμεσῆσαι θεοὺς Μάριον ἄπορον καὶ γυμνὸν ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλοῦσιν. ὑπὸ τοιούτων λογισμῶν εἰσπεσόντες ἀθρόοι καὶ περισχόντες αὐτὸν, ἐξῆγον ἐπὶ τὴν θάλασσαν. ἄλλου δὲ ἄλλό τι προθύμως ὑπηρετοῦντος, καὶ σπευδόντων ἀπάντων, ἐγίνετο τριβὴ τοῦ χρόνου. τὸ γὰρ τῆς λεγομένης Μαρίκας ἄλσος, ὃ σέβονται, καὶ παραφυλάττουσι μηδὲν ἐκεῖθεν ἐκκομισθῆναι τῶν εἰσκομισθέντων, ἐμποδὼν ἦν τῆς ἐπὶ θάλασσαν ὁδοῦ, καὶ κύκλῳ περιιόντας ἔδει βραδύνειν· ἄχρις οὗ τῶν πρεσβυτέρων τις ἐμβοήσας, ἔφη μηδεμίαν ἄβατον μηδὲ ἀπόρευτον ὁδὸν εἶναι, δι' ἧς σώζεται Μάριος.

καὶ

At magistratus & decuriones Minturnenses consilia conferentes, nullam censuerunt interponendam moram, sed trucidandum Marium. Id facere nullus civis sustinuit, verum eques Gallus natione vel Cimber (utrumque enim traditur) cum gladio ad eum ingressus est. Quum conclave, quo loco jacebat Marius, subobscurum & opacum esset, fama est ingentem flammam ex oculis Marii emicare militi visam, vocemque ex tenebris redditam magnam, Tune homo occidere C. Marium audes? Confestim igitur proripuit se inde barbarus, abjectoque in medium ense, foras erupit, hoc tantum clamans, Non possum interficere C. Marium. Hinc stupor omnes, mox miseratio, & sententiæ subiit pœnitentia atque insectatio sui, quod inique & ingrate statuissent in virum Italiæ conservatorem, cui opem turpe foret non ferre. Eat ergo (inquiunt) quolibet profugus, atque fatum alio loco impleat: nos vero Deorum iram deprecemur, qui inopem Marium & nudum extrudimus oppido nostro. Ita animati adeunt eum frequentes, ac circumfusi ad mare educunt. Quum aliud alius ei prompte præberet, & maturarent omnes, mora interponebatur tamen. Nam lucus Maricus appellatus (quem sacrum habent, servantque, ne quod importatum est inde exportetur) distinebat iter ad mare, & circuitus retardabat, quoad senex quidam inclamavit, nullum inaccessum esse vel religiosum, quo servaretur Marius, iter. Atque

que

καὶ πρῶτος αὐτὸς λαβών τι τῶν κομιζομένων ἐπὶ ναῦν, διὰ τοῦ τόπου διεξῆλθε.

Τοιαύτῃ δὲ προθυμίᾳ ταχὺ πάντων συμπορισθέντων, καὶ Βηλαίου τινὸς ναῦν τῷ Μαρίῳ παρασχόντος, ὕστερον πίνακα τῶν πράξεων ἐκείνων γραψάμενος ἀνέθηκεν εἰς τὸ ἱερόν. ὅθεν ἐκβὰς ὁ Μάριος, ἀνήχθη τῷ πνέοντι φερόμενος. ἐφέρετο δέ πως κατὰ τύχην πρὸς Αἰναρίαν τὴν νῆσον, ὅπου τὸν Γράνιον καὶ τοὺς ἄλλους φίλους εὑρὼν, ἔπλει μετ' αὐτῶν ἐπὶ Λιβύης. ὕδατος δὲ ἐπιλιπόντος αὐτοὺς, ἀναγκαίως Σικελίᾳ κατὰ τὴν Ἐρυκίνην προσέσχον. ἔτυχε δὲ περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους ὁ Ῥωμαίων ταμίας παραφυλάσσων, καὶ μικροῦ μὲν αὐτὸν ἀποβάντα τὸν Μάριον εἷλεν, ἀπέκτεινε δὲ περὶ ἑκκαίδεκα τῶν ὑδρευομένων. Μάριος δὲ κατὰ σπουδὴν ἀναχθεὶς, καὶ διαπεράσας τὸ πέλαγος πρὸς Μήνιγγα τὴν νῆσον, ἐνταῦθα διαπυνθάνεται πρῶτον ὡς ὁ παῖς αὐτοῦ διασέσωσται μετὰ Κεθήγου, καὶ πορεύονται πρὸς τὸν βασιλέα τῶν Νομάδων, Ἰάμψαν, δεησόμενοι βοηθεῖν. ἐφ' οἷς μικρὸν ἀναπνεύσας, ἐθάρρησεν ἀπὸ τῆς νήσου πρὸς τὴν Καρχηδονίαν προσβαλεῖν. ἐστρατήγει δὲ τῆς Λιβύης τότε Σεξτίλιος, ἀνὴρ Ῥωμαῖος, οὔτε φαῦλον οὐδὲν οὔτε χρηστὸν ἐκ Μαρίου προειληφὼς, ἀλλ' ὅσον ἀπ' οἴκτου τι προσδοκώμενος ὠφελήσειν. ἄρτι δὲ αὐτοῦ μετ' ὀλίγων ἀποβεβηκότος, ὑπηρέτης ἀπαντήσας καὶ καταστὰς ἐναντίον, εἶπεν, ἀπαγορεύει σοι Σεξτίλιος ὁ στρατηγὸς, ὦ Μάριε, Λιβύης ἐπιβαίνειν· εἰ δὲ μὴ, φησὶν ἀμυνεῖν τοῖς τῆς βουλῆς δόγμασιν, ὡς Ῥωμαίων πολεμίῳ χρώμενος. ταῦτα ἀκούσαντα τὸν Μάριον, ὑπὸ λύπης καὶ βαρυθυμίας ἀπορία λό-

que hic primus arripuit quippiam ex iis quæ ad navem comportabantur, ac per locum illum evasit.

Ea alacritate omnibus propere suppeditatis, quum Belæus quidam Mario præbuisset navem, tabulam postea illarum rerum pictam eo in templo dedicavit, unde evectus Marius vela fecit in altum. Forte fortuna est ad Ænariam delatus, ubi Granio & reliquis amicis inventis, una ad Africam vela duxit. Quum autem laborarent aquæ penuria, necesse habuerunt ad littus Erycinum Siciliæ appellere. Erat iis in locis custodiendis quæstor Romanus intentus. Ac parum abfuit quin egressum e navi exceperit Marium. Aquatores interemit ferme sexdecim. Marius vero propere inde solvit, transmissoque pelago tenuit insulam Meningem, ubi primum certior fit filium suum cum Cethego salvum evasisse, iter autem habere ad regem Numidiæ Hiempsalem ad opem orandam. Ex eo respirans aliquantulum, non dubitavit ab illa insula decurrere Carthaginem. Erat id temporis prætor Africæ Sextilius, civis Romanus, de quo nec bene nec male Marius meritus fuerat, sed aliquod expectabat ab illo misericordiæ officium. Commodum erat cum paucis Marius in terram egressus, quum occurrit ei lictor, qui ei, Interdicit tibi, inquit, Sextilius prætor, Mari, Africam attingere : si non parebis, ait se in te ut in populi Romani hostem ex senatus decreto consulturum. His nuntiatis, obmutuit Marius præ dolore & indignatione,

λόγον ἔσχε, καὶ πολὺν χρόνον ἡσυχίαν ἦγε, δεινὸν εἰς τὸν ὑπηρέτην ἐμβλέπων. ἐρομένου δὲ ἐκείνου τί φράζει, καὶ τί λέγει πρὸς τὸν στρατηγὸν, ἀπεκρίνατο μέγα στενάξας, ἄγγελλε τοίνυν ὅτι Γάϊον Μάριον ἐν τοῖς Καρχηδόνος ἐρειπίοις φυγάδα καθεζόμενον εἶδες. οὐ κακῶς ἅμα τήν τε τῆς πόλεως ἐκείνης τύχην καὶ τὴν ἑαυτοῦ μεταβολὴν ἐν παραδείγματος λόγῳ θέμενος. ἐν τούτῳ δὲ Ἰάμψας ὁ βασιλεὺς τῶν Νομάδων, ἐπαμφοτερίζων τοῖς λογισμοῖς, ἐν τιμῇ μὲν ἦγε τοὺς περὶ τὸν νέον Μάριον, ἀπιέναι δὲ βουλομένους, ἔκ τινος ἀεὶ προφάσεως κατεῖχε· καὶ δῆλος ἦν ἐπ' οὐδενὶ χρηστῷ ποιούμενος τὴν ἀναβολήν. οὐ μὴν ἀλλὰ συμβαίνει τι τῶν εἰκότων αὐτοῖς πρὸς σωτηρίαν. ὁ γὰρ νέος Μάριος, εὐπρεπὴς ὢν τὴν ὄψιν, ἠνία τινὰ τῶν παλλακίδων τοῦ βασιλέως παρ' ἀξίαν πράττων· ὁ δὲ οἶκτος οὗτος ἀρχὴ καὶ πρόφασις ἦν ἔρωτος. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀπετρίβετο τὴν ἄνθρωπον· ὡς δὲ οὔτε φυγῆς ἑτέραν ὁδὸν ἑώρα, καὶ τὰ παρ' ἐκείνης σπουδαιότερον ἢ πρὸς ἡδονὴν ἀκόλαστον ἐπράττετο, δεξάμενος τὴν φιλοφροσύνην, καὶ συνεκπεμφθεὶς ὑπ' αὐτῆς, ἀπέδρα μετὰ τῶν φίλων, καὶ διέφυγε πρὸς τὸν Μάριον. ἐπεὶ δὲ ἀλλήλους ἠσπάσαντο, πορευόμενοι παρὰ τὴν θάλασσαν, ἐντυγχάνουσι σκορπίοις μαχομένοις· καὶ τὸ σημεῖον ἔφαινε τῷ Μαρίῳ πονηρόν. εὐθὺς οὖν ἐπιβάντες ἁλιάδος, εἰς Κερκίναν διεπέρων, νῆσον ἀπέχουσαν οὐ πολὺ τῆς ἠπείρου· καὶ τοσοῦτον ἔφθασαν, ὅσον ἀνηγμένων αὐτῶν ἱππεῖς ὁρᾶσθαι παρὰ τοῦ βασιλέως ἐλαύνοντας ἐπὶ τὸν τόπον ὅθεν ἀνήχθησαν. τοῦτον οὐδενὸς ἐλάττονα κίνδυνον ἔδοξεν ἐκφυγεῖν ὁ Μάριος.

Ἐν

natione, lictoremque intuens horride diu conticuit. Qui quum rogaret quid responsi renuntiaret prætori, respondit cum ingenti gemitu, Age, nuntia C. Marium te in Carthaginis ruinis exulem conspexisse sedentem. Apposite simul & urbis illius fortunam & rerum suarum conversionem pro exemplo proposuit prætori. Inter hæc rex Numidiæ Hiempsal, fluctuans animo habebat Marium filium in honore. Sed quia discedere parantem semper aliqua ex causa morabatur, apparebat eum nulla benevolentia moram nectere. Tandem vero oblatum est ei quoddam ad salutem compendium. Marii minoris, quod forma venusta esset, angebat aspera fortuna unam ex regiis pellicibus. Commiseratio hæc amoris fuit exordium & prætextus. Ille primum repulit mulierem. At ubi viam nullam cernit evadendi aliam, & illam magis serio quam lascivo adductam amore agere, complexus benevolentiam ejus, atque ab ea emissus, cepit cum amicis fugam, atque se contulit ad Marium. Ut inter se consalutaverunt, secundum littus ambulantes vident pugnantes scorpiones. Quod prodigium Mario abominato, conscenderunt e vestigio navem piscatoriam, atque in insulam Cercinam non procul a continente diremptam cursum direxerunt. Commodum in altum evecti cernunt missos ab rege equites locum unde conscenderant petentes. In majus eo periculum visus Marius est incidisse nunquam.

In-

Ἐν δὲ Ῥώμῃ Σύλλας μὲν ἠκούετο τοῖς Μιθριδάτου πολεμεῖν στρατηγοῖς περὶ Βοιωτίαν, οἱ δ' ὕπατοι στασιάσαντες ἐχώρουν εἰς ὅπλα· καὶ μάχης γενομένης, Ὀκτάβιος μὲν κρατήσας ἐξέβαλε Κίνναν, ἐπιχειροῦντα τυραννικώτερον ἄρχειν, καὶ κατέστησεν ἀντ' αὐτοῦ Κορνήλιον Μερουλᾶν ὕπατον. ὁ δὲ Κίννας ἐκ τῆς ἄλλης Ἰταλίας συναγαγὼν δύναμιν, ἐπολέμει πρὸς αὐτούς. ταῦτα τῷ Μαρίῳ πυνθανομένῳ, πλεῦσαι τὴν ταχίστην ἐφαίνετο. καὶ παραλαβὼν ἐκ τῆς Λιβύης Μαυρουσίων τινὰς ἱππότας, καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας τινὰς καταφερομένων, συναμφοτέρους οὐ πλείονας χιλίων γενομένους, μεθ' ὧν ἀνήχθη. προσβαλὼν δὲ Τελαμῶνι τῆς Τυῤῥηνίας, καὶ ἀποβὰς, ἐκήρυττε δούλοις ἐλευθερίαν· καὶ τῶν αὐτόθι γεωργούντων καὶ νεμόντων ἐλευθέρων κατὰ δόξαν αὐτοῦ συντρεχόντων ἐπὶ τὴν θάλασσαν, ἀναπείθων τοὺς ἀκμαιοτάτους, ἐν ἡμέραις ὀλίγαις χεῖρα μεγάλην ἤθροισε, καὶ τεσσαράκοντα ναῦς ἐπλήρωσεν. εἰδὼς δὲ τὸν μὲν Ὀκτάβιον ἄνδρα ἄριστον, καὶ τῷ δικαιοτάτῳ τρόπῳ βουλόμενον ἄρχειν, τὸν δὲ Κίνναν ὕποπτόν τε τῷ Σύλλᾳ, καὶ πολεμοῦντα τῇ καθεστώσῃ πολιτείᾳ, τούτῳ προσνέμειν ἑαυτὸν ἔγνω μετὰ τῆς δυνάμεως. ἔπεμψεν οὖν ἐπαγγελλόμενος ὡς ὑπάτῳ πάντα ποιήσειν τὰ προσταττόμενα. δεξαμένου δὲ τοῦ Κίννα, καὶ προσαγορεύσαντος αὐτὸν ἀνθύπατον, ῥάβδους δὲ καὶ τἆλλά τε παράσημα τῆς ἀρχῆς ἀποστείλαντος, οὐκ ἔφη πρέπειν αὐτοῦ ταῖς τύχαις τὸν κόσμον, ἀλλ' ἐσθῆτι φαύλῃ κεχρημένος, καὶ κομῶν, ἀφ' ἧς ἔφυγεν ἡμέρας, ὑπὲρ ἑβδομήκοντα γεγονὼς ἔτη, βάδην προσῄει, βουλόμενος μὲν ἐλεεινὸς εἶναι,

τῷ

Interea Romæ rumor erat Syllam in Bœotia cum Mithridatis ducibus bellum gerere. Consules autem ex seditione cucurrerunt ad arma, commissoque prœlio victor Octavius Cinnam dominatum machinantem ejecit urbe: in cujus locum Cornelium Merulam suffecit consulem. Cinna vero, delectu per cætera Italiæ habito, arma tulit contra eos. His igitur ad Marium perlatis, visum est properare quantum posset in Italiam. Contractis ex Africa aliquot equitibus Maurusiis, & nonnullis qui ex Italia delati erant, quorum omnium numerus non plus mille erat, cum his conscendit. In portum Hetruriæ Telamonem invectus, descensione facta vocavit servos ad pileum. Quum illius oræ aratores pastoresque homines liberos conciret nomen Marii ad portum, adscitis quorum robur probavit, paucis diebus magnam contraxit manum, ac naves quadraginta complevit. Quia vero Octavium noscebat optimum virum esse, & consulatum innocentissime gesturum, Cinnam contra Syllæ suspectum, & præsentem reipub. statum oppugnare, cum hoc se copiasque suas decrevit sociare. Itaque mittit ad eum, ostendens ei se ut consuli dicto audientem fore. Eum recepit Cinna, atque proconsulem appellavit, ad hæc fasces & alia misit magistratus insignia. Hanc pompam negavit ille fortunæ congruere suæ: verum sordidatus barbaque intonsus ab eo die quo profugit, annos natus supra septuaginta lento gradu incedebat, id quidem agens ut videretur miserabilis.

Cæ-

τῷ δὲ αὐχμῷ συμμέμικτο τὸ οἰκεῖον τῆς ὄψεως αὐτοῦ πλέον τὸ φοβερόν· καὶ διέφαινεν ἡ κατήφεια τὸν θυμὸν οὐ τεταπεινωμένον, ἀλλ' ἐξηγριωμένον ὑπὸ τῆς μεταβολῆς.

Ἀσπασάμενος δὲ τὸν Κίνναν, καὶ τοῖς στρατιώταις ἐντυχών, εὐθὺς εἴχετο τοῦ ἔργου, καὶ μεγάλην μεταβολὴν τῶν πραγμάτων ἐποίησεν. πρῶτον μὲν γὰρ ταῖς ναυσὶ τὰ σιτία περικόπτων, καὶ τοὺς ἐμπόρους λῃζόμενος, ἐκράτησε τῆς ἀγορᾶς. ἔπειτα τὰς παραλίους πόλεις ἐπιπλέων ᾕρει. τέλος δὲ τὴν Ὠστίαν αὐτὴν λαβὼν ἐκ προδοσίας, τά τε χρήματα διήρπασε, καὶ τῶν ἀνθρώπων τοὺς πολλοὺς ἀπέκτεινε· καὶ γεφυρώσας τὸν ποταμὸν, ἀπέκοψε κομιδῆς τὰς ἐκ θαλάσσης εὐπορίας τῶν πολεμίων. ἄρας δὲ τῷ στρατῷ, πρὸς τὴν πόλιν ἐχώρει, καὶ τὸ καλούμενον Ἰανοῦκλον ὄρος κατέσχεν· οὐ τοσοῦτον ἀπειρίᾳ τοῦ Ὀκταβίου τὰ πράγματα βλάπτοντος, ὅσον ἀκριβείᾳ τῶν δικαίων προϊεμένου τὰ χρειώδη, παρὰ τὸ συμφέρον. ὅς γε, πολλῶν κελευόντων αὐτὸν ἐπ' ἐλευθερίᾳ καλεῖν τοὺς οἰκέτας, οὐκ ἔφη δούλοις μεταδώσειν τῆς πατρίδος, ἧς Γάϊον Μάριον εἴργει τοῖς νόμοις ἀμύνων. ἐπεὶ δὲ Μέτελλος, υἱὸς ὢν Μετέλλου τοῦ στρατηγήσαντος ἐν Λιβύῃ, καὶ διὰ Μάριον ἐκπεσόντος, ἧκεν εἰς Ῥώμην, καὶ πολὺ τοῦ Ὀκταβίου στρατηγικώτερος ἐφαίνετο, καταλιπόντες οἱ στρατιῶται τὸν Ὀκτάβιον, ἧκον ὡς ἐκεῖνον, ἄρχειν δεόμενοι καὶ σώζειν τὴν πόλιν· εὖ γὰρ ἀγωνιεῖσθαι καὶ κρατήσειν, ἔμπειρον ἡγεμόνα καὶ δραστήριον λαβόντες. ἀγανακτήσαντος δὲ τοῦ Μετέλλου, καὶ κελεύσαντος ἀπιέναι πρὸς τὸν ὕπατον, ᾤχοντο πρὸς τοὺς πολεμίους. ὑπεξῄει δὲ καὶ Μέτελλος,

Cæterum huic illuviei nativa & major vultus erat admista torvitas, profitebaturque animum squalor non demissum, sed rerum mutationibus efferatum.

Salutato Cinna, & concione ad milites habita, mox accinxit ad bellum se, grandemque fecit rerum vicissitudinem. Primo commeatum navibus circumcidens & deprædans negotiatores, annonam habuit in potestate. Hinc oppida maritima circumvectus cepit. Novissime Ostia per proditionem potitus, tum oppidum diripuit, tum multos cives interfecit, junctoque ponte fluvio, commeatus a mari Romam subvehendos in totum interclusit. Tum exercitum admovit urbi, & Janiculum occupavit. Octavius interim non tantum corrumpebat imperitia res, quantum legum anxia cura parum tempestive ea quæ erant ex usu negligebat. Quippe qui, monentibus multis servos ut manumitteret, negavit servos se ea donaturum civitate, qua C. Marium leges defendens arceret. Postquam vero Metellus, illius Metelli filius qui res gesserat in Africa, & per Marium actus in exilium fuerat, ad urbem venit, qui Octavio longe dux melior habebatur, deserto Octavio milites contulerunt se ad illum, orantes, susciperet imperium & urbem tueretur: nam si expertum & promptum essent ducem nacti, impigre dimicaturos se, & victoriam reportaturos. Verum stomachante Metello, atque ad consulem eos ablegante, concesserunt ad hostes: ac Metellus quoque,

λος, ἀπογνοὺς τὴν πόλιν. Ὀκτάβιον δὲ Χαλδαῖοι καὶ θύται τινὲς καὶ σιβυλλισαὶ πείσαντες, ἐν Ῥώμῃ κατεῖχον, ὡς εὖ γενησομένων. ὁ γὰρ ἀνὴρ οὗτος δοκεῖ, τἄλλα Ῥωμαίων εὐγνωμονέστατος γενόμενος, καὶ μάλιστα δὴ τὸ πρόσχημα τῆς ὑπατείας ἀκολάκευτον ἐπὶ τῶν πατρίων ἐθῶν καὶ νόμων, ὥσπερ διαγραμμάτων ἀμεταβόλων φυλάξας, ἀρρωστίᾳ τῇ περὶ ταῦτα χρήσασθαι, πλείονα δὲ συνὼν χρόνον ἀγύρταις καὶ μάντεσιν ἢ πολιτικοῖς καὶ πολεμικοῖς ἀνδράσιν. οὗτος μὲν οὖν, πρὶν εἰσελθεῖν τὸν Μάριον, ὑπὸ τῶν προπεμφθέντων ἀπὸ τοῦ βήματος κατασπασθεὶς ἐσφάττετο· καὶ λέγεται διάγραμμα Χαλδαϊκὸν ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ φονευθέντος εὑρεθῆναι. καὶ τὸ πρᾶγμα πολλὴν ἀλογίαν εἶχε, τὸ δυοῖν ἡγεμόνων ἐπιφανεστάτων, Μάριον μὲν ῥῶσαι τὸ μὴ καταφρονῆσαι μαντικῆς, Ὀκτάβιον δὲ ἀπολέσαι.

Οὕτω δὴ τῶν πραγμάτων ἐχόντων, ἡ βουλὴ συνελθοῦσα, πρέσβεις ἐξέπεμψε πρὸς Κίνναν καὶ Μάριον, εἰσιέναι καὶ φείδεσθαι δεομένη τῶν πολιτῶν. Κίννας μὲν οὖν, ὡς ὕπατος, ἐπὶ τοῦ δίφρου καθήμενος ἐχρημάτιζε, καὶ φιλανθρώπους ἀποκρίσεις ἔδωκε τοῖς πρέσβεσι· Μάριος δὲ τῷ δίφρῳ παρειστήκει, φθεγγόμενος μὲν οὐδὲν, ὑποδηλῶν δὲ ἀεὶ τῇ βαρύτητι τοῦ προσώπου, καὶ τῇ στυγνότητι τοῦ βλέμματος, ὡς εὐθὺς ἐμπλήσων φόνων τὴν πόλιν. ἐπεὶ δὲ ἀναστάντες ἐβάδιζον, Κίννας μὲν εἰσῄει δορυφορούμενος, Μάριος δὲ παρὰ ταῖς πύλαις ὑποστὰς εἰρωνεύετο πρὸς ὀργὴν, φυγὰς εἶναι καὶ τῆς πατρίδος εἴργεσθαι κατὰ τὸν νόμον· εἰ δὲ χρῄζοι τις αὐτοῦ παρόντος, ἑτέρᾳ ψήφῳ

quoque, urbe deplorata, cessit. Octavium Chaldæi, sacrificuli quidam, & vates ex libris Sibyllinis, quasi omnia ex sententia essent cessura, Romæ detinuere. Videtur nempe hic vir, qui Romanorum cætera rectissimus fuit, & consulatus majestatem certe in veteribus institutis atque legibus sicut immotis formulis retinuit severam, ad istas nugas imbecillitate aliqua delapsus, & plus operæ dedisse præstigiatoribus atque ariolis quam civilium & bellicarum artium peritis. Hic, priusquam ingrederetur Marius urbem, a præmissis militibus detractus ex rostris, & interfectus est. Fama obtinet repertam in sinu interempti tabulam Chaldaicam. Fuit autem res plane difficilis explicatu, quod ex duobus clarissimis principibus, Marium vaticiniorum fiducia firmaverit, Octavium vero everterit.

In hoc rerum statu convenit senatus, legatosque ad Cinnam & Marium oratum misit, venirent in urbem & sanguini civili parcerent. Cinna quidem, ut consul, sella curuli præsidens respondit legatis benigne: Marius vero adsistebat sellæ ejus tacitus, cæterum vultus austeritate & oculorum tristitia urbem se mox sanguine submonstrabat inundaturum. Ita surgentes perrexerunt ad urbem. Cinna satellitibus cinctus est ingressus: Marius simulate substitit ad portam, ardensque ira, exulem se est cavillatus esse, & patria sibi ex lege interdictum; si præsentia sua opus esset, abrogandam alia

φῳ λυτέον εἶναι τὴν ἐκβάλλουσαν, ὡς δὴ νόμιμός τις ὢν ἀνὴρ, καὶ κατιὼν εἰς πόλιν ἐλευθέραν. ἐκάλει δὴ τὸ πλῆθος εἰς ἀγορὰν, καὶ πρὸ τοῦ τρεῖς ἢ τέσσαρας φυλὰς ἐνεγκεῖν τὴν ψῆφον, ἀφεὶς τὸ πλάσμα καὶ τὴν φυγαδικὴν ἐκείνην δικαιολογίαν, κατῄει δορυφόρους ἔχων λογάδας ἐκ τῶν προσπεφοιτηκότων δούλων, οὓς Βαρδιαίους προσηγόρευεν. οὗτοι πολλοὺς μὲν ἀπὸ φωνῆς, πολλοὺς δὲ ἀπὸ νεύματος ἀνῄρουν, προστάσσοντος αὐτοῦ· καὶ τέλος, Ἀγχάριον, ἄνδρα βουλευτὴν καὶ στρατηγικὸν, ἐντυγχάνοντα τῷ Μαρίῳ καὶ μὴ προσαγορευθέντα, καταβάλλουσιν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ταῖς μαχαίραις τύπτοντες. ἐκ δὲ τούτου καὶ τοὺς ἄλλους ὅσους ἀσπασαμένους μὴ προσαγορεύσειε, μηδὲ ἀντασπάσαιτο, τοῦτο αὐτὸ σύμβολον ἦν ἀποσφάττειν εὐθὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς· ὥστε καὶ τῶν φίλων ἕκαστον ἀγωνίας μεστὸν εἶναι καὶ φρίκης, ὁσάκις ἀσπασόμενοι τῷ Μαρίῳ πελάζοιεν. κτεινομένων δὲ πολλῶν, Κίννας μὲν ἀμβλὺς ἦν καὶ μεστὸς ἤδη τοῦ φονεύειν, Μάριος δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀκμάζοντι τῷ θυμῷ καὶ διψῶντι διὰ πάντων ἐχώρει τῶν ὁπωσοῦν ἐν ὑποψίᾳ γεγονότων. καὶ πᾶσα μὲν ὁδὸς, πᾶσα δὲ πόλις τῶν διωκόντων καὶ κυνηγετούντων τοὺς ὑποφεύγοντας καὶ κεκρυμμένους ἔγεμεν. ἠλέγχετο δὲ καὶ ξενίας καὶ φιλίας πίστις οὐδὲν ἔχουσα παρὰ τὰς τύχας βέβαιον. ὀλίγοι γὰρ ἐγένοντο παντάπασιν οἱ μὴ προδόντες αὐτοῖς τοὺς παρὰ σφᾶς καταφυγόντας. ἄξιον οὖν ἀγασθῆναι καὶ θαυμάσαι τοὺς τοῦ Κορνούτου θεράποντας, οἳ τὸν δεσπότην ἀποκρύψαντες οἴκοι, νεκρὸν δέ τινα τῶν πολλῶν ἀναρτήσαντες ἐκ τοῦ τραχήλου, καὶ περιθέντες αὐτῷ χρυσοῦν δακτύλιον, ἐπεδείκνυον τοῖς Μαρίου δορυφόροις, καὶ

alia lege priorem qua ejiciebatur: quasi vero observator ipse legum esset, & in liberam rediret civitatem. Quare concione in forum advocata, antequam tres aut quatuor tribus suffragium tulissent, abjecta simulatione illa & exilii causatione, iniit urbem circumseptus delectis servis, qui se contulerant ad eum, quos Bardiæos appellabat. Multos hi ad vocem ejus, multos ad nutum imperantis obtruncabant. Denique Ancharium senatorem & virum prætorium, cum ad Marium accessisset, quia non salutabatur ab eo, gladiis sub oculis ejus contrucidant. Cæteros inde, quoscunque non appellaret salutantes, nec salutem redderet, eam habebant confestim interficiendi in viis tesseram. Unde ingenti solicitudine & horrore tenebantur, quoties ad salutandum Marium accederent amici. Multo effuso sanguine, erat jam hebes Cinna & exsaturatus cædibus: at Marii quotidie recens & sitiens furor omnes pervadebat utcunque ipsi suspectos. Omnes viæ, omnia oppida percussoribus & venantibus profugos ac delitescentes referta erant. Ibi cognitum, hospitii & amicitiæ fidem rebus adversis nullam habere stabilitatem. Quotusquisque enim fuit, qui tum non proderet illis amicos, ad se qui confugerant? Quare operæ pretium est exosculari & commendare Cornuti servos, qui domi abditum dominum quum haberent, cadaver hominis plebeii ex collo suspensum, cujus digito annulum aureum induerant, ostenderunt satellitibus Marii, idque

καὶ κοσμήσαντες ὡς ἐκεῖνον αὐτὸν ἔθαψαν. ὑπενόησε δὲ οὐδείς, ἀλλ' οὕτω λαθὼν ὁ Κορνοῦτος ὑπὸ τῶν οἰκετῶν εἰς Γαλατίαν διεκομίσθη.

Χρηστῷ δὲ καὶ Μάρκος Ἀντώνιος ὁ ῥήτωρ φίλῳ χρησάμενος, ἠτύχησεν. ὁ γὰρ ἄνθρωπος ἦν μὲν πένης καὶ δημοτικός, ὑποδεξάμενος δὲ πρῶτον ἄνδρα Ῥωμαίων, καὶ φιλοφρονούμενος ἐκ τῶν παρόντων, οἰκέτην ἔπεμψε πρός τινα τῶν ἐγγὺς καπήλων, ληψόμενον οἶνον. διαγευομένου δὲ ἐπιμελέστερον, καὶ βελτίονα μετρῆσαι κελεύοντος, ἠρώτησεν ὁ κάπηλος ὅ, τι παθὼν, οὐχὶ τὸν νέον, ὥσπερ εἰώθει, ὠνεῖται καὶ δημοτικὸν, ἀλλὰ τοῦ σπουδαίου καὶ πολυτελοῦς. ἁπλῶς δέ πως ἐκείνου φράσαντος, ὡς πρὸς συνήθη καὶ γνώριμον, ὅτι Μάρκον Ἀντώνιον ὁ δεσπότης ἑστιᾷ, παρ' αὐτῷ κρυπτόμενον, ἀσεβὴς καὶ μιαρὸς ὢν ὁ κάπηλος, ἅμα τῷ τὸν οἰκέτην ἀπελθεῖν, αὐτὸς συνέτεινε πρὸς Μάριον ἤδη περὶ δεῖπνον ὄντα, καὶ προσαχθεὶς ὡμολόγησε παραδώσειν αὐτῷ τὸν Ἀντώνιον. ἀκούσας οὖν ἐκεῖνος ἐκκραγεῖν λέγεται μέγα, καὶ ταῖς χερσὶν ὑφ' ἡδονῆς ἀνακροτῆσαι· καὶ μικροῦ μὲν ἐδέησεν ἐξαναστὰς αὐτὸς ἐπὶ τὸν τόπον φέρεσθαι. τῶν δὲ φίλων κατασχόντων, Ἄννιον ἔπεμπε, καὶ στρατιώτας μετ' αὐτοῦ, κελεύσας κατὰ τάχος τὴν κεφαλὴν τοῦ Ἀντωνίου κομίζειν. ὡς οὖν ἧκον ἐπὶ τὴν οἰκίαν, ὁ μὲν Ἄννιος ὑπέστη παρὰ τὰς θύρας, οἱ δὲ στρατιῶται διὰ κλιμάκων ἀναβάντες εἰς τὸ δωμάτιον, καὶ θεασάμενοι τὸν Ἀντώνιον, ἄλλος ἄλλον ἐπὶ τὴν σφαγὴν ἀνθ' ἑαυτοῦ παρεκάλει καὶ προὐβάλλετο. τοιαύτη δέ τις ἦν, ὡς ἔοικεν, τοῦ ἀνδρὸς ἡ τῶν λόγων σειρὴν καὶ χάρις, ὥστε ἀρξαμένου λέγειν καὶ παραιτεῖσθαι τὸν θάνατον, ἅψασθαι μὲν οὐδεὶς ἐτόλ-

que ornatum pro domino combussere. Neque id advertit quisquam, sed ea ratione Cornutus a servis suis furtim est in Galliam deportatus.

Verum M. Antonius orator, qui item habebat fidum amicum, infortunio usus est. Erat homo ille tenuis & plebeius. Qui quum urbis Romæ primarium virum domi haberet, eumque ex præsenti copia tueretur, servum misit ad vinum petendum a vicino caupone. Quum gustasset servus curiosius, & melius postularet, quid hoc rei sit caupo rogat, quod non novum, ut solebat, & vulgare, sed exquisitum & pretiosum emat. Qui ubi simpliciter, ut familiari & noto, respondit M. Antonium, qui apud dominum suum latitaret, ab eo invitari, nefarius & consceleratus caupo, simul ut servus est digressus, ipse ad Marium contendit jam cœnantem. Ad quem introductus, Antonium se ostendit ei traditurum. Quo nuntio exclamasse dicitur ille, manibusque ex lætitia plausisse. Parum etiam absfuit quin exsurgeret ipse, atque illuc properaret. Cæterum retentus ab amicis, Annium cum globo militum misit, præcepitque ut propere Antonii caput referret. Ubi ad ædes illas venere, restitit Annius ad fores. Milites vero scalis in cubiculum scanderunt, ac conspicientes Antonium excitabant alius alium ad cædem, & sibi surrogabant. Nempe hæ veneres illius orationis, hic lepos erat, ut exorsum dicere & necem deprecari nemo nec attingere

nec

ἐτόλμησεν, οὐδὲ ἀντιβλέψαι, κάτω δὲ κύψαντες ἐδάκρυον ἅπαντες. διατριβῆς δὲ γινομένης, ἀναβὰς ὁ Ἄννιος ὁρᾷ τὸν μὲν Ἀντώνιον διαλεγόμενον, τοὺς δὲ στρατιώτας ἐκπεπληγμένους καὶ κατακεκηλημένους ὑπ' αὐτοῦ. κακίσας οὖν ἐκείνους καὶ προσδραμὼν, αὐτὸς ἀποτέμνει τὴν κεφαλήν. Κάτλος δὲ Λουτάτιος, Μαρίῳ συνάρξας, καὶ συνθριαμβεύσας ἀπὸ Κίμβρων, ἐπεὶ πρὸς τοὺς δεομένους ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ παραιτουμένους ὁ Μάριος τοσοῦτον μόνον εἶπεν, ἀποθανεῖν δεῖ, κατακλεισάμενος εἰς οἴκημα, καὶ πολλοὺς ἄνθρακας ἐκζωπυρείσας, ἀπεπνίγη. ῥιπτουμένων δὲ τῶν σωμάτων ἀκεφάλων, καὶ πατουμένων ἐν ταῖς ὁδοῖς, ἔλεος οὐκ ἦν, ἀλλὰ φρίκη καὶ τρόμος ἁπάντων πρὸς τὴν ὄψιν. ἠνία δὲ μάλιστα τὸν δῆμον ἡ τῶν καλουμένων Βαρδιαίων ἀσέλγεια. τοὺς γὰρ δεσπότας ἐν ταῖς οἰκίαις σφάττοντες, ᾔσχυνον μὲν αὐτῶν παῖδας, ἐμίγνυντο δὲ βίᾳ ταῖς δεσποίναις· ἀκατάσχετοι δὲ ἦσαν ἁρπάζοντες καὶ μιαιφονοῦντες, ἕως οἱ περὶ Κίνναν καὶ Σερτώριον συμφρονήσαντες, ἐπέθεντο κοιμωμένοις αὐτοῖς ἐν τῷ στρατοπέδῳ, καὶ κατηκόντισαν ἅπαντας.

Ἐν τούτῳ δὲ, ὥσπερ τροπαίας τινὸς ἀμειβούσης, ἐφοίτων ἀγγελίαι πανταχόθεν, ὡς Σύλλας συνῃρηκὼς τὸν Μιθριδατικὸν πόλεμον, καὶ τὰς ἐπαρχίας ἀνειληφὼς, ἐπιπλέοι μετὰ πολλῆς δυνάμεως. καὶ τοῦτο βραχεῖαν ἐπίσχεσιν ἐποίησε καὶ παῦλαν ὀλίγην ἀφάτων κακῶν, ὅσον οὔπω τὸν πόλεμον ἥκειν ἐπ' αὐτοὺς οἰομένων. ὕπατος μὲν οὖν ἀπεδείχθη τὸ ἕβδομον Μάριος, καὶ προσελθὼν αὐταῖς καλάνδαις Ἰανουαρίαις, ἔτους ἀρχῇ, Σέξτον τινὰ Λουκῖνον κατεκρήμνισεν· ὃ κἀκείνοις καὶ τῇ πόλει τῶν αὖθις ἐδόκει κακῶν γεγονέναι

nec sustineret aspicere, sed defixo in terram vultu illacrymarent omnes. Intercedente vero mora ascendit Annius, atque Antonium videt differentem, militesque ab eo obstupefactos ac delinitos. Igitur illos insectatus accurrit ipse, atque Antonium capite obtruncat. Lutatius Catulus qui Marii fuerat collega, atque de Cimbris una triumphaverat, quum orantibus pro eo & deprecantibus hoc modo respondisset, Moriendum est, inclusit se conclavi, & multis accensis carbonibus est suffocatus. Projectis in plateas corporibus truncatis atque conculcatis, species ea neminem jam commiseratione, sed horrore & tremore perfudit. Multo maxime illorum qui Bardiæi dicebantur populum impotens pungebat petulantia. Nam dominos in ipsorum jugulabant domiciliis, mox liberos eorum comprimebant & vi constuprabant dominas. Horum rapacitas & latrocinia coerceri non valebant: donec communi consilio Cinna & Sertorius sopitos in castris adorti, ad unum confodere.

